AELII ARISTIDIS
ADRIANENSIS
OPERA OMNIA
GRAECE & LATINE,
IN DUO VOLUMINA DISTRIBUTA;

Cum Notis & Emendationibus *Gul. Canteri, Triſtani, Palmerii, T. Fabri, Spanhemii, Normanni,* & *Lamb. Boſii*;

ADJUNCTIS INSUPER
VETERUM SCHOLIIS;
ET
PROLEGOMENIS
SOPATRI APAMEENSIS,
AB ERRORIBUS UT PLURIMUM REPURGATIS.

Graeca, cum MSS. Codicibus variis & praeſtantiſſimis collata, recenſuit, & Obſervationes ſuas adjecit

SAMUEL JEBB.

OXONII,
E THEATRO SHELDONIANO, MDCCXXII.

Imprimatur,

AR. CHARLETT.

Nov. 26. 1720.

MVSEVM
BRITAN
NICVM

NOBILISSIMO ac HONORATISSIMO

Dno Dno CAROLO

COMITI de *ORRERY*,

VICE-COMITI *BROGHILL*,

ET

BARONI BOYLE de *MARSTOWN*

IN

Agro *Somerſetenſi*.

EN Tibi, Comes Illuſtriſſime, Ariſtidem, inter Oratores doctrina praeſtantem, ingenio praecellentem; quem toties opu-

lenta

lenta facundia divitem in concione pro roſtris Graecia fuerit admirata, quem ſummis cumulatum honoribus exceperit Imperator. Maximae id ſibi ſemper laudi duxit Ariſtides, quod M. Aurelio placere potuerit; quem Imperatoria ſua dignitas & ſplendor haud magis decuere, quam humaniores illae artes, & placidiſſimi, quibus inclaruit, mores. Mecum vero non minus actum eſt praeclare, qui te Patronum habeam, optimarum artium facile principem, & non Genere ſolum illuſtrem, verum etiam Virtute nobilem, & Studio ſapientem.

Si haec notiora non eſſent omnibus, & majora quam quae pro dignitate recte poſſem explicare, multa quidem, Vir Ornatiſſime, a te bello foe-

foeliciter geſta, multa in publicis negotiis obeundis prudenter proviſa, multa humanitatis tuae & ſuavitatis officia, facile eſſet commemorare. Cui autem non ſummam admirationem moveat, quod inter tot bellorum ſtrepitus, inter negotia tot civilia, Graecae lectioni operam dederis, & antiquorum exemplaria & nocturna & diurna verſaveris manu? Dum vix pueritiae annos tranſgreſſus fueris, quam nitidiſſime tamen tua limatae opera prodierunt Phalaridis Epiſtolae? Quam eleganter, quam argute, malevolos Critici hominis conatus, attamen inter doctiſſimos merito numerandi, continuo adoleſcens infregiſti?

His itaque cum delecteris ſtudiis, placido vultu, quaeſo, Eruditiſſime

ſime

ſime Comes, Oratorem aſpicias noſtrum, ut qui olim Antonino gratus fuerit, tibi quoque in clientelam admittatur; atque eo tandem honoris titulo gaudeat Ariſtides, principibus cujuſque ſeculi viris fuiſſe acceptum.

Illuſtriſſimae dignitatis tuae

Obſervantiſſimus Cultor,

SAM. JEBB.

Lectori S.

GRAECORUM eloquentia, quae in ſummum adſcenderat ſub magni nominis viris Iſocrate & Demoſthene, intra tam arctos temporis limites erat clauſa, ut[1] *Velleio judice, nihil* ante Iſocratem, *nihil* poſt ejus auditores eorumque diſcipulos, clarum in Oratoribus *Graecia noverit. Et quidem, cum procedere non potuerit, adeo tota receſſit, ut, ſublatis quos jam nominavimus, vix unus aut alter enituerit uſque ad tempora M. Aurelii Antonini. Sub hujus autem auſpiciis novo ſplendore erupit; & Rhetores ſuos, ſi antiquis illis haud omnino pares, ſaltem non multo inferiores viderunt Athenae.*

Cauſae ſi requirantur, hae maxime videntur veriſimiles. Finita vetuſtiſſima libertate, quam univerſae Graeciae ademerat Philippus, quae olim Oratorum animos accenderat, ſimul excidit gloria. Vexatae continuis bellis Athenae, & ſi quod eminentiſſimi cujuſque inluxit ingenium, illum ad artes belli, magis quam togae, patriae duxerunt calamitates. Fracti adverſa fortuna animi, & domi ſeditionibus fatigati, oppreſſi tandem jacuere, & priſtinae immemores artis.

Verum cum, mutata rerum facie, libertatem Graeciae adſeruerat Adrianus, Athenas privilegiis donaverat,

1 Vell. Paterc. Hiſt. lib. 1. ad finem.

opi-

opibus auxerat, emortuae quae viderentur iterum reſpirarunt artes, & inter Graecorum otia emergere coepit eloquentiae nomen. Adriano ſucceſſit Antoninus Pius, Antonino Marcus Aurelius. Eodem amore, quo pater, civitatem proſecutus eſt filius; & aedificia, quae in Athenis coeperat Adrianus, [1] *conſummavit Antoninus. Litteris tamen impenſe magis favebat Aurelius; & id ſibi maxime curae* [2] *habuit, ut antiqua Graecorum floreſceret eruditio, & quae extincta pene fuerat, nova reviviſceret flamma. Ut rem altius repetamus.*

Rhetorices, ſive artis Sophiſticae, originem Jovi plane eſſe tribuendam poſt Homerum obſervat [3] *Plato, dum Minoem ad antrum Jovis novem annos proficiſci ſolitum diſciplinae gratia ex antiquiſſimo Poeta tradit. Pluto, ſive* Ἀιδης, *Jovi erat aetate ſuppar; &* [4] *hunc vocat Plato Deum ſapientiſſimum & perfectum Sophiſtam. Hos ſecuti Aeolus & Siſyphus & Proteus, viri in hac arte callidiſſimi. Dein uberrima Heroum pullulavit ſeges, qui* [5] *pro Platonis ſententia Sophiſtae fuerunt omnes,* ἀπὸ τοῦ εἴρειν, a dicendo, ἥρωες *dicti. Nec,* [6] *ſi Academiae magiſtro eſt habenda fides, Hydrae capita ferro ſibi abſcindenda vidit Hercules, ſed ipſam, quae Sophiſtria eſſet, & cui uno abſciſſo dictionis capite propter ſapientiam ſuccreſcebat aliud, verborum copia ſuperavit. Antiquiſſimam ſane fuiſſe dicendi artem ex*

1 Gruter. Inſcript. pag. 177. 2 Ariſtid. Orat. in Regem, pag. 110. 111. 3 In Minoe, pag. 319. Tom. 2. edit. H. Steph. 4 In Cratylo, pag. 403. Tom. 1. Vide & Ariſtid. in Platon. 2. pag. 519. 5 In Cratylo, pag. 398. & Ariſtid. Plat. 2. pag. 444. 6 In Euthydemo, pag. 297. Tom. 1.

iis conſtat, quae docet [1] *Cicero*; Jam temporibus Troicis, *inquit*, tantum laudis in dicendo Ulyſſi non tribuiſſet Homerus & Neſtori (quorum alterum vim habere voluit, alterum ſuavitatem) niſi jam tum eſſet honos eloquentiae.

Sed, languente paulatim Rhetorica, praeter Solonem & quos Sapientes vocant, pauci abhinc emicuerunt in dicendo clari, ad belli tempora Peloponneſiaci. Tum demum nova Sophiſtarum enata eſt progenies; eximia quidem illa & praeſtantiſſima, quaeque eloquentiae laudem ad coelum uſque evexit. Tum etiam magiſtri dicendi multi ſubito extiterunt; tum Leontinus Gorgias, Thraſymachus Chalcedonius, Protagoras Abderites, Prodicus Ceus, Hippias Eleus in honore magno fuit, aliique multi temporibus eiſdem, *uti* [2] *ſcribit Cicero. Gorgiam facundiae magiſtrum agnovit* [3] *Thucydides, Gorgiam* [4] *Plato,* [5] *Iſocrates aemulatus eſt Gorgiam, & quicquid denique Rhetoricae artis habuit* [6] *Ariſtoteles, id omne Gorgiae retulit acceptum. Hi fuerunt inſignes illi tantae artis cultores, de quibus ſupra Paterculus, aeternae hominum memoriae conſecrandi, aeterno quippe honore digni. Sub* [7] *Iſocrate eloquentiae operam dedit Demoſthenes, &* [8] *Platonem audire eſt ſolitus,* [9] *qui in omni dicendi genere inter omnes unus excelluit.*

1 In Bruto, cap. 10. 2 Ibid. cap. 12. 3 Antyllus apud Marcellin. in Vita Thucyd. pag. 6. 4 Dionyſ. Halicarn. 5 Plutarch. in Vit. Iſocrat. 6 Hieron. Apol. adv. Jovin. 7 Plutarch. in Demoſth. 8 A. Gell. Noct. Attic. cap. 13. lib. 3. & Cicer. lib. de Cl. Orat. p. 231. ed. Ald. Manut. 9 Vide Cicer. in Orat. ſub init. Confer & Longin. de ſublim. §. 34.

PRAEFATIO.

Ad ſummum jam provecta culmen virtus oratoria iterum ſilere coepit, & Rhetorum gloria aliquandiu manere obſcura. Macedonum armis vincuntur [1] *Athenienſes, Philippo ſubjugati; Graecia tandem Romanorum facta, & ipſa Muſarum ſedes a* [2] *Syllano exercitu depopulata. Nulla dies eloquentiae perniciosior; afflictae una jacuere humaniores litterae. In honorem tamen majorum ſuorum, & quod liberalium artium ſtudium promovere in animo ſtatuerit, proſtratas denuo* [3] *Adrianus inſtauravit Athenas, & civitatem prius obrutam donis & muris ornavit. Tum rurſum refloruit dicendi vis, &* [4] *multos homines illa aetas tulit doctrinae laude praeſtantes. Patris veſtigia ſequitur Antoninus: litterariae exercitationi operam & ipſe dedit; unde* [5] *idem ζητητικὸς dictus a Dione. At longe majori ſtudio Rhetoricam proſecutus eſt Aurelius: Non ſolum oratoriam ipſe exercuit artem, ſed &* [6] *Rhetores inter amicos habuit conjunctiſſimos,* [7] *hos ſibi conſiliarios fecit,* [8] *his conceſſit praefecturas.* [9] Hinc ſalaria conſtituta, praebitae annonae, decretae immunitates, thronus ſtabilitus, ornati profeſſores.

Principum favor alit ingenia. Tunc illi floruere divinae indolis viri, Herodes Atticus, Polemo, Hermogenes. Eodem quoque tempore vixit Ariſtides noſter, non minus eximia dicendi facultate praeclarus, nec [10] *Impe-*

1 Juſtin. lib. 9. cap. 3. 2 Plutarch. in Syll. & Luc. Flor. lib. 3. cap. 5. 3 Pauſan. in Attic. 4 Herodian. lib. 1. 5 Lib. 70. 6 Herodian. lib. 1. 7 Philoſtrat. in Vit. Polemon. 8 Xiphilin. in Epit. Dionis. 9 Lud. Creſoll. Theat. Rhet. lib. 1. cap. 4. 10 Ariſt. Orat. in Aeſculap. pag. 40.

ratori

ratori minus notus; quem ſi omnium hujuſce aetatis oratorum coryphaeum dixerim, mecum, credo, ſentirent quicunque illius dotes probe perſpectas habuerint.

[1]Phrynichus, ejuſdem temporis ſcriptor, ampliſſimis illum adornavit laudibus; & licet nonnullis gloria ſua famaque minor videretur Ariſtides, invidiae hoc, quae praeſtantiſſimos quoſque lacerare conſueverit, plane tribuendum dicit. Hunc in honore ſummo habuit [2]Philoſtratus, & eruditionem viri, vim item in orationibus, atque ingenium admiratus, eum prae omnibus ſuae aetatis Sophiſtis artis fuiſſe ſcribit obſervantiſſimum. Eo amore noſtrum complectebatur [3]Libanius, ut oratorias Ariſtidis artes Midae divitiis praetulerit. Hujus, cum orationes conficeret, veſtigia premebat; & in maximo poſuit vitae fructu, ſi quis huic ſimilem Libanium pronuntiaret. Dicitur & [4]Longinus probaſſe foecunditatem, ſubtilitatem, & violentiam, quae in argumentis ejus conſpiciuntur. Scriptores quoque laudatiſſimos antiquae Graeciae recenſens [5]Thomas Magiſter, Homero, Thucydidi, Platoni, Demoſtheni, unum adjungit Ariſtidem.

Eloquentiam maxime excoluit Panegyricam; cujus erat Deorum & Heroum laudes celebrare, Imperatorum enarrare virtutes, Urbes aut Patriam commendare. Communia haec Sophiſtarum propoſita, & late

1 Apud Photium, Biblioth. Cod. 158. 2 In Vita Ariſtid. 3 Liban. Op. Tom. 2. pag. 475. 4 Sopat. Apameen. in Prolegom. 5 Attic. Eclog. ſub voce [illegible]. Vide & Laur. Normann. ad Ariſtid. pag. 143.

patens dicendi campus. Conventus ſolennes, [1] *inquit Ariſtides,* & pacis feſtivitates magis etiam *Rhetorices* ornamentum requirunt, atque etiam Deorum & Heroum honores, & quae praeclaris viris jure debentur laudes. *Hinc ejuſdem hymni in Jovem, in Minervam, in Neptunum, in alios; hinc panegyrici ab eodem Imperatoribus dicti; hinc elegantiſſimae orationes in Romam, in Smyrnam, in alias civitates; hinc denique funebres illae laudationes, dulces Poetarum naenias amoenitate ſuperantes. Sed haec hactenus.*

Veniamus jam ad propoſiti noſtri rationem; & Lectorem, quid in hac Editione ſit praeſtitum, certiorem faciamus.

Tria praecipue praeſtanda duxi; ut emendatior prodiret textus, ut aliorum ederentur notae & obſervationes, ut novas de proprio facerem.

Orationes Panathenaica & in Urbem Romam Graece primo prodierunt Venetiis, A. D. 1513. *ab Aldo ad calcem Iſocratis Operum annexae. Has ſecuta eſt editio Florentina, A. D.* 1517. *ſumptibus Ph. Juntae. Erratis autem undique ſcatebant hae editiones, & Canterum corrigendae expectabant. Primus hic omnia, quae in editione Florentina extarent, Latine vertit, uſus admirabili eruditione viro, J. Aurato, & exemplari cum MS^to Codice olim collato ab A. Arlenio, quod cum illo*

1 Επι γὰρ μᾶλλον αἱ πανηγύρεις, ἢ τὰ τῆς εἰρήνης χαρίεντα τοῦ παρ' αὐτῆς κόσμου ἐπιδεῖται· καὶ τὰ Διὸς αὖ τε θεῶν πομπὴ ἢ ἡρώων, καὶ ἔστι τοῖς ἀγαθοῖς τῶν ἀνδρῶν ὀφείλεσθαι δίκαιον ὑφημίαν. Ariſtid. Orat. Platon. 1. pag. 174.

com-

communicaverat J. Oporinus. Horum ope plurima genuino ſuo nitori reſtituit, & multa quae deerant ſupplevit, in erratis porro corrigendis nonnihil ingenii conjecturae indulſit. Hujus verſio typis mandata A. D. 1566. *Juxta hanc editionem & Ph. Juntae Florentinam edita eſt illa P. Stephani, Genevae, A. D.* 1604. *praeterquam quod in Panathenaica & in Romam oratione Aldinum ſecutus eſt Stephanus exemplar; &, quod mirum eſt, contra fidem Canterianae verſionis.* Non omnia tamen quae voluit, *Cantero* praeſtare licuit, quin multa, *ut ipſe profitetur*, libris melioribus aliquando deberi poſſent. *Codicum hujuſmodi ope loca innumera fere depravata emendavimus; quaeque prius erant lacera, & magna ex parte mutila, proferuntur integra: Conjecturis etiam, ubi MSS^ti lucem non afferrent, nonnihil uſi fuimus. Variantes lectiones ſingulis paginis ſubjecimus; ex quibus intelligi queat quam fideliter tranſegimus omnia, & quanta fuerunt menda, quae ſuſtulimus.*

Ad notas quod ſpectat, Doctiſſimorum Virorum, Triſtani, Tanaquilli Fabri, & Ezech. Spanhemii illuſtrationes aut emendationes ex variis eorum operibus hinc inde decerptas collegimus, & in notarum formam redactas imprimi curavimus; obſervationes Palmerii, Laurentii Normanni, & Lamberti Boſii integras adjecimus; adnotatiunculas Canteri & noſtras immiſcuimus; Veterum quoque Scholia una exhibuimus e Bibliothecarum

thecarum latebris educta. Haec autem omnia, Scholia si tamen prius excipias & Canteri notas, ad calcem libri locavimus; quippe quae minus commode unicuique paginae subjici potuerunt. Adjicitur insuper Canteri Syntagma de emendandis Graecis Scriptoribus.

Opus universum in duo Volumina distribuitur; atque eadem, quae a Cantero, orationes collocandi ratio servatur. Praeposuimus autem huic Tomo Sopatri Apameensis Prolegomena, ope MS^ti Codicis in Bibliotheca Bodleiana in integrum ferme restituta. Accedunt etiam Collectanea Historica Aristidis aevum & vitam spectantia, in quibus singula ordine Chronologico, pari foelicitate ac diligentia, juxta temporum seriem digeruntur.

Quibus autem auxiliis, quorum ope haec fecerimus? Grati animi est meminisse, per quos profuerim. Et primus mihi celebrandus Clarissimus & Amicissimus D^nus Joh. Masson, Vir eo nomine insignis, ut nihil unquam tam magnifice dicam, id merita quin illius superent. Hic me & eruditum Lectorem sibi maxime devinxit, dum Aristidis Vitam accuratissime a seipso conscriptam mecum communicare voluit. Illustrissimus ille D^nus Bernardus de Montfaucon, Galliae & litterati orbis decus & ornamentum, varias lectiones orationum Platonicarum de Rhetorica cum MS^to Codice Coasliniano a Doctissimo Viro Joh. Jacobo Raverdio, ex eodem sodalitio Monacho, collatarum lubenter mihi transmisit. Summa nos

bene-

benevolentia prosecutus est Vir spectatae eruditionis, Dnus Antonius Maria Salvinus, Florentiae litterarum Graecarum Professor Dignissimus; qui, cum MSSrum Codicum in Abbatia Florentina collationem instituere in animo habuerit, quo minus variarum lectionum exinde erutarum copiam nobis suppeditaret, fecit adversa Doctissimi Viri valetudo, incommode-sane & infoeliciter. Duorum exemplarium editionis Florentinae, quorum alterum a Federico Morello cum MSto ex parte collatum, alterum notis quibusdam marginalibus ab Is. Casaubono illustratum, Vir de litteris & litterarum studiosis optime meritus, Thomas Rawlinson, Armiger, usum concessit; & nulla praetermisit, quae nostris faverent laboribus. Amicus Cantabrigiensis, Vir in omni litterarum genere exercitatus, de multis nos admonuit rejiciendis, & eorum loco emendationes reposuit conjectura sagaciter expromptas; quarum a MSStis Codicibus, quos ille non viderat, confirmatas restitui plurimas, caeteras imae paginae cum variis lectionibus subjeci. Haec omnia memoranda duxi, ut pro talibus officiis grates referrem debitas, & singularem horum in me benignitatem semper ante oculos permansuram testarer.

Indignus autem viderer, in quem tanta conferretur gratia, si dum haec enumerem, beneficia quae in me contulerunt quamplurimi, iique Doctissimi Viri, in hac Academia Oxoniensi, silentio prorsus praeterirem. Praecipue vero mihi nominandus Praestantissimus Dnus Arthurus

thurus Charlett, S.T.P. & Collegii Universitatis Magister; Academiae praesidium & decus, ac ad rem litterariam promovendam natus. D^nus Joh. Dobson, Dignissimus Collegii Novi Praefectus, nobis MS^ti Codicis ex Bibliotheca ejusdem Collegii copiam fecit; in amicitiam Clarissimi Viri, & a me multiplici jure colendi, D^ni Ricardi Percival, Socii & Bibliothecarii, commendavit; & omnia humanissimi Viri officia perbenigne praestitit. His itaque fautoribus meis, caeterisque qui ad nostri commodum sua atque amicorum usi sunt opera, quas debeo, publice persolvo gratias, in perpetuae meae observantiae pignus.

Ca-

THE NAMES OF THE SUBSCRIBERS.

A.

LOrd Arundel of Trerice.
The Reverend Samuel Adams, A. M. Rector of Alveſcot in Oxfordſhire.
Knightly Adams, A. M. of Hart Hall, Ox.
Swithin Adee, A. B. of C. C. C. Oxon.
Mr Robert Ainſworth, of Walthamſtow in Eſſex.
Mr Allen, A. B. Student of Chriſt-Ch. Ox.
The Reverend John Andrews, A. B. of Pembroke Coll. Oxon.
Henry Archer, Eſq;
Sir John Saint Aubin, Baronet.

B.

* Lord Bathurst.
Lord Biſhop of Bath and Wells, *Two Books.*
* Thomas Bacon, Eſq; of Catley in Cambridge-ſhire.
Samuel Baldwin, Eſq.
The Reverend John Baron, D. D. Maſter of Baliol Coll. Oxon. Deceas'd.
The Reverend Charles Mountague Bertie, A. M. Rector of Uffington.
* The Hon. Henry Bertie, Eſq; *Two Books.*
Mr John Daniel Beman, of Rotterdam.
John Beſt, A. M. Fell. of Baliol Coll. Ox.
The Reverend Joſeph Betty, A. M. Fell. of Exeter Coll. Oxon.
Sam. Birch, A. M. of Pembroke Coll. Ox.
Mr Hawley Biſhop, of St John's Coll. Ox.
Sir John Bland, Baronet.
The Rev. Richard Blechinden, D. D. Provoſt of Worceſter Coll. Oxon.
Ant. Bliſs, A.M. of Worceſter Coll. Oxon.
* Roger Bourchier, A. M. Fell. of Worceſter College, Oxon.
Thomas Bowdler, Eſq.
Joſ. Bowles, A. M. Fell. of Oriel Coll. and Chief Keeper of the Bodleian Library.
Mr William Bowyer.
The Reverend William Bree, A. M. Fell. of Baliol Coll. Oxon.
The Reverend Thomas Brett, L. L. D.
Thomas Brodnax, Eſq; Gentleman-Commoner of Baliol Coll. Oxon.
The Reverend Leigh Brooke, A. M. Fell. of Brazen-noſe Coll. Oxon.
Henry Brooke, A. M. Fellow of All-Souls Coll. Oxon.
The Reverend Thomas Brooke, A. M. Lecturer of All-hallows Breadſtreet, London. Deceas'd.
The Reverend Henry Brooke, A. M. Fell. of Oriel College, Oxon.
Tho. Burgh, A. B. of Chriſt-Church, Ox.
John Burton, A. M. Fell. of C. C. C. Ox.
Edward Burton of the Inner Temple, Eſq;
William Burrow, A. M. of Cheſterfield in Derby-ſhire.

C.

Marquis of Carnarvon.
* Lord Biſhop of Chester.

The Univerſity of Cambridge.

Chriſt-College Library.
Emanuel-College Library.
Jeſus College Library.
Mr William Cardale, of Baliol Coll. Ox.
* The Rev. Arthur Charlett, D. D. Maſter of Univerſity Coll. Oxon. Deceas'd.
The Rev. John Chiſenhale, A. M. Vicar of Barking in Eſſex.
The Rev. Edm. Chiſhull, D. D. Rector of Walthamſtow in Eſſex.
Robert Cholmondeley, Eſquire.
Henry Church, A. B. of Pemb Coll. Oxon.
John Clark, Eſq; Gentleman-Commoner of Pembroke Coll. Oxon.
Mr J. Clarke, Bookſeller in London.
Walter Clavell, Eſquire.
Mr Clayton of Mancheſter, *Four Books.*
The Rev. Thomas Clymer, A. M. Fellow of Worceſter Coll. Oxon.
Mr Thomas Cobb, of Oriel Coll. Oxon.
The Rev. Thomas Cockeril, A.M. Fellow of Univerſity Coll. Oxon.

The Names of the SUBSCRIBERS.

The Reverend Jeremy Collier, A. M.
The Rev. John Conybeare, A. M. Fellow of Exeter College, Oxon.
* John Cotton, Eſquire.
Rowland Cotton, of Etwell, Eſquire.
The Reverend Thomas Cox, A. M. Fell. of Worceſter Coll. Oxon.
Mr Robert Coppin, of Baliol College, Ox.
John Crawley, Eſq; Gent. Com. of Univerſity College, Oxon.
John Croſs, Eſq; Gent. Com. of C.C.C. Ox.

D.

* Duke of DEVONSHIRE.
George Daſhwood, Eſquire, Gent. Com. of Univerſity College, Oxon.
Richard Daſhwood, Eſquire.
Dr Deacon, at Mancheſter.
The Reverend Mr Dean, A. M.
John Devey, A. B. of Pemb. Coll. Oxon.
The Reverend John Dobſon, B. D. Warden of New College, Oxon.
* Mountague Gerard Drake, Eſquire.
The Reverend Samuel Drake, B. D. Fell. of St John's Coll. Cambridge.
The Rev. Mr Dujon, A. M. of Doncaſter.
Sir Thomas Duke, Baronet.

E.

* Earl of EXETER. Deceas'd.
Jonathan Elford, Eſquire.

F.

Thomas Fiot, A. B. of Pemb. Coll. Ox.
* Chriſtopher Furneaux, M. B. Fellow of Exeter College, Oxon. and Profeſſor of Anatomy.
James Fynes, A. B. of Magdalen Coll. Ox.

G.

The Reverend Joſeph Gagnier, A. M.
Mr Gaven, of Dublin College in Ireland.
Mr Thomas Gay, of Hart-Hall, Oxon.
William Gower, A. M. Fellow of Worceſter College, Oxon.
* Mr Thomas Granger, of London.
William Greenaway, A. M. Vice-Principal of Hart-Hall, Oxon.
The Reverend John Griffin, A. M.
Mr Samuel Grou, Fellow-Commoner of Oriel College, Oxon.

H.

* Lord HARCOURT.
* Lord HARLEY.
The Reverend Anthony Hall, D. D. Fell. of Queen's Coll. Oxon.
The Reverend George Harbin, A. M.
* Sedgwick Harriſon, L. L. D. Fellow of All-Souls Coll. Oxon. and Profeſſor of Hiſtory.
The Reverend Mr Harriſon, A. M.
Mr Nicholas Haym.
The Reverend Thomas Haywood, D. D. Fell. of St John's Coll. Oxon.
Mr John Head of Chriſt-Church, Oxon.
The Reverend Mr Henry Herbert, of Ch. Church, Oxon.
Nathan Hickman, A. B. Fellow-Com. of Queen's College, Oxon.
The Reverend William Huddesford, A. M. near Offchurch in Warwickſhire.
* Charles Huggins, Eſquire.
William Hume, A. B. of Pemb. Coll. Oxon.
The Reverend Joſeph Hunt, D. D. Maſter of Baliol Coll. Oxon.
Thomas Hurdman, of the Middle Temple, Eſquire,
The Reverend John Hutton, A. M.

I.

Mr George James.
Mr Richard Jebb.
The Rev. Robert Jenkin, D. D. Maſter of St John's College, Camb. and Margaret-Profeſſor of Divinity.
* Charles Jennens, Eſq.
Henry Jennings, Eſq.
The Reverend Mr Ingram, A. M. Fellow of Oriel Coll. Oxon.
Meſſieurs William and John Innys, Bookſellers in London.
The Reverend John Johnſon, A. M. Vicar of Cranbrook in Kent.
The Reverend John Johnſon, A. M. Fell. of St John's College in Cambridge.
John Jones, A. M. Fell. of Baliol Coll. Ox.
The Reverend Mr Jones.

* Sir

K.

* Sir Henry Hoo Keate, Baronet.
John Kepling, A.M. of Chriſt-Church, Ox.
Wyndham Knatchbull, Eſq. A. M. of Bal. Coll. Oxon.
* Robert Knight, Eſquire.

L.

* Thomas L'Eſtrange, Eſquire.
* Francis Lewis, Eſquire.
* Mr Abraham Lehn of Copenhagen.
The Reverend Mr John Lindſay.
John Locker of Greys-Inn, Eſq.
Mr Sil. Lürſenius, of Koenigsberg, in Pruſſia.
Charles Lyddall, Eſq; Gent. Com. of Ch. Church, Oxon.

M.

Jer. Markland, A. M. Fell. of Peterhouſe in Cambridge, *Six Books*.
The Reverend James Martin, A. M. of New-College, Oxon.
Robert Mather, of the Middle-Temple, Eſquire.
The Honourable Charles Maynard, Eſq.
* Richard Mead, M. D.
* Samuel Mead, Eſquire.
Dr John Burchard Menckenius, Counſellor and Hiſtoriographer to the King of Poland.
The Reverend Dr Balthaſar Mentzer, *Four Books*.
Theophilus Metcalf, M. B.
The Reverend Samuel Meymot, A. M.
* Robert Middleton, Eſq. of Chirk-Caſtle, in Denbigh-ſhire.
The Reverend George Mompeſſon, A. M. Rector of Barnborough.
* Will. Moore, Eſq; of Fetcham in Surrey.
James Moore, Eſq; Fellow of All-Soul's College, Oxon.
Sir Charles Mordaunt, Baronet.
The Reverend Mr Moy, A. M.

O.

Earl of OXFORD, *Three Books*.
The Univerſity of Oxford.
The Bodleian Library.
* Brazen-Noſe College Library.
* Exeter College Library.
Jeſus College Library.
St John's College Library.
Magdalene College Library.
* New College Library.
Queen's College Library.
Trinity College Library.
Univerſity College Library.
Worceſter College Library.
Mr John Henry Ott, Bookſeller at Paris, *Six Books*.

P.

* Earl of PEMBROKE and MONTGOMERY.
Mr Samuel Parker of Oxford.
Mr John Parker, Gent. Com. of Brazen-Noſe College, Oxon.
Mr James Parker, of Brazen-Noſe College, Oxon.
Richard Parker, A. B. of Pemb. Coll. Ox.
Stephen Philips, Eſquire.
Eraſmus Philipps, Eſq; Gent. Com. of Pembroke College, Oxon.
Mr James Phipps, of Pemb. Coll. Oxon.
John Pollen, Eſq. Gent. Com. of C. C. C. Oxon.
Mr William Powell, Student of Chriſt-Church, Oxon.
Mr Thomas Privett, of Hart Hall, Oxon.
Mr William Proctor, of Ch. Ch. Oxon.
Robert Pulleyn, Eſquire.

R.

* John Radcliffe, M. D.
John Herbert Randolph, A. M. Fellow of All-Soul's College, Oxon.
Mr John Randolph, of C. C. C. Oxon.
John Ratcliff, A. B. of Pemb. Coll. Oxon.
* Thomas Rawlinſon, Eſq.
* Richard Rawlinſon, L. L. D.
Sir Jemmet Raymond.
The Reverend John Rayner, A. M. Fell. of Lincoln Coll. Oxon.
Edward Richards, Eſquire.
* Mr Thomas Ringer, of Worc. Coll. Ox.
Mr Richard Roberts of Pembroke Coll. Ox.
Thomas Robinſon, Eſquire, Fellow Commoner of Exeter Coll. Oxon.

S.

The Reverend Joſeph Sandford, A. M. Fell. of Baliol Coll. Oxon.
The Reverend John Scandrett, A. M. of Chriſt-Church. Deceas'd.
Thomas Seale, A. M. Fellow of Exeter Coll. Oxon.
* Sir Thomas Saunders Sebright, Baronet.
The Reverend Thomas Secker, A. B. of Exeter Coll. Oxon.
The Reverend Mr Shepheard, A. M. Fell. of Trinity Coll. Oxon.
Robert Shepperd, Eſquire, Gent. Com. of Oriel Coll. Oxon.
* Mr John Shipſton, of London.
Tipping Silveſter, A. B. Scholar of Pembroke Coll. Oxon.
George Smith, Eſquire.
Mr Robert Smythe, Student of Ch. Ch. Oxon.
Mr Philip Sone, of C. C. C. Oxon.
Robert Spearman, Eſquire, Gent. Com. of C. C. C. Oxon.
* Sir John Stanley, Baronet.
The Reverend Mr Stephens, A. M. Vicar of Bampton, in Oxfordſhire.
The Reverend Edward Stephens, A. B. of Exeter Coll. Oxon.
The Reverend Dr Stewart, of Exeter.
The Reverend Nath. Sturges, A.M. Rector of Sareſden in Oxfordſhire.
* Robert Surman, Eſquire.

T.

Francis Taylor, A. M. Fellow of Univerſity College, Oxon.
William Taylor, Eſq.
Thomas Taylor, A. B. of Pemb. Coll. Ox.
Mr John Thompſon, of C. C. C. Oxon.
The Rev. Thomas Terry, D. D. Canon of Ch. Ch. and Greek Profeſſor at Oxford.
John Toke, Eſq.
* Richard Topham, Eſq.
Thomas Towers, Eſq.
The Reverend Thomas Triſtram, A. M. Fellow of Pembroke Coll. Oxon.
The Reverend Thomas Troughear, A. M. Fellow of Queen's Coll. Oxon.

U.

Meſſieurs Paul and Iſaac Vaillant, Bookſellers in London, *Six Books*.
The Reverend Richard Vernon, L. L. B.
Mr Upton of Wadham Coll. Oxon.
Francis Vyvyan, Eſq.

W.

The Reverend Mr Thomas Wagſtaffe.
John Ward, Eſquire.
The Rev. Joſeph Waſſe, B. D. Rector of Aynoe, in Northamptonſhire.
Mr James Weſt, of Baliol College, Oxon.
Anthony Weſtcomb, Eſq.
The Rev. Samuel Weſley, A. M. Student of Ch. Ch. Oxon.
The Rev. John White, A. M. Student of Ch. Ch. Oxon.
Mr White of Exeter Coll. Oxon.
Mr Henry Wilbraham, of Brazen Noſe Coll. Oxon.
The Rev. John Wilder, A. M. Fellow of Pembroke Coll. Oxon.
Mr Stephen Williams, of Exeter Coll. Ox.
Mr Wilſon, of Chriſt-Church, Oxon.
Mr Thomas Woodward, Bookſeller in London, *Six Books*.
Samuel Wotton, Eſq. Gent. Com. of Hart Hall, Oxon.

Y.

Edward Young, L. L. D. Fellow of All-Souls Coll. Oxon.

Ca-

Catalogus MSS. Exemplarium, quibus in hac Editione adornanda uſi fuimus.

BAR. 1. Codex Baroccianus 38. Chartaceus, recens, eleganti manu ſcriptus. Continet Scholia in libros duos de Rhetorica, in orationem pro Quatuor-Viris, & communem Apologiam, & in Platonicam tertiam ad Capitonem.

Bar. 2. Codex Baroccianus 56. Bombycinus, recens, inelegantер ſcriptus. Continet fragmenta quaedem ex oratione Genethliaca in Apellam decerpta, atque hoc titulo inſignita, Αελειδε ἔκφρασις εἰς νεὸν. Haec, tanquam inedita, digna habuit Cl. Langbainius, quae ex hoc MS. ab ipſo deſcriberentur; atque etiamnum comparent inter ejuſdem Adverſaria, quae extant in Bibliotheca Bodleiana, Vol. 9. pag. 75.

Bar. 3. Codex Baroccianus 63. ex parte bombycinus, ex parte chartaceus, recens, μείωγος, Schedis etiam miſere tranſpoſitis. Continet Panathenaicam, & Orat. ὑπὲρ τῶν τεσσάρων.

Bar. 4. Codex Baroccianus 68. Chartaceus, inelegantер ſcriptus, & omnino recens. Continet Epiſtolam ad Impp. de Smyrna terrae motibus obruta.

Bar. 5. Codex Baroccianus 107. Chartaceus itidem, inelegantiori & recentiori manu ſcriptus, e priori, ut videtur, deſcriptus, ita in omnibus probe inter ſe conveniunt. Continet praedictam Epiſtolam.

Bar. 6. Codex Baroccianus 116. in charta vulgari, recenti manu nec eleganti ſcriptus. Continet orationem Panegyricam dictam Imp. M. Aur. Antonino.

Bar. 7. Codex Baroccianus 136. Bombycinus, XIII circiter aut XIV Seculi, bona nota, litteris minutioribus, & paucis abbreviaturis, ſcriptus pereleganter. Continet varia Sopatri Apameenſis in Ariſtidis Orationes Prolegomena, & Orationes XXVI ſequentes; 1. Panathenaicam. 2. Primam pro Rhetorica, contra Platonem. 3. Secundam pro Rhetorica, contra Platonem. 4. Platonicam ſecundam pro Quatuor-Viris. 5. Communem Apologiam. 6. Orat. tertiam ad Capitonem, pro Rhetorica. 7. Orat. Paneg. Cyzicenam. 8. Encomium Romae. 9. Λαλιὰν in Aeſculapium. 10. In Jovem. 11. Rhodiacam. 12. Μαρκιανῷ Ἀθλωΐ. 13. In Alexandrum Orat. Funebrem. 14. In Aegaeum Pelagus. 15. In Serapidem. 16. Iſthmicam in Neptunum. 17. In Eteoneum Epicedium. 18. Apellae Genethliacam. 19. Contra incuſantes, quod non declamaret. 20. Monodiam in Smyrnam. 21. Epiſt. ad Impp. de Smyrna obruta. 22. Palinodiam ſuper Smyrna. 23. Nuncupatoriam Smyrnenſem. 24. Eleuſiniam. 25. Smyrnae Encomium. 26. Contra Genii ſui deſultores: Cum [1] Scholiis veteris cujuſdam mutilatis in Orat. Panathenaicam, fortaſſe Sopatri; ejus etenim nomen his adſcriptum invenio in pagina praecedenti. Scholia ſunt altera exarata manu, quam Textus ipſe Orationum.

Caſaub. Exemplar ed. Florentinae, notis marginalibus ab Iſ. Caſaubono illuſtratum.

Coiſl. Codex 323. Bibliothecae Coiſlinianae, olim 239. bombycinus, XIV vel XV Seculi. Fuit olim Catechumenorum Laurae S. Athanaſii in monte Atho, ut in principio & fine ſcribitur. Continet Ariſtidis ſuper Rhetorica libros duos. Vid. Monfaucon. Biblioth. Coiſl. pag. 444, 445.

Coll. Nov. Codex 259. in Biblioth. Collegii Novi Oxon. ex parte bombycinus, ex parte chartaceus, diverſa & recenti manu ſcriptus. Continet 1. Orat. Panathenaicam. 2. Ad Platonem pro Quatuor-Viris. 3. Com-

1 Eadem eſſe haec Scholia cum iis, quae in Bibliotheca extant Vaticana, ex iis forſan colligere eſt, quae protulit Doctiſſimus Holſtenius in Notis ad Steph. Byzant. ſub voce Σαΐς. In utriſque etenim occurrit fragmentum quoddam ex deperdita Characis hiſtoria depromptum. Mutilata vero haec eſſe exinde conſtat, quod verba, quae ex eodem (ut videtur) MS. Scholiaſte in Ariſtidis Panathenaicam producit Leo Allatius in Vita Homeri, hic tamen non reperiantur. Qualiacunque autem fuerint, bono animo accipias, Lector, & integriora in libros de Rhetorica expectes.

munem Apologiam. 4. Primam ad Platonem de Rhetorica. 5. Secundam ad Platonem de Rhetorica. 6. Monodiam de Smyrna. 7. Epiſt. ad Impp. de Smyrna obruta. 8. Palinodiam de Smyrna: Cum Prolegomenis quibuſdam mutilatis & ſcholiis. Ad calcem libri legimus, Αντώνιος Δαμιλᾶς ἐγ τῦτο ἀντιλήρωσε τὸ βιβλίον.

Hyp. Codex 71. in Hyperoo Bodleiano; Chartaceus, recenti manu ſcriptus, & imperfectus. Continet Platonicam tertiam ad Capitonem, & Panegyricam Cyzicenam.

Laud. Codex 11. I. inter MSS. Gul. Laud Archiep. Cantuar. in Bibliotheca Bodleiana, Bombycinus, bonae notae, XIII aut XIV ſeculi, eleganter ſcriptus. Continet Orationem legatinam ad Achillem, & in Urbem Romam.

Morell. Exemplar editionis Florentinae, olim Federici Morelli, cum MS. Codice ex parte collatum.

Regin. Codex in Collegio Reginenſi Cantabrigiae. Chartaceus, recens, XVI ut videtur ſeculi, nec optimae notae. Continet libros duos de Civili & Simplici Dictione.

'G. CANTERI
IN ARISTIDEM PROLEGOMENA.

NON ab re fortaſſis, neque praeter morem communem facere videbimur, ſi operis initio quaedam de Ariſtide ipſo, cujus nunc orationes prodeunt, deque noſtra verſione breviter dixerimus. Atque ut paulo repetam rem altius, tres fere traduntur a ſcriptoribus Oratorum Graecorum, quibus illi praecipue floruerunt, aetates. Harum prima Periclem, Themiſtoclem, Alcibiadem, alios, qui ſubita dictione ſunt uſi, nec ſcriptum quicquam liquere, complectitur. Altera Demoſthenem, Aeſchinem, Iſocratem, Lyſiam, Lycurgum, Hyperidem, caeteros habuit, quorum adhuc ſcripta extant plurima & praeſtantiſſima: atque hi quidem Athenis vixerunt. Tertia demum aetas in Aſia prodiit, in qua rurſum ſubita fuit in uſu oratio. Ea Polemonem, Herodem, Adrianum, Ariſtidem, & alios multos protulit, quos deſcripſit Philoſtratus: horum porro nullius quicquam extat hodie, quod ſciam, praeterquam Ariſtidis, qui etiam facile praecipuus inter illos fuit. Is patrem habuit Eudaemonem Philoſophum, & Jovis Olympii Sacerdotem, ſub Adriano Caeſare natus Adrianis, quod eſt oppidulum Myſiae, non procul ab ejuſdem Jovis templo. Qui autem Smyrnaeum fuiſſe dixerunt, eo decepti ſunt, quod Polemonem Rhetorem Smyrnae audivit, aut potius, quod Smyrnaea civitate donatus eſt, poſtquam Smyrnam ipſam ab interitu vindicavit, ut poſtea dicemus. Polemone igitur, quod jam coepi narrare, Praeceptore eſt uſus Smyrnae, ſicut Athenis Herode, & Pergami Ariſtocle: ſub quibus ita ſe geſſit, ut inter ſuos omnes non difficulter primas ferret; id quod magis etiam apparuit, poſtquam tota deinde vita literarum & eloquentiae ſtudia per annos aliquot diligentiſſime perſecutus, eam dicendi facultatem ſibi comparavit, ut princeps Graecorum dici meruerit, quemadmodum ipſe quodam in loco refert. Etenim cum ingenio valeret plurimum, & eloquentiam amaret atque affectaret unice, nec fortuna uteretur adverſa, ſi perpetuo longi temporis ſtudio non parum in hac arte profecit, nequaquam debet mirum videri. In Aegyptum deinde profectus eſt, totamque eam regionem perluſtravit, ut ex ejus Aegyptiaca cognoſcitur: & aliquot poſt annis in Italiam. Cum autem Smyrna Romam proficiſceretur, graviter in itinere laborare coepit, contracto prius apud Aeſepum, Myſiae fluvium, languore aliquo: nec, ut in Italiam venit, conquievit, donec domum in patriam rediret, ubi demum graviſſime morbus exarſit. Is autem talis erat, ut eum nulli agnoſcerent medici, quando-

1 Edit. P. Steph. Genevae, A. D. 1604.

qui-

quidem intumeſcebant inteſtina, rigebant nervi, impediebatur reſpiratio, pectus aeſtuabat, aures ac dentes dolebant, cibum praeterea ſine ſuffocationis diſcrimine ſumere non poterat; itaque ſingulis horis mortem expectabat, deſperantibus jam omnibus medicis. Veruntamen Aeſculapius, quem religioſe colebat, eum tandem infinitis pharmacis, lotionibus, inediis, vomitibus, venae ſectionibus, curſibus, declamationibus, peregrinationibus, ac ſimilibus aliis ſecundum quietem imperatis, praeter omnem ſpem ac prope naturam ſanavit: quarum quidem rerum integram hiſtoriam ſex Sermonibus Sacris ipſe complexus eſt; totius autem narrationis compendium initio Quarti dilucide exponitur. Jam quanquam per annos decem aegrotaret, nunquam tamen a dicendo prorſus abſtinuit; cum praeſertim hoc ei ſaepius injungeret Aeſculapius, ut ex argumentis multarum orationum, a nobis adjectis, patet: ac teſtatur ipſe, ſe totum illud morbi ſui tempus, quo plerunque cibo carebat, ſcribendo dicendoque conſumpſiſſe, productis interdum in medias noctes lucubrationibus; carminum quoque circiter triginta myriades eodem fere tempore ſe conſcripſiſſe tradit. Cum autem ad ſubitam dictionem minus eſſet, quam ad inventionem aptus; ad accuratam ſcriptionem ſuum contulit ſtudium, ac veteres imitari conatus eſt, Iſocratem videlicet, Demoſthenem, Thucydidem, reliquos. Et ab aliis quidem quam prope abfuerit, judicabunt docti: caeterum quae Demoſtheni propria tribuuntur, ſententiarum denſitas, majorque rerum quam verborum complexio, ea ſolus ex omnibus proxime expreſſit. Longinus etiam foecundum & argutum in argumentis, atque adeo violentum judicat. Imperatori quoque, M. Antonino, praeter caeteros familiaris fuit Ariſtides: id quod Aeſculapio alicubi acceptum refert. Itaque & dicta quaedam, quibus apud illum eleganter eſt uſus, a Graecis referuntur. Etenim cum Imperator quodam tempore Smyrnae tertium jam diem diverſaretur, & omnes eum ſtudioſe ſalutarent, ſolus forte deſiderabatur Ariſtides. Itaque quaerente de ipſo Imperatore, reſponſum eſt, non adeſſe; nec enim alioqui latere potuiſſe. Poſtridie vero per Quintilios quoſdam arceſſitus, reſpondit, ſe ideo ad Imperatorem non veniſſe, quod iis rebus, quibus alii, non indigeret: donationes autem innuebat. Hoc audito, Marcus plus ei, quam reliquis, dedit. Alii ſic reſpondiſſe narrant, Inventioni totus vacabam; animus autem intentus a quaeſtione ſua non debet avocari. Cum deinde poſtularet Imperator, ut ipſum quamprimum dicentem audiret, petiit Ariſtides, ut argumentum primum daret, deinde notos aliquot orationi juberet intereſſe, denique applauſum quam poſſet maximum indiceret. Significabat videlicet, abſolutam orationem non poſſe tam brevi tempore perfici, nec aequam fuiſſe Antonini petitionem. Poſtea cum Athenis verſaretur Imperator, & Adrianus quidam permagna cum omnium admiratione ex tempore dixiſſet, Ariſtides, qui ſimul apud Antoninum erat, At nos, inquit, non vomimus, ſed accurate dicimus, & placemus. Eodem fere tempore, cum Panathenaicam recitare vellet, ab Herode, cujus mentionem ſupra fecimus, prohibitus eſt, quod ille tum oratorio throno praeſidebat, & alioqui apud Imperatorem, cujus fuerat Praeceptor, gratia valebat. Ariſtides igitur dolo contra invidiam uſus, aliam quandam Panathenaicam vilem & ineptam Herodi, tanquam recitandam, obtulit: atque eo pacto veniam dicendi conſecutus, illuſtriſſimam omnium, quotquot extant, orationem ſumma cum laude pronunciavit; niſi quis eam, quae pro Quatuor-viris eſt conſcripta, praeferri velit. Ea namque, ut veteres quidam, in his Syneſius retulit, totam obſtupefecit Graeciam. Quantus quidem literarum & eloquentiae fuerit amator, ipſe de ſe praedicat, ubi adverſus eos, qui ſilentium ipſius criminabantur, dicit, his verbis; ἄλλοις μὲν ἦν ὁμιλία παιδικῶν ἡδύ, τοῖς δὲ ὡς πλεῖστα λέσθαι, τοῖς δ' εἰς πλῆθος πιεῖν, τὸς δ' ἵπποι καὶ κύνες ἐξέπληξαν. καὶ νὴ Δί' οἱ μὲ παιδιᾷ προσέχοντες ἀφιεσᾶσι τ λόγων, οἱ δ' ἕτερ' ἄττα ασυδάζοντες· ἐμοὶ δ' λόγοι πάσας προσηγορείας καὶ πάσας διωάμεις ἔχυσι. καὶ γὸ παῖδας καὶ γονέας, καὶ σωέζεις τὲ καὶ ἀναπαύσεις, καὶ πάντα ἐδήμιλω τέτοις, καὶ τ ἀφροδίτιλω ἐπὶ τέτοις καλῶ· ταῦτα δέ μοι παίζεται, καὶ ταῦτα ασυδάζεται·

ται· τούτοις χαίρω, τούτων ἀπτόμαι, ἐπὶ τοὺς τούτων φοιτῶ θύρας. Quae nos ita tranſtulimus; Cumque alii amoribus delectentur, alii lavacris, alii compotationibus, alii equis & canibus; quidam etiam ludendi vel aliarum rerum ſtudio a literis deficiant; mihi vero literae omnes appellationes ac facultates continent. Nam & liberos & parentes, & negotia & otia, atque omnia in his poſui; ad has Venerem invoco, has joco & ſerio perſequor, his gaudeo, has amplector, harum frequento fores. Cum his probe conſentit pulcherrima ſententia, quam initio in Aeſculapium uſurpavit; ὅλως μὲν ἓν κέρδος ἀνθρώπῳ τ' βίῳ, καὶ ὥσπερεὶ κεφάλαιον, ἢ σὲ τὸν λόγων ἀμφιεδῆ· & quod Platonica ſecunda inquit, ὡς ἐγὼ δεξαίμιλλ ἂν δυνάσθ λέγειν μᾶ χρησῷ βίῳ καὶ σώφρονος, εἰς ὅσον οἷόν τε κάλλιστα ἀνθρώπῳ μᾶλλον, ἢ μυριάκις Δαρεῖ ὁ Τσάσπου γενέσθαι, καὶ μικρά μοι πάνθ' ὡς ἀληθῶς πρὸς τοῦτ' ἤδη φαίνεται· id eſt, Equidem vim dicendi cum proba & modeſta vita, qualis in hominem poſſit maxima cadere, malim conjunctam, quam decies millies Darius Hyſtaſpis Filius fieri, & ejus comparatione jam omnia mihi videntur ſordere. Nec indignam hoc tanto ſtudio mercedem apud ſuos conſecutus eſt; publicos videlicet (praeter immunitatem ab Impp. conceſſam) omnium applauſus, gratulationes mirificas, & inſignem admirationem: quemadmodum ſimiliter ipſe fatetur cum in Quarto Sacrorum Sermonum, tum extrema in Aeſcul. cum ait, κὴ ἔκ ἔστιν, ἡ πόλις, οὐκ ἰδιώτης, ἡ τ εἰς ἄρχοντας τελέντων, ὃς ἡ κὴ χρ' μικρὸν ἡμῖν ὁμιλήσας ἐκ ἠπατήσατο, εἰς ὅσον οἷός τε ἦν, τὸν ἔπαινον ἐκτείνων. Quae Latine ſic ſonant, Itaque nec civitas ulla, nec homo privatus, nec magiſtratus quiſquam fuit, quin me, poſtquam vel tantillum eſſet mecum verſatus, magnis cum encomiis ſit amplexatus. Huc etiam pertinent illa contra proditores myſteriorum, τίνες πω μείζως θορύβως ἐν συλλόγοις ἐκίνησ; ἢ τὶς μᾶλλον, σιὼ θεοῖς εἰπεῖν, τυπὶ γὸ ἔμοιγε ἡσθῶ πάσης παῤῥησίας, ἀμφοτέρων ἥλατο τ ἐθνῶν, λέγω κὴ τ δεξιῶν κὴ τ ὧς πολλὼς ὀνομάζομεν; Quis adhuc majores in concionibus excitavit plauſus? aut quis, quod pace deorum dixerim (id enim a me in omni liberiore oratione praefatum volo) utrique generi magis placuit, tam elegantium, quam eorum, quos multitudinis nomine complectimur? Cujus rei cauſam deinde juſtiſſimam ſubjungit; μόνοι γὸ τ πώποτε ἁψαμένων λόγων εὐχόμεθα, ὅσῳ μετριώτατον εἰπεῖν, ὁπόσα δεῖ καὶ νομίζεται περὶ λόγως ἀγαθὰ, εἰς μίαν δύναμιν καταχλείσαντες δεικνύναι μετ' ὀλίγου. Id eſt, Soli namque ex iis, qui unquam ad dicendum ſe contulerunt, gloriamur nos, quod parciſſime dictum ſit, quotquot ſunt & putantur orationis virtutes, in unam facultatem concluſas egregie uſurpaſſe. Et certe, ſi quid judicare poſſum, videor mihi in uno hoc oratore & ſubtilitatem Thucydidis, & ſuavitatem Herodoti, & vim denique κὴ δεινότητα Demoſthenis, accuratiſſime expreſſas deprehendere. Nec aliter, credo, ſentire poterunt, quicunque ſibi eum diligenti lectione familiarem fecerint. Illud etiam praetereundum non eſt, quod apud Imperatorem tantum fertur eloquentia valuiſſe, ut Smyrnaeis maximo fuerit commodo. Cum enim Smyrna terrae motibus ac hiatibus prorſus eſſet deleta, ſic eam apud Antoninum per literas, quae etiamnum extant, deploravit, ut ad reliqua quidem earum verba ſaepius ingemuerit, ad haec autem, ζέφυροι δ' ἐρήμιλω αὐτὼ καταπνεύσι, etiam libello ſit illacrymatus. Ac mox habito Epheſi concilio, Smyrnam inſtaurari juſſit. Smyrnaei deinde Ariſtidi publicam in gymnaſio ſuo, tanquam urbis conditori, ſtatuam poſuerunt; cujus etiam ipſe primo Sermone Sacro meminit. Huic inſcriptum fuit epigramma, quod initio libri collocavimus. Mortuus denique eſt Ariſtides Adrianis, vel, ut alii volunt, in Ionia, cum annos circiter ſexaginta vixiſſet. Jam ut ad orationes ejus veniamus, eas in omni genere conſcripſit illuſtriſſimas ac diſertiſſimas; id quod equidem a lectoribus in re praeſenti facilius exiſtimari, quam a nobis hic doceri poterit. Caeterum eaſdem nos in Tomos tres diſtribuimus, & eum in ſingulis collocandis ordinem ſervavimus, qui cenſetur in talibus aptiſſimus. Nam in Graeco quidem libro confuſa ſunt inter ſe omnia; ne jam dicam, quod oratio Platonica prima in duas, ſecunda in quinque orationes temere diviſa cernitur. Veruntamen praeter eas, quae extant, Philoſtratus alias

ſeptem

ſeptem citat, quarum haec fuerint argumenta;

Οἱ μισθοφόροι ἀπαιτέμενοι τ᾽ γλῶ.
Ο παραιτέμενος τ᾽ τειχισμὸν τ᾽ Λακεδαίμονος.
Ισοκράτης ὁ τὸς Αθηναίους ἐξάγων τ᾽ θαλάτης.
Ο ἐπιτιμῶν τῳ Καλλιξένῳ ἐπὶ τῳ μὴ θάπτειν τὸς νέκα.
Οἱ βαλλόμενοι περὶ τ᾽ ἐν Σικελίᾳ.
Αἰσχίνης ὁ μὴ λαβὼν ὑπὲρ τ᾽ Κτησιφῶντος τ᾽ σίτον.
Οἱ παραιτέμενοι τὰς σπονδὰς μ᾽ τὸ κλεῖναι τὰ γένη.

Ipſe quoque Ariſtides in Sacris Sermonibus meminit orationis ſuae de Curſu; item ſecundae ac tertiae in Aeſculapium. Somniorum quoque deſcriptiones in iiſdem libris citat. Hermogenis etiam enarrator Graecus de Critiae caede, qui ad Harmodii & Ariſtogitonis ſtatuas confugerat, duas refert Ariſtidem ſcripſiſſe orationes, alteram brevem, alteram bene longam: cum in illa artem, in hac eloquentiam voluiſſet oſtendere ſuam. Denique Suidas hujus viri orationum certum nuſquam extare numerum ſcribit. Edidit quoque in arte Rhetorica libellos duos, breves quidem, ſed elegantes & abſolutos, alterum de Civili, alterum de Simplici oratione: in quibus utriuſque dicendi generis rationem & methodum atque exempla diligenter & accurate tradit. Verum hi quoniam ſerius in manus noſtras venerunt, non potuimus eos una cum caeteris, ut volebamus, verſos publicare: operam tamen dabimus, ut hi quoque cum ſtudioſis brevi communicentur.

Poſtremo de verſione noſtra hoc obiter dicemus, multum nos in ea diuque totis ingenii viribus laboraſſe; neque quicquam, quod ad eam illuſtrandam facturum videretur, omiſiſſe; quandoquidem ſcriptor hic non nimis facilis viſus eſt, cum ob alia, tum propter ea, quibus undique ſcatet, menda. Et ad illud quidem quantum pertinet, ita nos in eo geſſimus, ut omnia fideliſſime conaremur interpretari. In erratis porro corrigendis ea ſumus uſi libertate, quam ſcriptor a multis jam ſeculis neglectus merito concedebat; ita tamen, ut audaciam nimiam diligentiſſime caverimus. Ac in duabus quidem orationibus, Panathenaica, & proxima in Urbem, ab Aldina editione nonnihil adjuti ſumus: in reliquis autem noſtri ingenii conjectura qualicunque, rationis tamen haud experte, ſemper fere uſi ſumus; niſi quod etiam J. Auratus Lemovix, admirabili vir eruditione, cum ſimul olim hunc oratorem aliquouſque percurreremus, de quibuſdam peracute nos admonuit. Jam ſub ipſum editionis noſtrae initium vir optime de literis omnibus meritus, & ſingulare totius Germaniae decus, J. Oporinus, Ariſtidem ſuum, a doctiſſimo viro, A. Arlenio, quondam cum libro manuſcripto collatum, qua eſt humanitate & morum elegantia, nobiſcum lubens communicavit: qui codex & noſtras conjecturas permultas confirmavit, & novas emendationes aliquot, nec non defectuum ſupplementa ſubjecit. Veruntamen ne ſic quidem, quae voluimus, omnia praeſtare licuit, quin multa vel libris melioribus, vel majoribus ingeniis, aliquando nos debere poſſe credamus. Quae cum ita ſint, ab aequo lectore veniam ſpero me facile impetraturum, ſicubi cum ut in opere longo, & ab omnibus hactenus intacto, tum ut homo, ac juvenis quidem, lapſus fuero: cum praeſertim haec non tam in noſtrum decus aut commodum, quam in utilitatem publicam, ne tanto theſauro diutius eloquentiae ſtudioſi carerent, a nobis elaborata ſint.

Ornatiſſimae Florentiſſimaeque Juventuti Academicae S. P. D. Laurentius [1] Normannus.

Anno ſuperiore proximo, quando a Dialectices primaeque Philoſophiae tractatione, ad amoeniorem Graecarum literarum provinciam, clementiſſimo Sacrae Regiae Majeſtatis mandato, tranſeundum mihi erat; coepi de idoneo quopiam

1 Edit. Upſal. A. D. 1687.

ſcriptore,

ſcriptore, noſtros in uſus edendo, circumſpicere. Itaque quum compertum haberem, adſervari in inſtructiſſima bibliotheca Illuſtriſſimi Excellentiſſimique Regii Senatoris, D. Claudii Rolambii, Viri Ampliſſimis in republica honoribus, obitiſque longinquis legationibus, fulgentiſſimi, volumen quoddam Graecum, non pauca, nec adſpernanda, monumenta ἀνέκδοτα complexum; neque illud tamen petitum ire, ipſe ſatis auderem, quippe Illuſtriſſimo D. Senatori homo ignotiſſimus: igitur eximio clariſſimoque Viro, Laurentio Schultio, perilluſtris D. Baronis Broderi Rolambii, paternarum virtutum laudumque ex aſſe haeredis, magiſtro, rem omnem commiſi. Nec fides amiciſſimi hominis verbis deerat. Vicit enim, illo conciliante, vota noſtra trepidaſque ſpes, incredibilis Illuſtriſſimi Viri facilitas, ac eximia literarios conatus provehendi promptitudo. Pro quo beneficio, ut immortales Excellentiae Illius gratias, cum publico, tum meo, nomine debeo; ita ut in id una mecum, Lectissimi Juvenes, ſedulo diligenterque incumbatis, quo egregii muneris memoria, ac fructus, ultra urbis Academiaeque noſtrae pomeria, ultraque praeſentis temporis anguſtias, in procul poſita loca, in ſecula eat, vos etiam atque etiam oro ac adhortor. Atque ut exemplo meo, in conſortium honeſtiſſimi operis, neque Muſis Upſalenſibus indecori, ut confidimus, aut poenitendi, venturis animos adderem; graviſſimi Oratoris, Aelii Ariſtidis περὶ ῥητορικὴν πρὸς Ἀχιλλέα, orationem [1] nondum uſquam gentium locorumque evulgatam, quantum equidem ſedula indagatione comperire potuimus, aere ſumptuque meo, publicandam ſumpſi. Tum ut peregrinitatis notam apud eos Auctor effugeret, qui Graece tantummodo loquentem, familiaritate ſua domoque prohibituri erant, verſio acceſſit Latina; ſpecimen ac rudimentum noſtri in his rebus tyrocinii. Quo in negotio Oratorem, raro plana mollique via incedentem, ſaepius arduo praeruptoque calle audacius veſtigia ponentem, pro noſtri pedis modulo, etſi non aequis paſſibus, quod fieri nequibat, libratis tamen circumſpectiſque, ſubſequi conati ſumus. Porro & Notae quaedam adjectae ſunt; ſed breves ac neceſſariae. Nunquam enim illa quorundam περιττολογία καὶ ἀδολεσχία probanda nobis, aut imitanda viſa eſt, qui omnibus oſtentandae πολυαναγνωσίας καὶ πολυμαθείας occaſionibus, ἀκαίρως τε καὶ εὐκαίρως, imminent. Triſtique taedio τὴν τοιαύτης ἀπεραντολογίας καὶ περιεργίας, lectores enecant. Καὶ εἰ μὲν περὶ ῥητόρων [ὁ ποιητὴς] μυηθείη, πάντα περὶ ῥητόρων διεξιωῶσιν· εἰ δὲ περὶ βοώτου, τὰ περὶ ἐκείνου· εἰ δὲ περὶ ἀργῶς, τὰ περὶ τὸς ἀργοναύτας. τοῖς γὰρ βουλομένοις τὰ περιμήκιστα βιβλία καταλιπεῖν, καὶ πλείονα, καὶ τῶ ἀναγκαίω ἐκτὸς, τοιαῦτ [malim τοιαύτη] ὁδὸς· ἡμεῖς δ' ἐγκύρως τὰς ἐξηγήσεις ποιησάμενοι, καταλίπωμεν τὸ περιττὸν τῆ συλλεκτικῆς ἐκδόσεως· ut praeclara Theonis ex epilogo ſcholiorum Αρατείων verba, huc accommodemus. Praeter caetera vero curae nobis fuit, ſuis ſingula locis indicare, quae ex hoc ſcripto adducit diligentiſſimus Ariſtidis lector, Thomas Magiſter in ὀνομάτων Ἀττικῶν ἐκλογαῖς, & Georgius Lacapenus in Grammatica, (ſic ineditum vocum Atticarum Lexicon, quibus in epiſtolis ἀμοιβαίαις, ipſe & Andronicus Zarides uſi ſunt, inſcribit) ut ne dubitare quiſquam poſſet, genuinum ac germanum illius opus eſſe, cujus nomen praefert. Denique & in margine libri nonnulla annotata ſunt, cum eruendae conſtituendaeque verae lectioni, tum indicandis Poetae verſibus, quos nobis reſpexiſſe Orator viſus eſt. Caeterum de Auctore ipſo, illiuſque rebus & ſcriptis, quemadmodum conſtituimus, ne nunc dicamus, chartae hujus anguſtia facit. Quod primo quoque tempore fiet, cum denuo de Ariſtide noſtro bene mereri conabimur. Laeti enim alacreſque in hoc ſtadio, Deo bene juvante, pergemus, ſi probari noſtrum hoc officium intellexerimus: ſin minus, ὃ μὴ γένοιτο, ἁδ' ἔσαγ· optimi rectiſſimique propoſiti conſcientia nos ſolabimur; & porro, quod hucuſque fecimus, intus nobis Muſiſque noſtris canemus.

1 Hoc licet ignoraret Normannus, publici tamen juris hanc orationem fecerat Joach. Camerarius, juxta cujus editionem eam Latine vertit Gul. Canterus, & verſionem ſuam una cum caeteris Ariſtidis noſtri operibus prodire juſſit Baſileae, 1566.

AELII ARISTIDIS VITA, ex Philoſtrati lib. 2. de Vitis Sophiſtarum.

1 Edit. Flor. τι δίδῳ, ἐάν τι ἀφαιρῆται. 2 Illud φησι deeſt in edit. Flor. 3 Male MS. Bodl. Περικλῆς. 4 Edit. Flor. οἷοί τε. 5 Ed. Flor. οὕτω. 6 Non agnoſcit edit. Flor. 7 Edit. Flor. ἦν. 8 Edit. Flor. καὶ τοὺς ἄλλους. 9 Deſunt haec in MS. Bodl. ex ed. Flor. repoſui. 10 Περὶ abeſt ab MS. Bodl. 11 Ed. Flor. τὸν ὑπὲρ πολλῶν. 12 Edit. Flor. νεῶ. 13 Deſunt omnes praeter Κίμωνα in edit. Flor.

περὶ

περὶ δ πολιτικοῦ περὶς τ φιλόσοφον ἀνθορίζεσθαι, ἂν δέπως ἀναγκασθῇ, περὶς τὸ χρήσιμον πιθανῶς ποιεῖται τὰς ὅρας. ἐνδιατείβει δὲ διόλε τ πραξεσι, ταὶς ἀποδείξεις ἑαυτῷ διὰ τάτων ἐρανιζόμενος, ὃ πολιτικὰς αὐτὰς ἐκ τ κατὰ μέρ ἶναι πιθάνος. καὶ δοκεῖ ἐκ τ Ισοκράτες παραινέσεων εἰληφέναι τὴν μεταχείρισιν. ὡς γὰρ ἐκεῖνος περὶ [1] δικαιοσύνης καὶ σωφροσύνης καὶ φρονήσεως καὶ ἀνδρίας δογματίζει μὲν ὀδέν. ὀδὲ γὰρ λέγειν [2] τὶ δίκαιον, ἢ τί σωφροσύνη πάλιν, ἢ φρόνησις, ἐκ ἣ τ καλὰ μέρος παραγγελμάτων ἀρετὴν ἐμποιεῖ· πᾶ μὲν δικαίας πράξης ὑποτιθέμενος, πᾶ δ᾽ διδάσκων ὅπως ἂν εἶναι φρόνιμοι δόξαιμεν, πᾶ δ᾽ τ ἡδονῶν ἀμελεῖν παραινῶν καὶ διὰ τάτων τ σωφροσύνην ἐργαζόμενος. ὅτως Αριστείδης ἐκ τ κατὰ μέρος πράξεων τ ἀρετὴν τ ῥητόρων ἐπιδεικνὺς, πολιτικοὺς εἶναι τὸς ἄνδρας βιάζεται, ἀντεγείρων τῇ τ συλλογισμῶν ἀνάγκῃ τ τέχνῳ, καὶ τῇ μεταχειρίσι τὸν ψόγον μεταπιθεὶς εἰς ἐγκώμιον. δείκνυσι γὰρ καὶ τὸ εἶδος τ λόγε σαφῶς τὰ προάγματα κείμενα. καὶ νῦν εἰ δοκεῖ σαφέστερον τᾶτο [3] ὀψώμεθα.

Φασί τινες τ βαθείας ὑπήνας ἐλκόντων δικανικὸν εἶναι τ λόγον. πρῶτον μὲν ἐκ τ ἐπιγραφῆς· ὑπὲρ τ παρῶν γάρ φησιν ἐπιγεγράφθαι. ἡ δ᾽ ὑπὲρ [4] θετήσεις, ἀπολογία ἐστί· ἔπειτ᾽ ὅτι ἀντιθέσεις ὁ λόγος ἔχει. καὶ τὸ δεύτερον δ᾽ μέρος ἀγῶνας κεκλήκασιν. ὅτε δ᾽ ἀγῶνες ὅτε ἀντιθέσεις ἐν ἄλλῳ τινὶ ἢ δικανικῷ εἴδει [5] συμβαίνουσιν. ἐκ δὲ τάτων δῆλον, ὅτι δικανικὸς ὁ λόγος καλεῖται. πρὸς τάτοις φασὶν, ὡς αὐτὸς Αριστείδης δικανικὸν εἶναι τὸν λόγον ᾠήσατο· ἤδη καὶ πρὸ ἡμῶν κατηγορίαν εἶναι τ Πλάτωνος λόγον [6] ἀποφηνάμενος, ἔνθα φησὶ καὶ τὴν κατηγορίαν ἣν ἐποιήσατο Μιλτιάδε καὶ Θεμιστοκλέους. πρὸς δὲς ἐρῶμεν ταυτί. πρῶτον μὲν ὡς ἀδιαφόρως οἱ παλαιοὶ κέχρηνται τ προθέσεσι. καὶ γὰρ τῇ κατὰ τ ὑπὲρ Δημοσθένης ἐχρήσατο, καὶ πρὸ [7] τ Θουκυδίδης ἐναλλαγμένως εὑρήσεις πάσας τὰς προθέσεις κειμένας, ὥστε ἀχ ἡ πρόθεσις δικανικὸν τ λόγον ποιεῖ. ἔπειτα αἱ ἀντιθέσεις ἃ μόνον ἐμπίπτουσιν ἐν δικανικαῖς ὑποθέσεσιν, ἀλλ᾽ ἤδη καὶ [8] ἐν ἐγκωμιαστικαῖς· ὡς Ισοκράτης ἐν τῷ Βασιλεῖ, καὶ αὐτὸς Αριστείδης ἐν παναθηναϊκῷ. [9] καὶ ταὶς αἰτίας ἐκεῖ ἐξηγησάμενοί σοι, πρῶτον τᾶτον τ λόγον εἰρήκαμεν· ἔφαμεν γὰρ ὅτι τὰ ἀμφίδοξα τ ἐγκωμίων ἐὰν ἀκριβῶς ἔνδοξα κατασκευάσαι θελήσωμεν, ἐξ ἀντιθέσεως λαβόντες τὰ δοκοῦντα διαβολῆς ἄξια εἰς ἐγκώμια μεταθέμεν, ἵνα τελείως ὁ λόγος ἔνδοξος γένηται. περὶς δὲ τὸ ἀγωνιστικὸν εἶναί τι μέρος τᾶ λόγε διὰ τὸ μάχιμον τὸ καλὸ τ συνάξιν εἴρηται, ὅτι καὶ [10] αὐτῷ δι᾽ ἀγῶνος ἐπαίδαξεν ἀποδείξαι τὰς ἄνδρας πολιτικάς. ἀγωνιστικὸς γὰρ λέγε λόγος ὅταν μαχίμως παρ᾽ ἡμῶν συντεθῇ. ὥσπερ ἂν εἰ καὶ τόπον [11] Ομηρικὸν λαβόντες μαχίμως μεταφράσαι [12] θελήσαιμεν. κυρίως μὲν γὰρ τὸ τ ἀγώνων ὄνομα ὑπὸ δικανικῆς ὑποθέσεως τέτακται, ἐπειδὴ πρὸς ἀλλήλως ἀγωνίζον πρὶ τ νικῆς ἀμφότεροι. ὀδὲν ἦ ἄτοπον καλέσης τ χρείας ὃ ἐν ἐγκωμιαστικαῖς ὑποθέσεσιν, ἢ φράσαι χρήσασθαι ἀγωνιστικῇ, ἢ μαχίμοις ἐπιχειρήμασι. δεῖ δὲ πανταχᾶ τῶν πραγμάτων τὴν φύσιν καὶ τῆς ὕλης τὸ εἶδος ὁρᾶν, καὶ μὴ τῇ τ ὀνομάτων θέσι [13] πρᾶγμενέσθαι. τὸ γὰρ λέγειν ὅτι εἰσὶν οἱ ἄνδρες πολιτικοὶ, δηλοῖ τάτως ἐκ ἔχειν τὰς ἀρετὰς, ὅπερ ἃ δικανικᾶ εἴδος, ἀλλὰ διαβολὴ τυγχάνει τ φύσεως. ἀχ ὁ χαρακτὴρ τοίνυν τᾶ λόγε μάχιμος ὤν, δικανικὸν τὸ εἶδος ποιεῖ, ἀλλὰ τῶν πραγμάτων ἡ φύσις ἐγκωμιαστικὴν τὴν ὑπόθεσιν δείκνυσι. περὶς δὲ τὸ ὅτι αὐτὸς Αριστείδης κατηγορίαν [14] ὠνόμασεν, εἰκάσιν

1 Ed. Flor. σωφροσύνης καὶ δικαιοσύνης. 2 Τὸ MS. Bodl. 3 Edit. Flor. ὀψόμεθα. 4 MS. Bodl. προθέσεις. 5 MS. Bodl. καὶ συμβαίνουσιν. 6 MS. Bodl. ὑποφηνάμενον. 7 Edit. Flor. περὶ Θουκυδίδης. 8 Non agnoscit edit. Flor. 9 Desunt haec usque ad ὅτι τὰ in ed. Flor. 10 MS. Bodl. αὐτό. 11 Desunt Ομηρικὸν λαβόντες in MS. Bodl. 12 Edit. Flor. θελήσωμεν. 13 Edit. Flor. πραγμένεσθαι. 14 Edit. Flor. εἶπε, τὴν ἐξέτασιν Πλατωνικοῦ. ἐοίκασιν ἀγνοεῖν ὅτι τὸ κατηγορία ὄνομα ἐπαμφοτερίζει, καὶ ποτὲ μὲν δηλοῖ τὸ κατὰ τινος ἀγορεύεσθαι, καὶ δὲ λέγεται καὶ τὸ πραγματεία Αριστοτέλους κατηγορίαι. ποτὲ δὲ κατηφορὴν δηλοῖ, καὶ διώκα-

ἀγνοεῖν, ὅτι κατηγορία ἀντὶ τῆς κατηγόρθωσις εἴρηται. ὡς Ἀριστοτέλης τὸ τῶν κατηγοριῶν βιβλίον ὠνόμασε, διὰ τὸ κατά τινος τρόπου γράμματος τὸ λεγόμενον ἀγορεύεσθαι. ὅθεν καὶ Ἀριστείδης κατηγορίαν εἶπε τὴν ἐξέτασιν Πλάτωνος, διὰ τὸ τὰς παρ' αὐτοῦ λόγους κατὰ τῶν ἀνδρῶν ἀγορεύεσθαι. εἰ δὲ δεῖ τρὸς τιὼ λέξιν καὶ θεωρήματι χρήσασθαι, Δημοσθενικῶς Ἀριστείδης τὴν ἐξέτασιν κατηγορίαν ὠνόμασεν, ἵν' αἰτήσας τὸν λόγον τῇ λέξει καθάψῃ Πλάτωνος, ὡς κατηγοροῦντος, ἀ δοκιμάζοντος. τρεῖτον μὲν οὖν ἐντεῦθεν οἶδ' ὅτι κ τρεὶ ξένους τινὰ λόγον ποιήσασθαι. εἰ γὰρ ἀποδέδεικται ἀ δικανικὰ εἴδους ὁ λόγος, οὐκᾶν πῶς ξένοις ἀπόδεκτος ἂν ἡ ὑπόθεσις. ἀ μὰν κ τρεὶ τάτα ποιησόμεθα τὴν ἀπόσκεψιν, ἵνα μηδὲν ἂν ἐξέτασον ᾖ. τινὲς τῶν ἐμπρεπτάντων ἐνδόξως ἐφ' ἡμῶν, ὥσπερ τι μέγα κ σεμνὸν ἀπινοήσαντες, μετάσασιν εἶναι τῆς ὑπόθεσιν ἔφασαν, ἔγκλημα τρεφέροντες τὸ κατὰ Περικλέους λεγόμενον. ὀργὰς γάρ φησι κ Φιλαργύρους Ἀθηναίους ἐπίσε, καὶ τὴν αἰτίαν ἀπὶ τοὺς τρεὶ αὐτῶν μετάγουσι ῥήτορας. οἶδα δὲ ὅτι οὐκ ἔγκλημα λαμβάνει παρὰ δὲ Πλάτωνος τὸ ὀργὰς κ Φιλαργύρους· ἀλλ' ἡ μὲν πρώτη μέν τρόσασις ἐστὶν, ὅτι ἀκ ἦσαν οἱ ἄνδρες πολιτικοὶ, ἡ δὲ τάτα κατασκευή. ἀδὲ γὰρ καλοὺς κἀγαθοὺς Ἀθηναίους ἐποίησαν· τἀναντίον ἢ καὶ κακοὺς ὀργὰς κ Φιλαργύρους. ὁ ἢ, τὰ συνέχοντα τὸν τρὸς τῷ Πλάτωνι ζήτησιν μὴ νοῶν, τὰς ἀποδείξεις λαβὼν εἰς ἐγκλήματα μετάσασιν εἶπε τὴν ξένοις, ἵνα ἀδιορθώτῳ παίσματι τρεπέσωμεν. ἀνάγκη γὰρ ἐν τῇ ἀντιθετικαῖς πρῶτον ἡμᾶς ὁμολογεῖν τὸ ἀπιφερόμενον ἔγκλημα, εἶθ' ὕτω μετάγειν εἰς ἕτερον. εἴτε οὖν τὸ μὴ εἶναι τοὺς ἄνδρας πολιτικοὺς ἐγκαλοῦσιν, ἀνάγκη δὲ τὴν μετάσασιν πρῶτον ὁμολογεῖν, ὅτι οὐκ εἰσὶν πολιτικοὶ, ὅπερ Ἀριστείδης ἀ ποιεῖ διόλου τοὺς ἄνδρας κατασκευάζων πολιτικούς· εἴτε τὸ ὀργὰς καὶ Φιλαργύρους ἐγκαλεῖ, ἀνάγκη καὶ ταῦτα πρῶτον ὁμολογεῖν διὰ τὴν Φύσιν τῆς μετασάσεως· ὅπερ ἐστὶν ἀτοπώτερον. ἔτι τὰ ἐν τῇ ἀνδρικαῖς ἐγκλήματα κατὰ Φύσιν, ἀ καλὰ θέσιν ἐστίν· οἷον τὸ τεῖχος καθελεῖν, ἢ τὸν ἵππον ἀνελεῖν ἐν ἀνδρασί, ἢ τὸ ἀποκτεῖναι τὸν ὑὸν ἐν ἀντεγκλήματι, ἢ τὸ μὴ πρεσβεῦσαι ἐν μετασάσι, τὸ τυπῆσαι τὸν πατέρα ἐν συγγνώμῃ. πάντα ταῦτα κ τὰ τοιαῦτα καλὰ Φύσιν ἐστὶν ἐγκλήματα. κ γὰρ μόνα λεγόμενα καὶ χωρὶς πρεισάσεως κατηγορίαν ποιεῖ· διὸ κ καλὰ Φύσιν ἐγκλήματα εἴρηται παρ' ἡμῶν. τὰ δὲ ἐν τῇ ἄλλαις ξένοις ἐκ τοῦ ἔξωθεν ὕλης καλὰ θέσιν ἐγκλήματα γίνεται. μὴ νεοσφαγεῖ γᾶν ἧς παρεσὼς, ἀ κριθήσεται, τὸ ἐπανατεῖναθαι χεῖρας διὰ τὸ πρὰ πάρχουσαν ἔχθραν ὑβριστικὸν εἶναι δοκεῖ. ἐὰν γᾶν πρείλωμεν τὴν ποιότητα, ὁ ἐπανατεινάμενος ἀκεῖνο κρίναθαι δύναται. τὸ ἀποκτεῖναι μοιχὸν ἀνεύθυνον ὄν, διὰ τὴν ποιότητα ἀ τρισυριξέως εὐθύνεται. ἔστιν ἂν ἰδεῖν εἰ τὸ λεγὸν τὸ φιλάργυρον ἐγκλήματα κατὰ Φύσιν ἐστὶν, ἢ ἄ. ἴσμεν δὲ ὅτι ἀδεὶς λεγίας ὑπέσῃ γραφὴν ἀδὲ φιλαργυρίας· ἀλλὰ μισεῖ μὲν ταῦτα ὡς ἄτοπα. ἀ μὴν κρίνεται· ἀκᾶν ἀδὲ τιμωρίαν τάτων ὥρισαν οἱ νόμοι. πῶς ἂν ἐστὶ μετάσασις μήτε τῶν ἐγκλημάτων ὄντων, μήτε ὁμολογάντων ἡμῶν πρῶτον τὰ πρεὶ τὸν ἀνδρικῶν λεγόμενα, μήτε ὅλως ἐκ πρειράσεως γινομένων ἐγκλημάτων αὐτῶν; ἀκᾶν ταύτῃ πρῶτον ἐκβλητέον τιὼ ξένοις. ἄλλοι πραγματικῆς ὑποθέσεως εἶναι τὸν λόγον πρεφήρησαν, λέγοντες ζητεῖσθαι εἰ δεῖ πολιτικοὺς τοὺς ἄνδρας καλεῖν ἢ ἄ. ἴσμεν δὲ ὅτι ἐν τῇ

δυνάτῳ ἀμφοτέρως ἐκεῖ λαμβάνεσθαι. πρεῖτον οὖν ἐντεῦθεν πρεὶ ξένους λόγον ποιεῖσθαι. ἔνιοι μέντοι μετάσασιν εἶναι τιὼ ὑπόθεσιν ἔφασαν. 1 Edit. Flor. πρεί. 2 Abest ab edit. Flor. 3 Edit. Flor. οἱ & mox νοοῦντες, ἔλαβον & εἶπον. 4 Non agnoscit edit. Flor. 5 Edit. Flor. δὲ. 6 MS. Bodl. Διά. 7 Deest in edit. Flor. 8 Edit. Flor. ἄτοπον. 9 Edit. Flor. μόνον. 10 MS. Bodl. νεοσφάλ. 11 MS. Bodl. ἔστω συνιδεῖν. 12 Deest in Edit. Flor. 13 Non agnoscit etiam edit. Flor. 14 Edit. Flor. τὰς. 15 Abest ab edit. Flor.

πραγμά-

πραγματικῆ ἐνεχώτων ἔτι καὶ ὑποαρχόντων τῶν πραγμάτων ωερὶ τοῦ μέλλοντος ποιήσεσθαι ζήτησιν, εἰ δεῖ δοθῆναι τόδε, ἢ ποιῆσαι τόδε, ἢ ὀνομάσαι Περικλέα Ολύμπιον, τοῦ σκόπου τῆς ὑποθέσεως τιθεὶ ἀναφορὰν ωρὸς τὸ μέλλον ἔχοντος. κἂν γάρ τινα λόγον τῶν παρελθόντων ποιώμεθα, ἀλλὰ τὸ μέλλον αὐτῶν μνημονεύομεν τοῦ μέλλοντος τὸ κῦρος τῆς ὑποθέσεως ἔχοντος. ἐνταῦθα δὲ ὁποῖοί τινες ἦσαν, ἐστὶν ἡ ζήτησις, πότερον πολιτικοὶ, ἢ οὔ· [1] ὅπερ ωρὸς παρελθόντος ἔχει τιθεὶ [2] ἀπίσκεψιν. ωῶς οὖν ἔτι ωραγματικῆς ἂν ὁ λόγος γένοιτο στάσεως. ἔτι δὲ καὶ [3] τόδε ἄτοπον ωροθεῖναι καλόν. ὑποθώμεθα γὰρ τὸν μὲν ἐγκωμιάζειν τινὰ, τὸν δὲ ψέγειν. ἐκὼν κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον ζητηθήσεται πότερόν εἰσιν ἀγαθοὶ καλοὶ ἢ κακοί· καὶ τότε ωραγματικῆς στάσεως τὸ πανηγυρικὸν εἶδος γνήσεται· ὅπερ ἐστιν [4] ἀτοπώτερον. ἴσμεν δὲ ὅτι ἐν ταῖς πανηγυρικαῖς ὑποθέσεσι μέχρι τῶν παρελθόντων ὁ λόγος ἵσταται, ἐν δὲ τῇ ωραγματικῇ ωρὸς τὸ κατορθῶσαι τὰ μέλλοντα τὰ παρελθόντα λαμβάνομεν, ὥστε καὶ ταύτῃ ἐκβλητέον τιθεὶ στάσιν. [5] ἔτι ωρὸς τούτοις [6] ἄλλοι φασὶν, εἰ ωρεὶ ὀνόματός ἐστιν ἡ ζήτησις, πότερόν εἰσι πολιτικοὶ ἢ οὔ· ὅρος ἡ στάσις ωρὸς ὃς λέγομεν. ἕτερόν ἐστι φάσκειν πολιτικοί εἰσιν ἢ οὔ, [7] καὶ πότερον πολιτικὸς δεῖ καλεῖν, ἢ οὔ. ἐν μὲν γὰρ τῷ πότερον πολιτικοί εἰσιν ἢ οὔ, μὴ ζητουμένου τοῦ ὀνόματος ζητεῖται τὰ ωράγματα, εἰ τάδε ὑπάρχει τινί. ἐὰν γὰρ τάδε ὑπάρχῃ τινὶ, [8] ἅπερ ἐν ἀρχῇ ωερὶ τοῦ πολιτικοῦ λέγοντες ὠφελησόμεθα, ἔστω πολιτικός. ἐν δὲ τῷ πότερον πολιτικοὺς δεῖ καλεῖν ἢ οὔ, ὁμολογουμένων τῶν ωραγμάτων ζητοῦμεν τὸ ὄνομα· πότερον δεῖ καλεῖν τῷδε τῷ ὀνόματι τὰ ὑπάρχοντα ωράγματα ἢ οὔ· ὅπερ ἐξεναντίας ὑπάρχει τῷ λόγῳ. ἐκ γὰρ τῶν τοῦ πολιτικοῦ ωραγμάτων κατὰ τὸν Πλάτωνα, ζητοῦμεν εἰ πολιτικοί εἰσιν ἢ οὔ. ἔτι ἐν τῷ ὅρῳ τὸ μὲν πέπρακται, τὸ δὲ λείπει· καὶ ὁμολογεῖται παρ' ἑκατέρων τό, τε λεῖπον καὶ τὸ πεπραγμένον. δεῖ γὰρ καὶ ἀπ' ἀρχῆς [9] ἄχρι τέλους τυγχάνειν ὁμολογούμενα ἅττα, ὡς ωροσεθέντος τοῦ λείποντος ἀσύστατον γίνεσθαι ἔτι τὴν ὑπόθεσιν. ἐν δὲ τῷ ὑπὲρ τῶν τεττάρων, ὅτε λείπει τι ωρὸς τὴν τοῦ ὀνόματος θέσιν, ἀλλὰ τέλεια τυγχάνει τὰ ωράγματα, ὅτε τί ἐστιν ὃ ωροσεθὲν ἀσύστατον τὴν ὕλην ποιεῖ· ἀλλ' οἱ ωροπαίοντες ἀνασκευὴν λέγουσι εἶναι τὸν λόγον. κατὰ δὲ τοῦτον τὸν λόγον πᾶσαν ἀντίρρησιν ἀνασκευὴν ὥρα καλεῖν. ἴσμεν δὲ ὅτι τῶν λόγων αἱ διαιρέσεις τὸ τέλειον ἢ ἐλλιπὲς δεικνύουσιν. εἰ μὲν οὖν τοιαύτη τοῦ λόγου τίς ἐστιν ἡ τομὴ, ὡς ωρογυμνάσματος ἐπέχειν διαίρεσιν, καλῶς [10] ἀνασκευαστικὴν εἶναί φασιν. εἰ δὲ αἱ ωρόσεις εἰσὶ τέλειαι καὶ ὕλης ἐγκωμιαστικῆς ἐστι ωληθὲς ἐν τῷ λόγῳ, ωῶς ἀνασκευὴ τοιοῦτον ἂν ἔτι ῥηθείη; ωῶς δὲ [11] ωρογύμνασμα τοσοῦτο μέγεθος ὑποθέσεως, καὶ ταῦτα μὲν δὴ τοσοῦτον; λοιπὸν δέ ἐστιν εἰπεῖν ὡς πανηγυρικὸς ὁ λόγος ἐστίν· εἰ καὶ τοῦτ' ἤδη ωερμαϊκῶς ἡμῖν ἀποδέδεικται. ωρῶτον μὲν τοίνυν ἀναγκαῖον ἐστὶν ἐν τοῖς τελείοις εἴδεσι τῆς ῥητορικῆς καὶ τόπον ὠφέλιμα, καὶ ωρόσωπα, καὶ σκοπόν. τόπον μὲν, δικαστήριον, βουλευτήριον, θέατρον· ωρόσωπα δὲ, κατήγορον, σύμβουλον, ἐπαινέτην· σκοπὸν δὲ, τιμωρίαν, συμφέρον, καλόν. ζητουμένου τοίνυν πότερον οἱ ἄνδρες πολιτικοί εἰσιν, ἢ οὔ· ὁ δικαστήριον, ὁ βουλευτήριον ωρόκειται. οὐ κατήγορος, οὐ σύμβουλος, οὐ τιμωρίαν ὁ λέγων, οὐ συμφέρων ἐπιζητεῖ, ἀλλὰ ωρῶτος· Πλάτων ἐν διαλέξει σκοπεῖ πότερον οἱ ἄνδρες εἶχον τὰς ἀρετὰς ἢ οὔ· δικαιοσύνην λέγων, σωφροσύνην, ἀνδρείαν, καὶ φρόνησιν, ἅπερ ἔχει συλλαβὼν ὁ πολιτικός.

1 Edit. Flor. ὁ ωρεὶ παρελθόντος. 2 Edit. Flor. ζήτησιν. 3 Edit. Flor. τόδε τό. 4 Edit. Flor. ἄτοπον. 5 Deeſt in Edit. Flor. 6 Edit. Flor. ἕτεροι λέγουσιν. 7 Deeſt in MS. Bodl. tota haec ſententia. 8 Edit. Flor. καθὼς εἴρηται. 9 MS. Bodl. μιχει. 10 Edit. Flor. ἀνασκευή. 11 MS. Bodl. γύμνασμα.

[1] καὶ

[1] καὶ ὁ μὲν φιλόσοφος ἀναιρεῖ τὸ τὰς ἄνδρας ἔχειν τὰς ἀρετὰς, τὰ τέσσιν εἶναι πολιτικούς· Αἰσχίνης ἢ πίθησι. καὶ ὁ μὲν τροπος πατρῳ πατέρῳ παρέοικε, οἱ δὲ Διαλεγόμενοι ἀκροαταῖς, σκοπὸς δὲ τὸ γεγμῆσθαι καλὸς. Ὁ Διαλέγεσθαι Πλάτων, ὃ κρίνει· καὶ Αἰσχίνης ἐν ἀκροαταῖς ποιεῖ τὸν λόγον, ὃν ἐν δικάζουσιν. ὥστε δῆλον ἐκ τούτων ὡς παινηγυρικῆς ὁ λόγος ἐστὶν ὑποθέσεως. ταῦτ' ἐγώ σοι Σώπατρος ἀποδίδωμι, ὅσαγε [2] μαθὼν ἐκ τῶν διδασκάλων Ἀθήνησι, καὶ ὅσα μεθ' ἑτέρων ζητῶν καὶ ἐξ ἀναγνωσμάτων ποικίλων συνήγαγον.

1 Tota haec ſententia abeſt ab edit. Flor. 2 Edit. Flor. ἐμαθον.

COLLECTANEA HISTORICA
ARISTIDIS
AEVUM & VITAM
SPECTANTIA:
Ordine, quantum licuit Chronologico, Digeſta.

§. I. *Varia* Ariſtidis *Nomina.*

1. AELIUS ARISTIDES vocabatur ille, de quo nunc agimus, Sophiſta Graecus, ANTONINORUM temporibus diſertiſſimus. Utrumque *Nomen* bis modo, & quidem ſimul junctum, in ejus Operibus occurrit: in titulo ſcil. Epiſtolae ad *M. Aurelium & Commodum* Impp. datae [1]; atque in ipſo textu *Serm. Sacr.* V. [2], ubi ſomnium narrat, quo ſibi viſus eſt ſuum in Oraculo quodam legere *Nomen* ſic ſcriptum: ΑΙΛΙΟΣ ΑΡΙΣΤΕΙΔΗΣ.

2. Hoc quidem ARISTIDIS nomen patrium Graecumve fuit, pluribus etiam aliis, ante & poſt ejus aetatem, commune [3]. Eo paſſim ſolo ſeſe indigitat [4]. Nec alio *Philoſtratus* utitur [5]; qui vivente *Ariſtide* natus, haud multis poſt ejus obitum annis pauca & admodum inaccurate ſcripſit de Noſtro aliiſque *Sophiſtis*. Ita nec aliud nomen memorant Recentiores, *Suidas*, *Photius* [6], &c.

Iſtis eream ſubjungerem ſtatuam, in Bibliotheca Vaticana proſtantem, ex qua hanc Cl. *Gronovius* [7] protulit Epigraphen, ΑΡΙΣΤΙΔΗΣ ΣΜΥΡΝΕΟΣ: ſi quidem hoc Monumentum conſtaret in omnibus ſuis partibus antiquum ſincerumve eſſe, atque veram *Ariſtidis* noſtri effigiem exhibere. Id certe non demonſtrat forma litterarum, nec modus ſcribendi Nomen: Ut plura addere non ſit operae pretium, de generali, quod omnibus fere priſcis contigit ſimulacris, infortunio; quo factum ut vix unum ſuperſit, cui caput praecipue non fuerit a Barbaris amputatum. Is ſane triſtis fuit caſus alterius, nunc in eadem Bibliotheca, marmorei Monumenti; in quo S. *Hippolytus* olim ſedebat integer, at cujus caput fractum & amiſſum poſtea reſtituendum una cum aliis membris fuit.

3. Alterum vero Sophiſtae Noſtri *Nomen*, quo AELIUS dicebatur, *Romanorum* omnino videri debet, idque procul dubio ab Imp. *Hadriano* habuit; prout & aliis, tam *Graecis* quam *Aſianis*, idem fuit aſſumptum. Teſtes hac de re locupletiſſimos habemus in Numiſmatibus ac Marmoribus quamplurimis. Id jam in omnibus Provinciis uſitatiſſimum erat, ut ab illuſtriſſimis Romanorum familiis, praeſertim Imperatoriis, nomi-

1 Oper. T. II. p. 289. Edit. *Pauli Stephani*, An. 1604. cujus pagg. hic ſemper ſequemur.

2 T. I. p. 627.

3 Prae aliis Nummis, idem ferentibus nomen, liceat hic argent. & rariſſ. appellare, quem penes doctiſſ. *Joan. Covel* Cantabrigiae Coll. Chriſti Praefectum vidimus, & in cujus poſtica circum *Lyram* legitur; ΚΟΛΟΦΩ . . . . . ΑΡΙΣΤΕΙΔΗΣ. Nomen ſcil. Viri Magiſtratu apud *Colophonios* functi; qualis erat ΠΥΘΕΟΣ, in aliis Nummis occurrens, licet eum clariſſ. Scriptores pro *Philoſopho* perperam habeant.

4 T. I. p. 495, 531, 565, 570, 574, 589, 630, &c.

5 Vit. Soph. Lib. II. c. 9.

6 Bibl. Cod. CLVIII. ex *Phrynico*, ſub *M. Aurelio* Imp. itidem ſcribente; atque Cod. CCXLVI. ubi plura ex ipſo *Ariſtide* excerpta.

7 Theſaur. Graec. T. IV.

na mutuarentur *Clientes*, aut alii quoque homines privati, in locis degentes, quibus Romani Principes fuerant benefici. AELIUS autem HADRIANUS Auguſtus, cum anno circiter CXXIII. Aer. Vulg. ſub *Ariſtidis* nempe nativitatem, *Aſiam* perluſtraret, tot tantaque munera & beneficia variis in regionibus ac urbibus reliquit, ut mirum non ſit ejus nomen, uti & cognomen, (quod iplis oppidis, Templis, Ludis, &c. datum) hominibus etiam tributum eſſe. Quin & ipſa noſtri Patria ab hoc Imperatore nominata fuit ΑΔΡΙΑΝΟΙ, uti mox explicabimus; atque alia haud longe remota in *Myſia* pariter urbs, ΑΔΡΙΑΝΟΘΗΡΑΙ.

4. Poſtea, morbi nempe longiſſimi tempore, cognomen THEODORI Noſter ſibi vindicavit, quod ſaepius & miris modis a DEO, ut putabat, AESCULAPIO ſervatus, vitam ejus quaſi DONO accepiſſet. T. 1. p. 592. ſeq. & 600. Alias haud inſolitum *Sophiſtis* fuit, ſuperbum aliquod cognomen ſibi arrogare; quod iplemet tangit in Oratione Epiſtolica de *Alexandri* obitu, eum laudans, quod hunc morem non fuiſſet ſequutus [1]. Sic *Aelianus* Sophiſta, teſte *Suida*, cognominatus eſt Μελίγλωσσος, vel Μελίφθογγος. Sic & *Peregrino*, qui coaevus *Ariſtidi* fuit, *poſtea cognomentum Proteus factum eſt*, ſcribente *A. Gellio* Lib. XII. c. 11.

5. An vero ipſe, vel Pater, ΕΥΔΑΙΜΩΝ cognominatus fuerit, ſub ſequente Articulo inveſtigamus.

§. II. Ariſtidis *Pater*; *an* Eudaemon Philoſophus, *ac Jovis in Patria* Pontifex?

1. PARENTUM nomina nuſquam ipſe filius memorat, ſemelque *Matris* meminit [2], ut quae adhucdum viveret, cum jam per aliquod tempus is aegrotaſſet. *Philoſtratus* vero verbum modo de *Patre* ſubjungens, nos facit incertos, an is, vel filius, ΕΥΔΑΙΜΩΝ appellatus ſit: Λεπτείδλω ὃ ἢ εἴ τι Εὐδαίμονος, εἴ τι Εὐδαίμονα, Ἀδριανοὶ μὲν ἤνεγκαν. Is tamen ſcriptor monet [3], *Omnia*, quae de *Ariſtide* litteris mandavit, habuiſſe ſe a *Damiano* Epheſio, qui fuerat illius diſcipulus auditorve. Unde forſan colligere fas eſt, *Ariſtidis* patrem haud ſplendidi admodum nominis fuiſſe; maxime cum *Philoſtratus* in Operis Praefatione nos doceat, *ſe omnium Sophiſtarum Parentes*, Πατέρας, *non recenſuiſſe*, *ſed eorum tantum qui e claro orti genere eſſent*.

2. *Suidas* porro eandem hac de re incertitudinem, quae apud *Philoſtratum*, deprehenditur, imitari quidem voluiſſe videtur: titulos tamen addit, qui *Patrem* Noſtri paulo melius depingunt; modo vulgares ejus Codices eo in loco, quem Recentiores Interpretes intactum reliquerunt, emendemus. Scilicet ubi haec in voce Λεπτείδης habentur; υἱὸς Εὐδαίμονος Φιλοσόφου τε καὶ ἱερέως γενομένου, ὃς ἐν τῷ πατρίδι ἱερεῦ τοῦ Διός· οἱ δὲ Εὐδαίμονα τὸν πατέρα αὐτοῦ γράφουσιν· ſic legendum, ut contradictio & abſurditas tollatur, in poſtrema ſententia [4], οἱ δὲ Εὐδαίμονα οὐ τὸν πατέρα ἀλλ' αὐτὸν γράφουσιν· ſicque locus Latine reddendus; Ariſtides *filius erat Eudaemonis Philoſophi & Sacerdotis Templi Jovis, quod erat in Patria. Alii vero Eudaemonem, non Patrem*, ſed ipſum Ariſtidem *vocant*.

3. Igitur, ſi haec tam exigua & facilis emendatio admittatur, cum aliqua ſit omnino neceſſaria, ex *Suidae* mente dicendum erit, *Eudaemonem*, Sophiſtae noſtri patrem, fuiſſe 1°. *Philoſophum* [5] proprie dictum, non vero *Sophiſtam*, juxta diſcrimen quod vel ipſe *Philoſtratus* de Sophiſtarum Vitis ſcribens inter utrumque obſervavit. Unde *Philoſophi* appellatione venit hic intelligendus, qui rerum Naturae, Morum, Virtutiſ-

1 T. I. p. 146.
2 *Serm. Sacr.* III. p. 553.
3 Loc. cit. Cap. XXIII. §. 2. coll. cum Cap. IX. §. 3.
4 In qua mendum cubat potius quam in priori parte; quae certe haud tam facile mutaretur, ſi quis cenſeret, *Suidam* ea ſignificare voluiſſe, *Ariſtidem* ipſum *Eudaemonis* cognomen tuliſſe.
5 Lib. I. c. 8.

que

que ſtudio animum operamque ita dederit, ut *Rhetoricae* & Eloquentiae ſimul non incubuerit. *Sophiſta* namque audiebat, qui utramque Artem ac Profeſſionem jungebat, aut qui hanc ornate dicendi facultatem ſolam ſectabatur, prout mos erat *Sophiſtarum* ſtricte dictorum, iſto praeſertim aevo, & ab *Hadriani* Principatu. Hoc diſerte pluries idem *Philoſtratus* monet; atque cum vitam [1] *Favorini* tum florentis ſic inchoaſſet, *Favorinum etiam PHILOSOPHUM Eloquentia inter SOPHISTAS celebrem reddidit*; hanc narrationi coronidem imponit, *Atque haec quidem de Philoſophiae Profeſſoribus, qui Sophiſticae laude inclaruerunt*, ταῦτα μὲν φιλοσοφησάντων ἐν δόξῃ τῇ σοφιστικῇ. *Qui vero proprie Sophiſtae nominati ſunt, ſequentes fuere*; quos numero LI. ad ſuam uſque ſenectutem ac extremum *Alexandri Severi* Principatum deſcribit, reliqua libri I. parte & toto libro II.

4. Ex *Suidae* teſtimonio diſcimus 2°. *Eudaemonem* dignitate SACERDOTII, & quidem in Patria, necnon in JOVIS Templo fuiſſe ornatum. Inde tamen definire non valemus, an ille *ſummus* fuerit loci *Pontifex*, vel modo unus ex *Sacerdotum* Collegio, cujus praeſidium alius *Pontifex*, ſeu ΑΡΧΙΕΡΕΥΣ tenuerit. Vaga enim & generalis eſt vocis ΙΕΡΕΩΣ, quam ibidem *Suidas* adhibet, ſignificatio; *ut etiam ſolo hoc nomine deſignetur interdum a Graecis Scriptoribus Romanorum* Pontifex Maximus; obſervante jam & probante Illuſtriſſ. *Ezech. Spanhemio* [2]. At haud aeque certum mihi videtur quod addit; *in Nummis etiam ſubinde* ΙΕΡΕΑ *de Provinciae ſacerdote, ſeu pro* ΑΡΧΙΕΡΕΑ, *dictum legi*: nec quod pariter affirmat eruditus Vir *Anton. Van Dale*, "*Pontifices*, qui in pluribus Regionibus atque Urbibus Graeciae, & maxime Aſiae Mi-"noris obtinuerunt, licet nonnunquam ſimplici ΙΕΡΕΩΣ appellatione exprimantur, re-"vera tamen ΑΡΧΙΕΡΕΙΣ fuiſſe, atque eorum inde nomina in *Nummis* ac *Lapidibus* "frequentes occurrere, &c.

Nequaquam ſane celeberr. viri probarunt, ut illis incumbebat, eoſdem homines, qui in id genus nonnullarum Civitatum Monumentis ΙΕΡΕΙΣ ſignantur, ejuſdem omnino dignitatis fuiſſe, ac qui in aliarum Urbium Nummis Lapidibuſve dicuntur ΑΡΧΙΕΡΕΙΣ. Unde difficile non foret eorum dictata convellere, ſi locus tam longum permitteret excurſum.

5. Hoc vero ſolum mihi conſtat, voce ΙΕΡΕΩΣ paſſim apud Graecos Auctores venire, non modo qui ad Collegium quoddam Sacerdotum pertinebant, ſed & qui proprie ΑΡΧΙΕΡΕΙΣ, ſive *Summi Sacerdotes* variis in Regionibus aut Oppidis eſſent, ſupremamque Templi alicujus curam & rerum ſacrarum adminiſtrationem gererent, nullum habentes ſuperiorem, cui parere tenerentur, *Pontificem*. *Strabo*, v. g. probatiſſimus teſtis, quem adeo ſatis erit hic in medium protuliſſe, ſolam ΙΕΡΕΩΣ vocem frequenter uſurpat, dum de variarum Regionum & Urbium *Pontificibus* ſcribit; quos tamen vel ex ejus narratione patet *ſummos* revera fuiſſe *Sacerdotes*. Legantur modo quae de *Zelae* [3], & utriuſque *Comanorum* [4], in Ponto ac Cappadocia, Urbis *Pontifice* tradit, eadem tantum ΙΕΡΕΩΣ appellatione; quamvis ſimul doceat, ſacerdotium illud viris datum principibus, qui plerumque ex eadem familia ac Reges, ſecundique ab his erant; qui proinde ſub ſuo haberent Dominio omnes Templi Ἱεροδούλους, ut *Strabo* loquitur, & Sacrorum Miniſtros, nec ulli ſubeſſent *Pontifici Maximo*.

1 N.B. hunc titulum *Ariſtidi* non convenire, at qui *Sophiſtis*, non *Philoſophis*, fuerit annumeratus; atque adeo vel hinc noſtram confirmari emendationem.

2 Vid. Oper. de Præſt. Numiſ. Edit. 2. T. II. p. 423.

3 In qua fuit *Anaitidis* Templum, Strab. L. XII. Edit. *Amſt.* p. 779, 838. In hac, ut hoc obiter moneam, mendum Interpretibus praetermiſſum, ſic tollendum, ut pro, πὶ ἧ πόπρῳ Δωιάτῃ πνὶ ἔ πτραχεῖ χάνες ἅ Γαλατῶν ἀνδρὶ, legatur, non πτόεσιν, ut Cl. *Palmerius* opinabatur, Exercit. p. 334. ſed πὶ δ' ΑΤΕΠΟΡΙΓΙ· quod nomen adhuc in Marmoribus legitur Templi Auguſto dicati in *Galatarum* Urbe Metropoli *Ancyra*, teſtibus oculatis cl. viris *de Tournefort* apud P. *de Montfaucon* in Pal. Gr. p. 154, 157. atque *Paulo Luca* Itin. P. II. T. I. pag. 309.

4 *Strab.* ibid. p. 809, 835, — 838.

6. Sic & Lib. XIV [1]. Montana *Ciliciae Trachеae*, ſeu *Aſperae* deſcribens, & urbem in iis *Olbam* [2], quae *Jovis* habebat Templum a *Teucri* filio *Ajace* conditum, addit: Καὶ ὁ ΙΕΡΕΥΣ Δυνάστης ἐγίνετο τῆς Τραχιώτιδος· *Ejus Pontifex Dominus erat Trachiotidis. Deinde huic ditioni inhiaverunt multi Tyranni, & collegia praedonum ſunt conſtituta.* Μετὰ δὲ τῆς τούτων καταλύσεως, ἐφ' ἡμῶν ἤδη τῆς Τευκρικῆς Δυναστείας ταύτῃ ἐκάλουν, τῆς δὲ αὐτὴν, τὴν Ἱερωσύνην· καὶ οἱ πλεῖστοι γε τῶν ἱερωσαμένων ὠνομάζοντο Τεῦκροι, ἢ [3] Αἴαντες. *His* Praedonibus *deletis noſtra jam aetate Teucri ditio ea appellari coepit, atque Sacerdotium; & quidem plerique eorum, qui ibi fuerunt Pontifices, Teucri & Ajacis nomen geſſerunt*, &c.

7. Jam vero novimus eum, quem ΙΕΡΕΑ *Strabo* hic appellat, reapſe ΑΡΧΙΕΡΕΑ fuiſſe; non modo ex eo, quod ille nos doceat, eundem regionis *Trachonitidis* Dominum Dynaſtamve ſimul fuiſſe; ſed & ex tribus rariſſimis ac adhucdum ineditis Numiſmatibus [4], quae plenius alibi explicabo. In 1°. M. ANTONIUS POLEMO [5] ſignatur titulo ΑΡΧΙΕΡΕΩΣ ΟΛΒΗΝΩΝ ΚΑΙ ΛΑΛΑΣ.... ΚΕΝΝΑΤΩ ΔΥΝΑΣΤΟΥ, cum ejus capite nudo ab una parte & *fulmine* ab altera. In 2°. legitur, hinc circa cap. Auguſti Laureat. ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΥ, inde ſupra & infra *fulmen*, ΑΡΧΙΕΡΕΩΣ ΑΙΑΝΤΟΣ ΤΕΥΚΡΟΥ ΤΟΠΑΡΧΟΥ ΚΕΝΝΑΤΩΝ ΚΑΙ ΛΑΛΑΣ.... In 3°. tandem circum cap. virile cernitur idem ΑΙΑΝΤΟΣ ΤΕΥΚΡΟΥ nomen, quanquam literis parum detritis, atque in averſa ſupra quid tergemino *Cornui* ſimile, duabus lineis ΑΡΧΙΕΡΕ. infra vero ΚΕΝΝΑ. [6]

ΤΟΠΑΡΧΟΥ ΛΑΛΑΣΣ.

Alius *Strabonis* locus Lib. XII. p. 861. hic etiam obſervatione dignus, ubi de *Cleone* ſcribens, qui ab *Antonio* & *Auguſto* tanta receperat, *ut jam pro latrone ſpeciem Reguli*, Δυνάστου, *gereret*, addit: Ἱερεὺς μὲν ὢν τοῦ Ἀβρετήνου Διὸς Μυσίου Θεοῦ, *ſacerdos factus Jovis Abretteni, qui Myſiorum eſt Deus.* Sic & mox eadem voce Ἱερέως ac Ἱερωσύνης utitur, narrans *Cleoni demum etiam Comanorum in Ponto Sacerdotium obtigiſſe.* Ex quibus palam eſt, *Dynaſtam* iſtum non ſimpliciter ex Sacerdotum Collegio, ſed *Sacerdotem ſummum* fuiſſe.

Ejuſdem vero Jovis *Abretteni*, qui poſtea ſub *Hadriano* cognominatus, ut opinor, *Olympius*, Sacerdotium geſſiſſe *Ariſtidis* patrem, veriſimile admodum mihi videtur; neque abſurdum forte Lectoribus fiet ex deſcriptione, quam Patriae *Ariſtidis* proxime ſubjungo.

§. III. *Ariſtidis* Patria *fuſe & accurate deſcripta.*

1. NATALE ergo Sophiſtae noſtri ſolum *Philoſtrato* & *Suidae* ΑΔΡΙΑΝΟΙ dicitur; illi quidem Πόλις ἡ μεγάλη ἐν Μυσοῖς, huic vero Πόλις Μυσίας τῆς πρὸς Βιθυνίας. Ipſe quoque *Ariſtides* initio *Serm. Sac.* III. p. 546, 547. ſemel atque iterum diſerte teſtatur, ſe ali-

1 Pag. 989.

2 Recte in MSS. ΟΑΒΗ, ut ex 1°. Num. liquet.

3 Legerem potius καὶ, ſcil. ἡ facile ex κ factum, ut alibi ſaepe contigit. Etenim ex 2°. & 3°. Nummo patet, Dynaſtam illum, *Ajacem Teucrum* eſſe nominatum.

4 Proſtant 1. in Illuſtriſſ. *Pembrokiae* Comitis Cimeliarchio; 2. in Excellentiſſ. *Devoniae* Ducis Gaza; & 3. penes D. Bellotto, Venetum, at paucos ante menſes hic *Londini* delineatum ab amico & hac in re perito *Nicol. Haym*, qui jam *Theſauro* Numiſmatum *Britannico* inclaruit; apud quem iterum ac iterum eundem Nummum poſtea vidi.

5 Is erat *Zenonis* in Urbe Phrygiae *Laodicea* Rhetoris filius, qui *ob res praeclare geſtas Regno dignatus eſt, primum ab Antonio, deinde a Caeſare Aug.* Strab. Lib. XII. p. 867. *Ciliciae* primum partem ab *Antonio* accepit, ejus nomina ſimul aſſumens, ſicut in hoc Num. & *Appiano* Lib. V. de B. Civ. p. m. 1135. docemur. Poſtea *Rex Ponti* & Armeniae Minoris ab eodem creatus eſt, teſtibus aliis Numinis, quos jam Antiquarii vulgarunt; uti & *Strabone*, *Dione*, *Appiano*.

6 LALASSIS quidem inter oppida *Ciliciae* numeratur *Plinio* Lib. 5 c. 27. unde ſicut & ex his Nummis corrigendi Codices *Ptolemaei* vulgares, in quibus mentio hac in parte Δαλισσίδος, cujus loco Cod. MS. *Seguerianus* Θαλασσίδος habet. Verum ΚΕΝΝΑΤΩΝ regio nulli memoratur, niſi fuerit quae bis mendoſe apud *Ptolemaeum* in *Ciliciae* deſcriptione legitur nomine Κήνδος, cui aſſignatur Ολβασσα. Ubi reponendum Nummi ſupra laudati docent, κιναιτῶν ὀλβέων vel ὀλβέη· quod confirmat alius Gazae *Devonienſis* Nummus, hanc ferens epigraphen: ΑΔΡΙΑ.

quandiu ἐν Ἀδριανοῖς versatum esse, dum aegrotaret; multaque variis in locis habet, quae hanc regionem aperte designant. Nec aliunde ulla suppetit ratio, cur Scriptoribus illis fidem hac in re negaremus. Supereſt tantum, ut quis fuerit *Hadrianorum* urbis ſitus, inquiramus, & accuratius, quam hucuſque a Recentioribus traditum eſt, definiamus, hocque pacto plurima Noſtri loca illuſtremus.

2. Ideo in primis notare eſt, ex prolato jam teſtimonio, oppidum quidem illud ad *Myſiam* olim ſpectaviſſe. *Suidas* tamen additione harum vocum, ἀπὸ τῶν Βιθυνίας, indicat, jam ſuo ſaltem tempore, eam regionem fuiſſe *Bithyniae* Provinciae attributam; atque ex Concilio Chalced & Notitia *Hieroclis* Eccleſiaſtica confirmatur, *Hadrianorum* Epiſcopum inter *Bithyniae* Epiſcopos fuiſſe adſcriptum. Verum praeterquam quod haec ſequiora ſapiunt ſaecula, vel hinc colligere fas eſt, eam urbem in Eccleſiaſtico ſaltem Regimine ad Bithyniae τάξιν ideo fuiſſe relatam, quod huic Provinciae proxima foret eadem civitas.

3. Deinde compertum etiam, antiquitus *Myſiae* partem, *Myſiam minorem* alias dictam, *Bithyniae* conterminam fuiſſe. Audiamus modo *Strabonem* Regiones, ut ſub primis Imperatoribus Romanis erant diſtinctae [1], deſcribentem. Πρὸς νότον, ait [2], δ' εἰσὶ τοῖς Βιθυνοῖς οἱ πρὸς τ' Ολυμπον Μυσοὶ, οὓς [3] Ολυμπηνοὺς καλοῦσι τινὲς, οἱ δ' Ελλησποντίους, &c. *Ad AUSTRUM Bithynorum ſunt Myſi circa Olympum degentes, quos alii Olympios, alii Helleſpontios nominant; tum Phrygia Helleſpontia.* Dein paulo plenius [4]: Τοῖς Βιθυνοῖς ὁμορροῦσι πρὸς νότον, ὡς ἔφην, οἱ πρὸς τ' Ολυμπον τ' Μύσιον προσαγορευόμενοι Μυσοί τε καὶ Φρύγες· ἑκάτερον δ' τὸ ἔθνος διττὸν ὄν. *Bithynis verſus MERIDIEM* (ut dixi) *contermini ſunt, qui circa Myſium Olympium incolunt cognomine Myſi & Phryges; quarum gentium utraque duplex eſt.* Mox, paucis de Phrygia Majore & Minore inſertis, ſubjungit, *Myſiam* quoque *geminam* eſſe. *Alia*, pergit, *Olympena, Bithyniae contigua & Epicteto* [Phrygiae;] *quam Artemidorus ait Coloniam eſſe Myſorum trans Iſtrum habitantium: alia eſt circa flumen Caicum, & Pergamenem, uſque ad Teuthraniam & Caici oſtia.* Quibus congruunt, quae ſcriptores, aliquanto juniores, ac *Ariſtidi* contemporanei, habent, *Ptolemaeus* & *Galenus* [5].

4. In hac porro *Myſia Olympena* ſitam fuiſſe *Hadrianorum* Urbem, demonſtrat teſtis invictiſſimus, Numiſma nempe *Severi* Imp. in ipſo oppido cuſum, ferens in averſa parte hanc epigraphen: ΑΔΡΙΑΝΩΝ ΠΡΟΣ ΟΛΥΜΠΟΝ. Hoc olim ex luculenta *Chriſtinae* Suedorum Reginae gaza Cl. *Ezech. Spanhemius* obiter indicaverat in Diſſert. de Praeſt. Numiſmat.[6], ex quibus eandem Nummi Inſcriptionem retulit Jeſuita Celeberr. *Harduinus* [7]. Pluribus poſt annis idem Monumentum Praeſtantiſſimus ille vir plenius deſcripſit in ſuis ad *Callimachum Obſervationibus* [8]; ubi affirmat, in eo Numiſmate *Apollinem ſculptum cum Lyra & Tripode.* Quod cum Regiae illius gazae catalogo convenit, Typum ſic proferente; *Apollo nudus cum Lyra, Icuncula in Columna & Tripode.* Cl. tamen *Vaillant* [9] aliquantulum in ejuſdem deſcriptione variat, pro *Apolline*

ΑΔΡΙΑ. ΔΙΟΚΕΣΑΡΕΩΝ ΜΗΤ. ΚΕΝΝΑΤΩ. Haec enim *Diocaeſarea* immediate iſta apud *Ptolemaeum* praecedit.

1 Id diſerte monet Lib. XII. p. 848. cum ante notaſſet, has praeſertim, de quibus hic agimus, Regiones variis mutationibus obnoxias fuiſſe; *alias*, inquit, *alias obtinentibus regiones, & alia conjungentibus, alia divellentibus. Nam Phryges iſta occupaverunt loca, & Myſi poſt Trojae excidium, deinde Lydi, ac poſt hos Acoleniſes & Iones; ſecundum Perſae; mox Macedones; denique Romani, ſub quibus jam & linguam & nomina amiſerunt plerique, nova quadam Regionum inſtituta diviſione; cujus potiorem cenſeo habendam rationem, in recenſendo praeſenti ſtatu, antiquitate interim mediocriter obſervata.* Confer & quae ſuperius p. 846. ſeq. habet, oſtenſurus, quam difficile ſit Myſorum, Phrygum, &c. limites definire.

2 Lib. XII. p. 850. A.

3 MSS. Ολυμπίους ferunt.

4 Ibid. p. 856, 857. A. vid. & p. 864.

5 Vid. Cl. *Spanh.* ad Callim. p. 217.

6 Pag. 894. Ed. 2. in 4°.

7 De Num. Popp. p. 9. Ed. 1. & p. 7. Ed. 2.

8 P. 217.

9 Numiſm. Impp. Gr. p. 79.

ſub-

ſubſtituens *Imperatorem* ipſum *paludatum ſacra facientem ſuper tripodem, cui ſerpens involutus*; additque *pone aram videri columnam, ſupra quam Diana cum arcu.* Utut ſit vero de *Typo*, qui nihil ad rem noſtram, hic nobis ſufficit, jam trium teſtium auctoritate de Numiſmatis Epigraphe conſtare, atque proinde ΑΔΡΙΑΝΩΝ[1] ſitum plene & quaſi digito monſtrari; videlicet ad *Olympi* radices, & latus etiam quod Occaſum ac *Helleſpontum* ſpectabat; ſiquidem *Myſia* ab hoc monte *Olympena* dicta, etiam *Helleſpontia* vocabatur, teſte ſupra prolato *Strabone.*

5. Obſervandum enim praeterea, montem illum ingentem non modo ab Oriente ad Occidentem per plura centena ſtadia longe ſua producere dorſa, ſed & per aliquot etiam itineris dies a ſeptentrione verſus meridiem protendi[2]. Cum vero *Helleſpontus* varie ſeſe vel contrahat, vel per ſinus extendat; hinc praecipue fit, ut Continentis ſpatium, quod inter illud Mare & *Olympi* extremitatem, ſeu latus occidentale jacet, variam quoque habeat Latitudinem. Inde eſt quod ab illo Propontidis *Sinu*, hodie de *Montania*, & antiquis *Ciano*, ſex modo horarum itinere petatur *Pruſa*, Urbs Bithyniae *finitima Phrygibus & Myſis*[3], nomen adhuc ſervans antiquum, ad occidentalem ejuſdem Montis extremitatem, & quidem in angulo ſeptentrionali poſita. Ut mirum non ſit, hanc Urbem in antiquis Monumentis dici PRUSAM AD OLUMPUM, ac a *Strabone*[4], ὑπὸ τῷ Ολύμπῳ τῷ Μυσίῳ. Inferius vero latius aperitur intervallum, ſi verſus Meridiem procedas, & *Aeſepum* amnem, qui cum *Homero* terminus *Myſorum* dictus eſſet: inde eſt quod *Strabo*[5] quoque tot poſt ſaeculis fateatur, *Myſiam poſſe medio loco poni inter Bithyniam & Aeſepi Oſtia, a mari ad Olympum.*

6. Ex hac autem obſervatione melius jam intelligi poſſunt *Ariſtidis* verba, quibus *Patriae* diſtantiam ab *Aeſepo* ejuſque *Thermis*, diſerte, expreſſiſque partim numeris deſignat, atque proinde ejuſdem *Patriae* ſitum novis coloribus delineat. Nam ſub *Serm. Sacr.* IV. principium narrat, *abeſſe Aeſepum ejuſque Thermas BIDUI ITINERE*, δυοῖν ἡμερῶν ὁδὸν, *a Jovis Templo*, quod erat in Patria, ut poſtea fuſius declarabimus. Dein iter eo deſcribens; Επὶ δὲ, ait, Ποιμανηνὸν[6] χωρίον τῆς Μυσίας, ἢ ἐν αὐτῷ Ιερὸν Ασκληπιοῦ, ἄγων τε καὶ ὀνομαζόν, ἐνθαῦτα ἐπελέσαμεν σταδίους ἑξήκοντα μάλιστα καὶ ἑκατόν, &c. *Ad Poemanenum autem, Myſiae agrum, ſeu caſtellum, in quo eſt etiam Aeſculapii Templum, celebre & ſacrum, centum fere & ſexaginta confecimus ſtadia.* Ubi cum ſe Deo totum conſecraſſet, *ac dies aliquot* moratus eſſet, ulterius ad *Aeſepum* perrexit.

Itaque hinc diſcimus, paternas *Ariſtidis* Aedes *Stadiis* tantum CLX. i. e. XX. circiter Milliariis, ab agro POEMANENO abfuiſſe. Atque *Plinius* Lib. V. c. 30. in *Troadis* deſcriptione ſimul recenſet, *Apolloniatas a Rhyndaco amne, Ereſios, Miletopoli-*

1 Sic omnino ſcribendum, ut & in 2. aliis *M. Aurelii* Nummis penes D. *Foucault* Pariſ. legit *Vaillant*; qui idcirco male ex 4. aliis habet ΑΔΡΙΑΝΕΩΝ· quemadmodum etiam *Harduinus*, ab illo procul dubio id mutuatus. Illoque modo eadem vox in aliis Nummis occurrit, ubi pro cognomine ſignatur. Sic v. g. in illo *Severi* elegantiſſ. Gazae Devonienſis circa Templum legi: ΑΔΡΙΑΝΩΝ ΒΙΘΥΝΙΕΩΝ, urbis ſcil. in *Bithynia*, & quae *Bithynium*, ſeu *Bithynion*, ut *Plinius* juxta Graecos ſcribit, vocabatur.

2 Id, & quod ſequitur, Recentiorum Itineraria docent, uti *Sponii*, *Tournefortii*, *Lucae*, &c. Confer *Plin.* L. V. c. 29. fin. & c. 32. init.

3 Strab. Lib XII. p. 846. Quem locum *Harduinus*, (lib. de Numm. Popp.) non intelligit, temere *Caſaubonum* carpens, ceu Latinum *Strabonis* Interpretem; quod vocem *aliam* inſerens hanc *Pruſam* male diverſam faciat ab illa, de qua ſuperius *Strabo.* Nihil tamen certius, quam diverſas eſſe urbes: ſiquidem in Nummis, uti & apud Scriptores, illa *Pruſias* ac πρὸς ΘΑΛΑΣΣΗΝ, haec *Pruſa* & ad *Olympum* dicitur. Quin & haec ad fluvium, potius quam ad mare fuit; cum in Nummo penes me rariſſimo legatur, ΠΡΟΥϹΑΕΩΝ ΟΛΥΜΠΟΣ, circum figuram fluvii barbati decumbentis; qui ex eodem Monte defluens in mare potuit & ejuſdem cum Monte nominis fuiſſe. Qua de re fuſius alibi dicemus.

4 Ibid. p. 846.

5 Lib. XII. p. 847.

6 Sic omnino legendum, non Ποιμανηνὸς, ut in editis. Gentile enim nomen ſic etiam dicitur, ut notavit *Stephanus* in Voce.

tas,

tas, *POEMANENOS*, *&c. Stephanus* etiam in voce ΠΟΙΜΑΝΙΝΟΝ [1], Πόλις, inquit, ἤτοι φρύειον· ὅθι δὲ τὸ χωρίον Κυζίκε. Quod *Strabo* confirmare poteſt, bis ſcribens [2], *Cuzicenos* habere *Troadis partem trans Aeſepum*, & pleraque illorum, quae ad tres erant *Lacus* Paludeſve, *Daſcylitidem* [3], *Miletopolitidem*, ac *Apolloniatidem*, ad quam *Apollonia, ad Rhyndacum dicta*, Ἀπολλωνία [4] ὅθι Ῥωνδακῷ λεγομένη. Qui fluvius ei dicitur *per has regiones labi*, ex ipſo nimirum monte [5] *Olympo* in Propontidem fluens, haud longe ab Urbe *Cyzico*, quae inter utriuſque amnis, *Aeſepi* & *Rhyndaci*, fauces ſita fuit.

7. Imo & quot ſtadiis ab ipſo *Cuzicenorum* oppido diſſita fuerit *Ariſtidis* patria, ipſemet altero nos docet loco. Etenim cum *Serm. Sacr.* V. ſuum a *Smyrna* reditum ad paternas aedes particulatim memoraſſet [6], continuo aliud iter ex iiſdem aedibus *Cuzicum* verſus narrat [7]. "*Circa* vero *meridiem*, ut ſcribit, profectus, tardiuſque procedens, ad "THERMAS [8], ὅθι τοῖς ὕδασι τοῖς Θερμοῖς, *ſera veſpera* venit, ubi hoſpitio non inven- "to, ulterius per XL. *ſtadia* in quendam progreſſus vicum, nec ab ullo receptus, ad "*Lacum Paludemve*, περὶ τὴ λίμνῃ, pervenit, quae *centum & viginti ſtadiis ab urbe* Cu- "zico diſtabat, cum *jam viginti ſupra trecenta perfeciſſet*; atque poſtquam ibidem in "*aedicula* pernoctaſſet, *ſub auroram ſurgens* Cuzicum petiit. Deinde hinc reditum memorans, eoſdem fere numeros iterum habet. *Nuſquam*, ait [9], *interquieſcens ſub mediam noctem* [ejuſdem diei, quo egreſſus Cuzico] *impranſus in VILLAM quandam MEAM perveni, QUADRINGENTA ſimul emenſus ſtadia.* Confer & quae de altero itinere *Cuziceno* tradit, p. 634.

Igitur *Ariſtidis* patria *Cuzico* remota fuit ſtadiis CCCCXL, atque CCCXX. a Lacu ſeu Palude, quae licet a Sophiſta noſtro ſit innominata, eadem tamen procul dubio fuit, ac illa ſuperius *Straboni* cognominata *Apolloniatis*. Ex tribus ſane Paludibus, quas in his regionibus memorat, & ad quas *Cuziceni* agros poſſidebant, nulla eſt, praeter iſtam, quae *Cuzico* tam vicina fuerit, aut CXX. modo ſtadiorum inter utramque eſſet intervallum.

His quoque numeris congruit diſtantia, quam Recentiores, per eas Regiones peregrinati, obſervant inter Mare, ad quod Cuzicus, ac illum ingentem Lacum, XXV. circiter Milliariorum circuitu, ex quo fluvius erumpens in *Propontidem* labitur ad eandem inſulam, quae *Rhyndaci* faucibus oppoſita *Besbicus* Antiquis [10] vocabatur. Etenim *Joh. Vaillant* [11], qui hujus amnis *oſtia ingreſſus eo adverſo navigavit, ut per terram proficiſceretur Smyrnam*, teſtatur, *Apolloniam in colle ſitam, ad cujus radices decurrit Rhyndacus*,

1 Sic male Codd. Vulg. qui corrigendi non modo ex *Ariſtide* ſemel ac iterum Περγαμηνὸν ſcribente, quod ſequitur Latine *Plinius*; ſed & ex unico, quantum novi, Nummo, quem Pariſiis penes D. *De Boye* tractavi, quique hinc *cap. Barbat. & Laureat.* exhibet, inde cum *fulmine*, ΠΟΙΜΑΝΗΝΩΝ inſcribitur. Frequenter ſcribae η in ι mutarunt, ut vulgo notum.

2 Lib. XII. p. 861, 863.

3 Ad quam *Daſculeium*, ſeu *Daſculos*, ut fert *Mela* lib. I. c. 19. urbs haud longe ab *Apamea*, olim *Myrlea*, in ora Maritima, verſus ſeptentrionem; teſtibus *Strabone* L. C. & p. 828. atque *Mela* ibid.

4 Fruſtra Cl. *Palmerius* Exerc. p. 338. cenſet, hoc loco ſcribi debere Ἀπολλωνίς, quod pag. ſeq. ſcil. 863. *Strabo lacum huic urbi vicinum vocat* Ἀπολλωνίτην, hocque *nomen formatur ab* Ἀπολλωνίς. Verum ea pagina potius reſtituendum Ἀπολλωνιατις, ut prius p. 861. quandoquidem Nummi etiam demonſtrant, Urbem eo loco fuiſſe, ΑΠΟΛΛΩΝΙΑΝ ΠΡΟΣ ΡΥΝΔΑΚΩ cognominatam, quod & *Ptolemaeus*, Cl. viro fatente, habet; atque in ejus Cod. MS. *Segueriano* recte dicatur *Μυσίας τ̃ μιχάλης*, non vero, ut in Codd. Vulg. *Phrygiae Magnae*. Unde ſcrupulus tollitur, qui Erudit. *Cellarium* movebat, Geogr. T. II. p. 24. Alterum *Strabonis* locum, quem inſuper indicat *Palmerius*, intellexiſſe non videtur. Ibidem enim, (lib. XIII. p. 928.) cum *Apollonis* vocatur ἐπώνυμος τ̃ς Κυζικηνῆς Ἀπολλωνιάδος, non ſubauditur Urbs, ſed mulier *Cuzicena*, de qua ſuperius, p. 926. locutus fuerat; uxor nempe *Attali*, prioris Pergamenorum Regis.

5 Praeter Strab. conſule *Melam* L. C.

6 T. I. p. 618, — 621.

7 Ibid. p. 622. ſeq.

8 De quibus & p. 634. in *Cuziceno* reditu.

9 P. 624.

10 Strab. Lib. XII. pag. 863.

11 Lib. de Num. Impp. Graec. p. 349. Ed. Amſt.

QUIN-

QUINDECIM MILLIARIBUS a Mari diſtare. Haec autem Urbs hodie Turcis dicta *Lubat*, aliis *Loubat*, vel *Lopadi*, *tribus* circiter MILLIARIIS ab illa Lacus parte diſtat, ubi fluvius ex eadem egreditur, teſte oculato Cl. viro *De Tournefort* [1].

8. Diſtantiam inſuper loci Natalis ſui ab urbe *Pergamo* nobis aliquatenus delineat *Ariſtides*, duobus praecipue locis. Primum enim eodem *Serm. Sacr.* V. de ſuo agens itinere *Smyrna* ad Aedes paternas *aeſtate* ſuſcepto, cum valde morbo laboraret, ſcribit [2]; poſtquam *Pergami* duos vel tres dies moratus eſſet, hinc quoad poterat *curru* proceſſiſſe, flante admodum *Borea*, & arenam in *faciem* commovente, atque demum *ſecundo vel tertio poſt die*, *paternis aedibus praeteritis*, *in Templum Jovis veniſſe*, *ibique ſacra feciſſe*, *antequam iter abſolveret*, &c.

Iterum viam eandem aliquanto diſtinctius emetitur, pag. 624,— 630. reditum *Smyrnam*, & prius *Pergamum*, ex iiſdem aedibus, deſcribens, quaſi tribus abſolutum diebus. Prima, quae *valde clemens* fuit, deſcendit in *Campum*, εἰς τὸ Πεδίον [3], ubi ob *ſequentis noctis* ſomnium per aliquot dies manſit. Hinc *altera die*, ubi licuit, iter proſequens coactus eſt ad *Apollinis Templum*, in colle ſitum, ſubſiſtere, ob tempeſtatem & pluviam, quae coeperat dum ille adhuc *aliquot ſtadiis* a Templo abeſſet. Tandem, poſtquam *ſub monte* quinque dies moratus eſſet, *ſexta* die [4], & itineris *tertia*, profectus, *Borea* frigidiſſime *a tergo flante*, ad Aeſculapii *Pergameni* Templum ſe contulit, *cum tempus eſſet ultra ſacras Lucernas*, ac *trecenta circiter ſtadia permenſus eſſet.*

Ex quibus liquet, 1°. paternas *Ariſtidis* aedes *trium* circiter *dierum* itinere remotas a *Pergamenorum* Urbe; atque 2°. ſupra hanc Urbem verſus *ſeptentrionem* ſitas fuiſſe. Quae prorſus *Myſiae Olympenae* apud Strabonem deſcriptae congruunt, hiſque praeſertim e Lib. XIII. p. 928. verbis: *Quae a Pergamo verſus Aquilonem ſunt ad dextram, pleraque a Myſis tenentur, qui Abletes vocantur*, ἀπὸ Μυσῶν — τῶν Ἀβλήτων [5] — λεγομένων, *quibus contigua eſt Epictetus, uſque ad Bithyniam.*

9. Omittendum vero hic non videtur aliud in vicinio oppidum, *Hadrianotheritarum* nempe, cujus *Ariſtides* ipſe meminit, & quodammodo proximitatem prodit. Etenim cum *Pergamum* ex Patria proficiſci cogitaret, ſe ab hoc itinere inhibitum dicit ſomnio, quo ipſi videbatur, *circa veſperam progreſſum* quidem fuiſſe, *factum tamen noluiſſe*, *atque negaviſſe* Hadrianotheram *aſſequi ſe poſſe*, &c. T. I. p. 500.

Unde liquet *Hadrianotheras* in via *Pergamum* verſus fuiſſe, atque hanc urbem *Ariſtidis* aedibus haud ita proximam fuiſſe, ut ea ante noctem ab illa peti potuerit, ſi ſub veſperam domo fuiſſet egreſſus.

1 *Itiner.* T. II. p. 192. Ubi tamen male videtur contra *Vaillantium* contendere, *Lopadium* eandem non eſſe Urbem, ac quae Antiquis erat *Apollonia*, ſed forte *Metellopolim* Plinio memoratam. Sic enim mendoſe, Typothetarum procul dubio culpa, ſcribitur, cum Doctiſſ. vir *Miletopolim* animo habuerit. At quare hanc apud *Plinium* dicat diverſam ab illa *Strabonis*, non capio. Uterque certe *Miletopolim* ad Rhyndacum ponit, ſed *Plinius* paulo diſtinctius ad fluminis fontem Lib. V. c. 32. *Rhyndacus*, inquit, *oritur in ſtagno Artinia, juxta Miletopolim*, &c. Quae *Artinia* idcirco fuit eadem ac *Palus* Straboni dicta *Miletopolitis*, & quam is diſerte a Palude *Apolloniatide* diſtinguit.

2 Pag. 621.

3 Idem puto, quod ipſimet T. I. p. 503. Μυσίον Πεδίον vocatur, & in quo *Forum* ἀγορὰν *Aeſculapio* tum aedificabant. Idem etiam forte, ac illud a *Strabone* Lib. XII. p. 863. ſeq. Καΐκου Πεδίον nominatum: *Myſia*, tradit, *in Mediterraneis ab Olympena ad Pergamenam eſt porrecta, & Campum Caïci dictum; ita ut ſit ſita inter Idam & Combuſtam Regionem, quam alii Myſiam, alii Moeoniam dicunt.* Conſer & *Plin.* L. V. c. 30.

4 Erat 12. anni Romanorum, p. 628. ſcil. *Kal. Jan.*

5 Liceat hic mendum ſuſpicari, atque reſcribendum eſſe ΑΒΑΙΤΩΝ, vel ΑΒΒΑΙΤΩΝ, ex duobus elegantiſſimis Nummis, quorum prior in gaza *Pembrokiana* prae ſe fert, ΜΥΣΩΝ Α ΒΑΙΤΩΝ, ſpatio ſcil inter Α & Β ſatis patente, ut aliud Β inſeri poſſit, prout in altero gazae *Devonienſis* habetur, hoc modo: ΜΥΣΩΝ ΑΒΒΑ. Unde forſan & nomen Ἀβαινοδε apud eundem Strabonem Lib. XII. p. 863. regionis etiam his in partibus ſitae, deducendum erit.

Aliunde

Aliunde porro compertum habemus, *Hadrianotheras* in *Myſia* fuiſſe Urbem, quae nomen ab Imp. *Hadriano*, & ab hujus ſtudio *venationis* ferebat. Utrumque *Dio* diſerte teſtatur, ſcribens huncce Principem *venationis ſtudioſum, ideo Urbem, quam condiderat in Myſia,* Ἀδριανῆς Θήρας *appellaviſſe.* Eandem appellationis cauſam profert etiam *Spartianus* in ejus vita, praeterito tamen Provinciae nomine: *Hadrianotheras*, ait, *in quodam loco, quod illic foeliciter eſſet venatus, & urſam occidiſſet, aliquando conſtituit.* At *Dioni* aſſentitur Notitia *Hieroclis* Eccleſiaſtica, quae, ut doctis jam viris adnotatum, in Provincia *Helleſponti* Ἀδριανῆς Θήρας cum Cyzico, Lampſaco, Ilio, &c. collocat.

Iſtum vero *Dionis* locum proferens Cl. *Spanhemius*[1] ſuſtinuit tamen ſcribere[2], in *Moeſia & Thracia* hanc urbem ſitam fuiſſe. Verum rectius obſervat, "diverſam fuiſſe "Ἀδριανοθήρας Urbem, contra quam ſtatuebat ad Spartianum Caſaubonus, ab altera dicta "Ἀδριανοί, e qua oriundus erat Ariſtides.

10. Caeterum variae cum fuerint in Myſia regiunculae ſuis diſtinctae nominibus, uti vel ſuperiora ex Strabone declarant; ſupereſt ut, quae fuerit illa, in qua natus *Ariſtides*, videamus. Topographiam autem ab eo depictam cum Strabone conferens auguror, *Abrettenam* proprio cognomine eam olim appellatam eſſe. Apud enim *Ariſtidem*[3] reperimus, 1°. *fluvium* in Patria fuiſſe, ad quem duo poſſidebat *Praedia*, quae ab invicem XVI. diſtabant ſtadiis, & quorum unum a fluvio[4] *citra decem ſtadia* aberat, in quo poſt ſuum *Cuzico* reditum verſabatur, & quidem in *Mediterraneis*, ἐν Μεσογείᾳ. 2°. *Jovis Templum* haud longe a *paternis* aedibus remotum fuiſſe[5]. Id aliquando vocat Ἑστίαν τοῦ Διὸς τοῦ Ολυμπίου, καὶ πατρῴου[6]: alias Ἱερὸν τοῦ Διὸς τοῦ Ολυμπίου[7]: alibi χωρίον Διὸς Ολυμπίου[8].

At *Straboni* Lib. XII. p. 863. *Rhyndacus* dicitur *ortus in Azanitide recipere ab ABRETTENA Myſia cum alios* fluvios, *tum Maceſtum ab Ancyra Abaſitidis fluentem*, &c. προσλαβὼν δὲ καὶ ἐκ τῆς Ἀβρεττηνῆς Μυσίας ἄλλους τε καὶ Μάκεστον ἀπ' Ἀγκύρας τῆς Ἀβασιτίδος. Idem vero JOVIS ABRETTENI eo meminit loco, quem ſupra §. 2. protulimus, ceu Μυσὸς Θεοῦ. Ubi etiam diſerte ſignificat, *Abrettenam* ad *Myſiam*[9], & quidem *Olympenam*, pertinuiſſe.

Hinc pateſit, quomodo Noſter dicere[10] potuerit, ſe per *Myſiam* ex patria *Pergamum* iviſſe. Quod nempe *Myſia* vulgari proprioque nomine non vocaretur Regio, quae ipſi patria fuit; quanquam haec ad *Myſiae* Provinciam ſpectaret.

11. Opportune vero hic aperiemus, qua ratione *Jupiter* ille ſit *Olympius* quoque dictus. Hoc quidem locale nomen, non ſecus ac illud *Abretteni*, aliaque id genus innumera, cogitari poſſet, quod nimirum ejus Templum ad OLYMPUM & in regione vocata itidem *Olympena* ſtaret. Verum praeterea cognomen illud videtur aſſumptum in *Hadriani* Auguſti honorem; quemadmodum & nomen ipſius *Hadrianorum* Urbis, ad quam poſitum ejuſdem *Jovis* Fanum erat. Etenim huncce Imperatorem *Olympii* cognomine donatum fuiſſe, jamdudum doctiſſimi viri, & prae caeteris Ill. *Spanhemius*, demonſtrarunt, ex Monumentis coaevis, quorum plurima varias harum regionum Urbes ſpectant. Id genus nummi ſunt *Epheſiorum, Laodicenſium, Temnitarum, Nicomedienſium*; atque Marmora *Abydenorum, Amphipolitarum, Smyrnaeorum, Thaſiorum.* Quibus geminam hic addemus Inſcriptionem adhuc ineditam. Prior, ex lapide terrae immerſo haud procul ab *Epheſiani* Caſtelli Porta occidentali, ſic ſe habet: ΑΓΑΘΗ ΤΥΧΗ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΙ ΚΑΙΣΑΡΙ ΤΡΑΙΑΝΩ ΑΔΡΙΑΝΩ ΣΕΒΑΣΤΩ ΟΛΥΜΠΙΩ. Altera eſt ex ele-

1 De Num. Praeſt. T. II. p. 338.
2 Ibid. p. 330, 332, 337.
3 T. I. p. 638, 639.
4 Ad quem inde *deſcenſus erat aſper & praeceps*; quod Montana deſignat; p. 639.
5 Ib. p. 590. coll. 553, 555, 568, 577, 621. ſeq. πρὸς τῷ οἰκίᾳ τῷ πατρῴᾳ, p. 590. dein p. 591. πρὸ τῆς οἰκίας.
6 Pag. 590.
7 Pag. 568, 621.
8 Pag. 577, 622.
9 Conſentiunt *Plin.* Lib. V. c. 30. *Stephanus*, &c.
10 T. I. p. 507.

gantiſſimo Hadriani Nummo Aer. 1. moduli, quem ſaepius penes D. *Belloto* Venetum vidi; hinc circum cap. Laur. ΑΥΤΟ ΚΑΙ ΑΔΡΙΑΝΟΥ CΕΒ ΟΛΥΜ ΔΙΟC: inde ΑΔΡΙΑΝΗC ΤΑΡCΟΥ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩC, circa Jovem ſeminudum ſedentem, dextra victoriam cum corona tenentem, ſiniſtra haſtam. Hic titulum ΟΛΥΜΠΙΟΥ ΔΙΟC [1] *Hadriano* datum cernimus, uti & ipſius Imperatoris nomen *Tarſo* tributum; quod in pluribus ſubſequentium Auguſtorum Numiſmatibus occurrit, & quo plurimae gaudebant aliae per orbem Romanum Civitates. Eas ſigillatim non recenſebimus; neque *multas Hadrianopoles* ab ipſo *appellatas*, prout *Spartianus* in ejus vita recte praenotavit; nec *Ludos* omnes paſſim nomine ΑΔΡΙΑΝΕΙΑ inſtitutos, ad quos idem Scriptor alludit, hiſce verbis: *In omnibus pene urbibus, & aliquid aedificavit, & ludos edidit.*

Verum ſilentio non ſunt penitus premendi ſolemnes in *Aſia* Ludi ab utroque ejuſdem Imperatoris cognomine dicti ΑΔΡΙΑΝΕΙΑ ΟΛΥΜΠΙΑ, quoſque praeſertim *Smyrnae Epheſique* celebratos fuiſſe, antiqui Lapides & Scriptores [2] arguunt.

12. Tandem & hic notandi ſunt alii Clariſſ. virorum errores de Noſtri *Patria*. Certe quid Cl. *Gottfridus Olearius* cogitaret, neſcio, dum haec, ad *Philoſtrati* locum, ſuperius n. 1. prolatum, adnotaret [3]: *Hanc* (quae *Philoſtrato* Ἀδριανοὶ) *Urbem* Ἀδριανοθύρας *quoque vocant veteres, & ipſe* Ariſtides *ſemper. At* Ἀδριανόπολιν *dicit, Civeſque Urbis* Ἀδριανὰς *vocari teſtatur Autor argumenti in* Panathenaicam Ariſtidis, *qui non ineruditus, neque inelegans videtur* Leoni Allatio *de Patria Homeri* c. 31.

Tot hallucinationes in tam paucis verbis nollem viro erudito excidiſſe. Taceo quod Ἀδριανοθύρας ſcribat, pro Ἀδριανοθήρας, vel Ἀδριανῆ Θήρας, uti ter ipſemet *Ariſtides* profert, T. I. p. 500. aliique ſcriptores enunciant. Nec memini Noſtrum alibi hanc Urbem memorare. At certum eſt, eandem nuſquam ab *Ariſtide* cum Ἀδριανῆς confundi; atque *Veteres* illos haud leviter errare, qui unam eandemque faciant Urbem; ſi tamen id genus Scriptores reperiantur, quos fateor penitus ignoro.

Neque praeterea fuit *Hadrianopolis* confundenda cum *Hadrianis*. Hoc etiam Cl. *Joan. Alb. Fabricius* perperam imitatur [4], *Adrianenſem* [5] appellans *Ariſtidem* ex Ἀδριανῆς, *ſive*, addit, *Hadrianopoli, civitate Bithyniae, quae regio Ioniae antea Myſia dicta. Confer Holſtenii Animadverſiones ad Ortelium*, p. 89.

Equidem *Hadrianopolis*, diverſa ab illa in *Thracia*, attribuitur *Bithyniae* in *Novella* XXIX. c. 1. & *Hieroclis* Notitia Eccl. prout jam doctis Geographis, Ortelio, Cellarioque fuit obſervatum. Quin etiam, Cellario notante, *hanc* Hadrianopolim *Holſtenius, tanquam ab* Hadrianis *Urbe circa Olympum Bithyniae diſtinguendam, notis* ad Carol. a S. Paulo p. 167. *commendat.* Quod an pollit cum altero *Holſtenii* loco, quem Cl. *Fabricius* deſignat, in concordiam adduci, dicere nequeo, libris nunc deficientibus.

1 In aliis Monumentis hactenus editis ΟΛΥΜΠΙΟC modo dicitur; niſi quod in lapide apud *Sponium* Smyrnenſi legatur, ΑΔΡΙΑΝΩ ΟΛΥΜΠΙΩ ΣΩΤΗΡΙ. Quo nomine Σωτῆες Ὀλυμπίῳ Graecos *Jovi* tertium poculum propinaſſe, ex *Pindaro* Praeſtantiſſ. *Spanhemius* obſervat, de *Numiſm.* T. II. p. 498. Alium quidem praeterea Nummum ex gaza Chriſtinae R. poſt Vaillantium & Harduinum laudat, in quo circum caput *Hadriani* legatur, ΘΕΟC ΟΛΥΜΠΙΟC. At ſuſpicor *Jovis* caput perperam in *Hadriani* caput eſſe mutatum. Profecto alius in gaza *Devonienſi* Nummus caput *Jovis* diadematum perſpicue repraeſentat, hac epigraphe ornatum; ΖΕΥC ΟΛΥΜΠΙΟC: ſic & in *Neronis* Num. (quem ex Oriente in Britanniam Cl. *Sherard* tranſportavit) ab averſa parte idem *Jovis* caput cernitur cum his verbis; ΔΙΟC ΟΛΥΜΠΙΟΥ.

2 Quibus *Ariſtidem* laudatus *Spanhemius* ibid. p. 499. annumerat, quaſi ille duobus in locis *Olympia* Smyrnae Jovi Olympio conſecrata memoraret. At virum eruditiſſimum allucinari, atque Noſtrum loqui 1°. de *Olympiis* Ludis Cuzici celebratis; ac 2°. de *Jove Patrio*, poſtea manifeſtum fiet. Neque rectius vir ille Doctiſſ. affirmat, ab hoc Hadriano *Olympio* dictum etiam locum in Delo *Olympium*, quod Hadriani pecuniis aedificaverint ibidem Athenienſes. Id certe non tradit ex Phlegonte *Stephanus* ab Ill. viro citatus, &c.

3 Pag. 581. Edit. Noviſſ.

4 Biblioth. Graec. Lib. IV. c. 30. p. 373, 376.

5 Sic & ſine aſpiratione *Adrianos* &c. haud bene ſcribit jam laudatus *Olearius*.

Me

Me pariter omnino fugit, quomodo doctiſſ. hicce vir poſſit *Regionem Ioniae* vocare, in qua fuerint *Hadriani*, vel *Hadrianopolis*. Profecto nullus ex antiquis *Ioniam* ad eas protendit Regiones, quae *Myſia* aut *Bithynia* ſint dictae.

13. Alios vero, qui SMYRNAEUM fecerunt *Ariſtidem*, erroris ab Allatio (in vita *Homeri*) inſimulatos, excuſare quidem voluit idem Cl. *Olearius* [1], ſcribens, *id inde eſſe, quod Civitatis jure eum donaverint Smyrnaei.* Sic & ante *Canterus* [2], ac Illuſtriſſ. *Spanhemius* [3], cujus haec ſunt verba: *Ariſtides, etſi Hadrianis in Myſia natus*, Smyrnaeus *vulgo dictus, quod Smyrnae Civitate donatus, Artem ſuam ibidem ſit profeſſus.*

Haec tamen interpretatio nequit Anonymo Epigrammatis Graeci [4], in *Ariſtidis* ſtatuam [5], Scriptori congruere; ut qui diſerte affirmet, *Ariſtidem*, ſicut & *Homerum*, Smyrnae genitum.

Alteram quod attinet Epigraphen, ad quam Cl. *Olearius* provocat, ex Baſi Statuae in Bibliotheca Vaticana proſtantis, & qua ΣΜΥΡΝΑΙΟΣ modo dicitur *Ariſtides*; ſi quidem conſtaret hoc Monumentum ſic antiquitus ab ipſis *Smyrnaeis* reapſe fuiſſe inſcriptum, facile intelligeremus, cur illi *Ariſtidem*, quem inter ſuos *Cives* adoptaverant, hoc ſolum titulo deſignarent. Quanquam fatendum eſt, in omnibus aliis, quae magno numero ſuperſunt, indubitatae fidei Monumentis nunquam, ni fallor, ſola *adſcititia*, ſeu Θέσει, ut loquitur *Suidas* [6], patria illos deſcribi viros, quibus ea fuerunt dicata.

Utut ſit, licet ſileat ipſe atque *Philoſtratus* & *Suidas*, nec alius adſit teſtis; *veriſimile* tamen videtur, Sophiſtam Noſtrum *Civitate* donatum a *Smynaeis* fuiſſe, inter quos plurimum verſatus eſt, quique Statuam ei publice poſuerunt, ob Urbis ſuae, per terrae motum fere deletae, reſtitutionem, quam ille ab Imp. *M. Aur. Antonino* litteris diſertiſſimis impetravit, uti fuſius infra narrabimus. Illud inſuper *veriſimilius* redditur ex eo tam vulgari apud Graecos & Aſianos more, quem Eruditiſſ. *Spanhemius* [7] tot antiquis Scriptoribus, Marmoribus & Nummis [8] demonſtravit, quo ſcil. jus plurium Civitatum ſimul ſingulis communicabatur hominibus privatis, uti *Medicis*, *Oratoribus*, *Poetis*, *Sophiſtis*, *Athletis*, *Citharoedis*, atque etiam *Scenicis*.

§. IV. *Tempus* Ariſtidis *Natale aſſignatum*: *Anno U. C.* 882. *Aer. Vulg.* CXXIX. *Imp. Hadriani* XII. COS. JUVENTIO II. ET MARCELLO II [9].

1. Tacet prorſus in *Ariſtidis* vita *Philoſtratus* de tempore ejus *Natali*. Peſſime vero *Suidas* id definivit his verbis: Γεγονὼς ὅτι τε Αντωνίνῳ τῷ Καίσαρι, καὶ Ἀλατείναις μέχει Κομόδου, &c. Quamvis enim hic intelligendus veniat *Antoninus* prior, ſeu *T. Aelius Antoninus*

1 Ad *Philoſtr.* de Sophiſt. Lib. II. & IX. n. 3. p. 581.

2 In Proleg.

3 *Orb. Rom.* p. 29.

4 In *Anth.* Gr. Lib. IV.

5 Eidem, quam Smyrnaei in gymnaſio ſuo poſuerunt, id Epigr. fuiſſe *inſcriptum*, autumat *Canterus* in Proleg. at ſine teſte.

6 In *Ariſtarcho*, ubi is dicitur Αλιξανδρεὺς θέσει, τῇ δὲ φύσει Σαμοθρᾴξ. Hallucinationem vero Cl. P. *de Montfaucon* hac de voce poſtrema *Pal. Gr.* pag. 154. alibi opportunius notamus.

7 Orb. Rom. Exerc. I. cap. 4. p. 24, — 32.

8 Plures maximi moduli reperiuntur & in gazis Britannicis, praeſertim Illuſtriſſ. Ducis *Devoniae*, & doctiſſ. *Covellii*; quorum poſticas variis Typis ornatas dicavit duplici Patriae, *Smyrnae* atque *Laodiceae*, ATTALUS etiam *Sophiſta*; hac nimirum Epigraphe: ΑΤΤΑΛΟϹ ϹΟΦΙϹΤΗϹ ΤΑΙϹ ΠΑΤΡΙϹΙ ϹΜΥΡ. ΛΑΟ. In Antica vero caput ferunt, nonnulli *Fauſtinae* junioris, alii *M. Aur. Antonini* Aug. Erat autem *Smyrna*, Θέσει ſeu adoptione; at *Laodicea*, Φύσει & nativitate, *Attali* Patria: non vice verſa, ut cenſet Cl. *Olearius*. Etenim cum *Attali* Pater *M. Antonius Polemo* oriundus *Laodicea* eſſet, atque ibidem *familiam* haberet dum *Smyrnae* viveret; (*Philoſt.* L. II. §. 25. n. 2.) hinc colligo, *Attalum* ſicut & *Polemonem*, jus Civitatis a *Smyrnaeis*, potius quam a *Laodicenſibus*, accepiſſe, &c.

9 Sic in figlino fragm. Romae legit Cl. Vir *Jo. Vignoli* unus ex Bibl. Vatic. Praefectis, Antiquitatis ſcrutator peritiſſ. ac diligentiſſ. Unde, atque ex alia lateritia Inſcript. ab Emin. *Noriſio* (de Epoch. Syrom. p. 498.) & Cl. *Fabretto* vulgata, uti & Ae-

Pius[1]; iſta tamen temporis nota non modo vaga nimis eſt, (cum Princeps ille XXIV. fere annis Imperium tenuerit) ſed & inſuper omnino falſa videri debet; ſi quidem characteribus, quos apud ipſum Sophiſtam reperimus, fidem, ut par eſt, adhibeamus.

2. *Ariſtides* enim Thema ſuum Genethliacum quodammodo delineans[2], cum MERCURIUM dixiſſet geniturae[3] adfuiſſe ſuae, τὸν εἰληχότα τὴν γένεσιν ☿ ἐμοῦ, addit *Somniorum*, quae ibidem narrat, *cauſam, & curae Deorum*, eſſe referendam ad JOVIS *Stellam*, τὸν ♃ ΔΙΟΣ ἀστέρα· ὅστις δή, pergit, καὶ ὁ αἰτιώμενος ἦν· ἔδει γὰρ αὐτὸν μέσου τοῦ Οὐρανοῦ μέσην ♃ μοῖραν, ἡνίκα ἐγεγόμην. καὶ λέγουσι μέντοι οἱ Ἀστρονόμοι, ΛΕΟΝΤΑ μὲν ἔτι τινικαῦτα ὄντα μέσου ♃ ὑρανοῦ, τὸν δὲ ♃ ΔΙΟΣ Ἀστέρα ὑπὸ ΛΕΟΝΤΙ ἐκ τετραγώνου πλευρᾶς, ΕΡΜΗ δεξιὸν, ἀμφοτέρους ἑῴους. En ex *Aſtronomorum* obſervationibus affirmat, "cum ipſe naſceretur JOVIS ſtel-"lam medii Coeli mediam ſecuiſſe partem, ac LEONEM tum itidem medium occu-"paſſe Coelum; atque JOVIS ſtellam ſub LEONE, in quadrato aſpectu, MER-"CURIO a dextris fuiſſe, cum uterque matutinus eſſet.

3. Iſtis autem in verbis duo praecipue characteres, noſtrum juvantes propoſitum, obſervandi veniunt; caeteris quae ad Aſtrologorum Genethliacorumve Artem attinent, praeteritis. Prior eſt JOVIS ſub Signo LEONIS ſitus. Jam vero omnibus, qui vel Coſmographiam a limine ſalutarunt, compertum eſt, JOVIS periodum eſſe XII. fere annorum; atque proinde eum non niſi unum circiter *ſignum* ſingulis annis abſolvere. Praeterea ex Aſtronomicis Tabulis (quales accuratiſſimas, at adhucdum ineditas, confecit Cl. *Halley* Geometriae Profeſſor Oxonienſis, at hac de re ab Amico conſultus) liquet, JOVIS ſtellam eo in ſigno LEONIS fuiſſe Anno Aer. vulg. CXXIX.

4. Alter porro Character, anni tempeſtatem & aliquatenus *Menſem* indigitans, exinde oritur, quod *Ariſtides* aſſerat, JOVIS ſtellam tunc temporis DEXTRAM fuiſſe MERCURIO, & quidem in *Aſpectu quadrato*. Id enim Graeca ſignificant; non vero vice verſa, ut *Canterus* reddit, *Jovis ſtellam, quadrato aſpectu, Mercurium a dextra aſpexiſſe*. Hoc certe ſi bene ſe haberet, tum *Mercurii* ſtella fuiſſet in *tertio ante Leonem* ſigno, ordine retrogrado. At contra textus Ariſtidis Graecus diſerte docet, *Mercurium* in ſigno extitiſſe *tertio poſt Leonem*, ordine per conſequentia progrediente, ſcil. in SCORPIO.

5. Haec ut melius intelligantur, notare 1°. eſt, Planetam in *Aſpectu quadrato* dici cum alio Planeta, quando inter utrumque *duo* ſunt *Signa* intermedia. Sic rem clare *Cenſorinus*[4] explicat: *Cum vero in quartum Signum pervenit*, [Sol de quo ibidem] *& media duo ſunt, videt* κατὰ τετράγωνον: *quoniam illa linea, qua viſus pertendit, quartam partem orbis abſcidit. Cum autem in quinto eſt, tribus interjacentibus mediis,* κατὰ τρίγωνον *adſpicit, — quae duae viſiones* τετράγωνοι *&* τρίγωνοι *perquam efficaces, incrementum partus multum adminiculant.* 2°. Quid ſit in Planeta DEXTER, vel SINISTER eſſe, facile diſcitur ex *Manilio* Lib. II. de ſignis *Trigonis* & *Quaternis* ſcribente ſic a v. 284.

Sed diſcrimen erit Dextris *ſeu cauſa*: Siniſtra,
Quae ſubeunt; *quae praecedunt*, Dextra *eſſe feruntur*.
Dexter *erit*[5] *Tauro Capricornus*; *Virgo* Siniſtra.

nea Tab. apud Gruter. p. 573. ſeq. collatis cum Digeſt. Lib. V. t. 3. l. 20. colligere eſt, hujus Anni Coſſ. pluribus fuiſſe nominibus vocatos; ſcil. *P. Juventium Celſum Titium Oenum Severianum*, atque *Q. Julium Balbum Marcellum*. Quo pacto facile Faſti conciliantur, ſolvunturque nodi, ex quibus ſeſe expedire non potuerunt viri Doctiſſ. vid. *Tillem.* Hiſt. Impp. P. II. T. III. p. 967. *Reland.* Faſt. pag. 852, &c. quae fuſius alibi tractabimus, Deo dante.

1 A quo diſtinguere ſucceſſorem ſolet praenomine Μάρκου.

2 Tom. I. p. 595.

3 *Genitura hominum, quae Geneſis appellatur*, &c. Macrob. Satur. L. I. c. 19. fin.

4 De Die Nat. cap. 8.

5 In *Trigonis* ſcil. de quibus in ſuperioribus dicere coeperat, ut in ſubſeqq. de *Quaternis* agit. N.B. nos hic Editionem ſequi in Delphini uſum factam.

Hoc

Hoc ſatis exemplo eſt. Sic quae diverſa Quaternis
Partibus, aequali laterum ſunt condita ductu,
Quorum deſignat normalis virgula ſedes,
Dextra *ferunt. Libram Capricornus*[1] *ſpectat, & illum*
Conſpicit hinc Aries[2]*: atque ipſum partibus aequis*
Cancer: & hunc laeva ſubeuntis ſidera Librae.
Semper enim Dextris *cenſentur ſigna priora.*

Ex quibus patet, *Dextra* nuncupari ſigna, quae praecedunt aliud ad *dextram*; ratione nimirum noſtri, qua vultu ad *Meridiem* converſo ea aſpicimus ſigna; prout fuſius videre eſt apud *Mich. Fayum*[3], Manilii Editorem noviſſimum, ex *Firmico* aliiſve.

Eodem quoque pacto ratum manet, juxta Sophiſtam Noſtrum, cum naſceretur, *Jovem* in *Leonis* Signo *dextrum*, Aſpectu quadrato, fuiſſe *Mercurio*; id eſt, *Jovem* duobus ſignis intermediis *praeceſſiſſe* Signum, in quo tunc erat *Mercurius*. Ita ut *Mercurius* proprie *Siniſter* fuerit *Jovi*, quem ille, duobus itidem Signis in Zodiaco mediis, antecedebat, ad Siniſtram nempe ratione noſtri.

6. Atqui *Signum*, quod in Zodiaco *Leonem* antecedit, duobus interjacentibus mediis, nullum aliud eſt praeterquam SCORPII nomine vocatum. Igitur cum *Mercurius* Comes *Solis* perpetuus ſit, ut ſigno vix integro ab ipſo recedat, atque eundem medium longitudinis motum, ac *Sol*, habeat, quippe qui eodem, unius nempe anni, periodo, Excentricum ſuum percurrat; inde colligere fas eſt, *Solem*, ſub *Ariſtidis* Genituram, in eodem quoque ſigno, in quo tunc *Mercurius* erat, SCORPIO ſcilicet, vel in ſubſequente SAGITTARIO fuiſſe.

Idcirco *Natalis* Noſtri Menſis fuerit, qui ab *Aſianis*[4] iſtius aevi cognominabatur *Tiberius*, die Octob. Juliani XXIV. incipiens, vel ſubſequens *Apaturius*, die Novembris Jul. XXIII. iniens. Quae nunc accuratius definire, operae pretium non foret.

7. Etiamſi vero iidem Characteres jam explicati poſſent aeque forſan & anno Aer. Vulg. CXVII. adaptari; quoniam tum quoque *Jupiter*, pro ſua *duodecenni* Periodo, *Leonis* ſignum occupaverit: attamen annum huic §. praefixum, Aer. Vulg. CXXIX. verum prorſus *Ariſtidis* Natalem eſſe, ex ipſomet iterum confirmatur. Etenim is declarat[5], ſe *mediae* tum fuiſſe *aetatis*, poſtquam jam multo tempore aegrotaſſet. *Cum autem*, inquit, *cogitarem, & quam diu* Smyrna *abeſſem*; — *& quod MEDIAE jam AETATIS eſſem*; ϰ᾽ ὅτι ϰ᾽ ἡλιϰίας ἤδη μέσως ἔχομεν· *quodque tanto jam elapſo tempore, ſi recte valuiſſem, urbes luſtrare potuiſſem, & periculum erat, ne parta quoque gloria propter otium longum*, ἀφ᾽ ὅλου πολλοῦ ἡσυχίαν, &c.

Ex ipſo autem narrationis tenore perſpicuum eſt, *Ariſtidem* ſecum has cogitationes ratiocinationeſve habuiſſe, dum in *Patria* adhucdum verſaretur, anno fere poſtquam *Cuzico* redierat, quo dixerat[6] ſe ſecunda vice contuliſſe, *quinquennio* poſt primum ad eandem Urbem iter; *cum inſtarent Olympia*, Ludi nimirum eo nomine pariter in ea Civitate celebrati.

Atqui deinceps oſtendemus, 1°. illum *Ariſtidis* Morbum, quo per XIII. annos laboravit, anno Aer. Vulg. CLIX. exeunte coepiſſe: 2°. Iter illud *Cuzicenum* prius ab *Ariſtide* ſuſceptum eſſe, cum is jam ab aliquot annis aeger fuiſſet, jamque regnantibus *M. Aur. Antonino*, ac *L. Vero*: 3°. Alterum iter haud ante annum Aer. Vulg. CLXVIII. contigiſſe: 4°. Sophiſtam Noſtrum anno *Morbi* IX. *Smyrnae* degiſſe poſt *longum otium* ſilentiumve, ἐϰ τ᾽ πολλῆς ἡσυχίας[7].

1 Quem tribus ſignis praecedit *Libra*, duobus ſignis intermediis.

2 Cui idcirco *Dexter* eſt *Capricornus* praecedens, duobus itidem ſignis intermediis. Et ſic de ſeqq. hic ſignis.

3 Not. ad V. 284, 290, &c.

4 De quorum Anno Solari diligentius alibi tractamus.

5 T. I. p. 641.

6 Pag. 634.

7. T. I. p. 611.

Igi-

Igitur si supponatur, *Aristidis* Natalem ad annum Aer. Vul. CXVII. pertinere, hincque calculos ad annum saltem CLXVIII. deducamus; tum ille plusquam *Quinquagenarius* fuerit, cum se diceret *aetatis mediae*; quam constat apud Graecos designasse aetatem juventuti proximam, virilem, & perfectam. Si namque *Polluci*[1], hoc etiam tempore scribenti, atque rem *Hippocratis*[2] Medicorum Principis auctoritate definienti, auscultemus; septem erant hominis *Aetates*, Ἡλικίαι· quarum *quinta a vicesimo octavo ad tricesimum quintum, sexta a tricesimo quinto ad quadragesimum secundum, septima a quadragesimo secundo ad quadragesimum nonum* producebatur; atque *quinta vir, sexta senex*, Γέρων, *septima* Πρεσβύτης dicebatur.

Eodem fere modo, duobus circiter ante saeculis, *Philo*[3] istam septem *Aetatum* divisionem verbis ipsiusmet *Hippocratis* retulerat; nisi quod, tres postremas vocet, Ἀνδρὸς, Πρεσβύτου, Γέροντος· atque *Vir* dicatur ab anno XXXV. ad XLIX, Πρεσβύτης δ' ἄχει πεντήκοντα ἓξ, usque ad LVI; hinc vero *Senex*, τὸ δ' ἐντεῦθεν Γέρων.

Huic *Philostratus*[4] consentit, de *Polemone* scribens; *Vitam finivit sexto & quinquagesimo aetatis anno. Ista vero aetatis mensura aliis quidem scientiis initium senectutis est*; τὸ δ' μέτριον τῆς ἡλικίας τοῦτο ταῖς μὲν ἄλλαις ἐπιστήμαις ΓΗΡΩΣ ἔχει. Ex iis itaque testimoniis sat superque patet, *Aristidem* se accuratissime *mediae aetatis* dixisse, quando juxta nostros calculos annorum circiter XXXIX. erat, natus nempe praescripto superius anno Aer. vul. CXXIX.

8. Hinc porro videre licet, quo jure Cl. *Joan. Fabricius*[5] autumavit, Nostrum *floruisse sub Hadriano*, atque in rei testimonium Lectores amandavit ad Orat. IV. Sacr. T. I. p. 616. Quo tamen loco Sophista narrat, se in somnio *Hadrianum* Imp. vidisse, quasi is ipsum in Aula Templi *Aesculapii Pergameni* amplecteretur; atque somnium illud mox implementum habuisse, cum eodem in Templo *Julianus* Asiae Proconsul obviam Nostro fuit, jam aegrotanti[6].

§. V. *Aristidis EDUCATIO, Praeceptores, &c.*

1. Pauca Noster *Educationem* suam spectantia, nec nisi sparsim ac aliud agendo, refert. *Infans* vero in Patria, ac *uno* circiter *Stadio* a Paternis aedibus, juxtaque *Jovis*[7] Templum, curae NUTRICIORUM commissus est. Ex his porro EPAGATHUM, ceu eorundem primum, ac virum optimum laudat[8]: ἦν Ἐπάγαθος τῶν τροφέων τῶν ἐμῶν, ὃς πρῶτος ἔθρεψέ με, καὶ μάλα ἀνὴρ ἀγαθὸς, καὶ σατράπαις ὁμιλῶν θεοῖς, &c. Alium nomine ZOSIMUM saepissime[8] memorat, quippe qui *Nostri* Comes individuus videatur, atque ut *Medicum bonum*: ἦν γὰρ δὴ καὶ τοῦτο τέχνῃ ἀγαθὸς ἐς ἰατρικήν. NERITUM tandem *unum ex Nutriciis* semel appellat, T. I. p. 552.

2. Quin etiam *Nutricis*, ejusque Σωτείρας nomen posteris tradidit. Illa nempe *Philumena*, Φιλουμένη, cognominabatur, eratque *Aristidi charissima*; atque hujus causa, si credere libet, eam *Aesculapius*, ut *millies praeter omnem spem servavit, ita mortuam quondam resuscitavit*: κειμένην δέ ποτε ἀνέστησεν. T. I. p. 511, 572. Σωτείρας vero p. 497. in vulgatis codd. vocatur Καλλιτέχνη, (pag. 497.) at pag. 628. Καλλιτύκη itidem Σωτείρας

1 Onomast. Lib. II. c. 1.

2 *Qui tam fallere quam falli nescit.* Macrob. in Somn. Scip. Lib. I. p. m. 28.

3 De Mundi Opif. p. m. 18.

4 Lib. II. de Soph. §. 25. N. XI. p. 543.

5 Bibl. Gr. Lib. IV. c. 30. p. 374.

6 *Arist.* Loc. cit. p. 616.

7 T. I. p. 553. B. 555. A. Ubi narrat, missum ab Aesculapio fuisse, σωφρονισθησομένῳ τὸ ἴδιος τοῦ Διὸς, ὃς ἐν ἐπιφόβῳ. *Jovis sedem* interpretatur *Canterus*, licet inferius recte idem Ἕδος per *Signum* reddat. Erat scil. *Jovis Olympii*, ut superius §. 3. docuimus, ac ipsemet diserte p. 496 & 590. A. Εἰσὶν vocans τοῦ Διὸς Ὀλυμπίου τῷ Παιῶνι. Pag. vero 581. de χωρίῳ, in quo fuerat *educatus*, scribit, *Templum pulcherrimum* a *Rufino* fuisse constructum. vid. p. 521.

8 T. I. p. 491, 495, 506, — 510, 547, 551, 553, 560, 600, 614.

τεγνος [1] occurrit, cujus maritus erat *Alcimus*, (Ariſtidis Διοικητὴς dictus p. 611.) qui ex ea Pater *puellae* nomine pariter *Philumenae* [2], uti & *Hermiae, Alumni* [3] Ariſtidis, cujus loco ille tempore *Peſtis* obiit; pag. 625, — 628. coll. p. 530.

3. At dum has quiſquilias nobis exhibet *Ariſtides*, nos ignorare ſinit, quomodo fuerit intra Contubernium a pueritia formatus, quave domeſtica diſciplina imbutus. Quod vero ejus ſtudia ſpectat, cum fuerunt extra limen proferenda, nonnihil ex ejus *Oratione* in ALEXANDRUM Cotiaenſem Funebri colligimus. Inter laudes ſane quibus hunc ubertim exornat, aperte confitetur, ab illo ſe fuiſſe *educatum & inſtitutum*; ita ut poſſit illum vocare *Nutricium, Praeceptorem, Patrem, Socium, & omnia denique.* (T. I. p. 143.) Quin & pluries poſtea *Praeceptoris*, Διδασκάλε, titulum eidem aſcribit, ejuſque *Scholam* [4] laudat, & *Artem* [5], qua plurimos *Graecorum in LITTERIS inſtituit, atque etiam filios ex illis quorundam, ceu communis Graeciae Praeceptor.* (vid. p. 145, 158, &c.)

4. Eam tamen *Alexandri*, Praeceptoris ſui, *Artem*, nuſquam Noſter proprio nomine deſignat. Verum ex variis deſcriptionibus & encomiis intelligere datur, illum revera fuiſſe GRAMMATICUM, ſicut *Stephanus* vocat, de Urbe Phrygiae COTIAEO, ejus Patria, ſcribens. Ενθα ἦν, ait, Αλέξανδρος ὁ Ασκληπιάδε, ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΟΣ πολυμαθέσατος, χρηματίζων. ὃς δὴ παντοδαπῆς ὕλης πεπαράκοντα δύο ἔγραψε λόγους. Nec dubium quin eundem indigitent hoc ipſo nomine *M. Aur. Antoninus* [6], cum teſtatur, ſe ab *Alexandro Grammatico*, ἀπὸ Αλεξάνδρε τε ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΟΥ, didiciſſe *increpationibus abſtinere*; atque *Capitolinus* in hujus Imp. vita, narrans, eum fuiſſe *uſum GRAMMATICIS Graeco Alexandro, quotidianis Latinis Traſio Apro, & Pollione.*

5. GRAMMATICI autem nomine intelligendus hic, pro Graecorum etiam hujus aevi moribus, venit, non quidem *Litterator* ſeu *Grammatiſta*, qui prima Elementa Artemve legendi ac ſcribendi *Pueros* docebat; ſed eruditus *Litterarum* Profeſſor, in omnibus *Scientiis* ita verſatus, ac Πολυμαθέσατος, ut Veterum Libros, omnemque Sacram Civilemve Antiquitatem penitus noſceret, & expedite Diſcipulis interpretaretur. Hinc Ars *Grammatici* Profeſſioque fuit Τεχνικὴ, Εξηγητικὴ, Κριτικὴ, uti jam paucis aperuit doctiſſ. *Chriſtianus Schotanus* [7]. Prima ſpecies rationem dabat emendate loquendi. 2ª. modum praebebat enarrandi Poetas, Hiſtoricos, omneque Scriptorum genus; & quidem ita minute, ut notitiam traderet Hiſtoriae tam *Fabularis*, quam *Verae*, ſicut & quarumcunque quaeſtionum ſolutionem, ut Satyrice tangit *Juvenalis* [8]. 3ª. tandem non modo *legebat*, ſed & *faciebat Poetas* [9], Artem ſcil. Poeticam explicando, ac de Poematibus judicando; quin & ad examen vocabat Hiſtoricos, & Oratores, quamvis Eloquentiae praecepta docerentur a *Rhetoricae* Magiſtris.

6. Jam ex hac *Grammatici* deſcriptione facile poſſumus concipere, quid proprie *Ariſtides* puer Adoleſcenſve ſub *Alexandri* Diſciplina doceri valuerit; quid etiam tanta ſignificent Encomia, quibus ille Praeceptoris Eruditionem extollit. *Alexander* itaque, *cum alii majora affectantes minutiora quaelibet omittant, a minimis exorſus ad ſumma pervaſit. — Ille tanquam iter quoddam ab initio ad finem inſtitit, nihil omittens, quod ullius eſſet pretii. Ita ut Graecis inſtar publici fuerit promptuarii; cum liceret ab ipſo,*

1 Cum tamen p. 625. A. eadem πρόσωπα dicatur.

2 Quae perperam Ariſtidis σύντροφος vocatur Cl. *Fabritio* Bibl. Gr. L. IV. p. 404.

3 Μοι τῶν προφίμων ὁ πλείστε ἄξιος. p. 530. ejuſdem ſignificatus eſt ΘΡΕΠΤΟΣ paſſim in Marmoribus occurrens. Licet hanc vocem pro nomine proprio ſumant viri docti *Spenius* Recher. Curi. p. 239. *Monfaucon.* Pal. Gr. p. 163. n. 8.

4 Pag. 148.

5 Pag. 146, 149, 152.

6 Lib. I. de rebus ſuis, p. 10.

7 Diſſ. de Litteratione Graecor. Praef.

8 Sat. VIII. v. 230 — 236.

9 *Sueton.* Lib. de Ill. Gram. in *Valerio Catone*: Cato Grammaticus, Latina Siren, Qui ſolus legit, ac facit Poetas.

quic-

quicquid ad Eruditionem, εἰς Παιδείαν, *pertineret, tanquam ex fonte haurire*[1]. *Cum tantum Eloquentia valeret, non tamen ſe ad Hiſtorias ſcribendas, vel tale quid contulit; ſed ANTIQUITATI Graecae ſubſervire maluit. Itaque & ARTIUM cognitione eos replebat, &c.*[2] Deinde[3] diſerte Noſter narrat[3] ab Alexandro *exornatos* & *explicatos* fuiſſe Poetas antiquos *Homerum, Archilochum, Heſiodum, Simonidem, Steſichorum, Pindarum, Sapphonem & Alcaeum*[3], atque *libros emendatos*[4], quibus clare ſatis *Grammatici* profeſſio & munus depinguntur, ut his longius immorari ſupervacuum foret. Caetera vero quae ad eundem attinent, inferius tangere licebit, cum ad tempus ejus emortuale pervenerimus.

7. Neque neceſſe eſt, ut pluribus probemus *Alexandrum* in Patria urbeque *Cotiaeo* Scholam habuiſſe, cum id ex eadem *Oratione Funebri* perſpicuum ſit. Ibidem ergo & *Ariſtidem* eas docuit *Grammaticae* partes, ſeu varias Eruditionis ſpecies, quas contineri ſub iſtius Artis nomine jam oſtendimus. Opportuniorem utique, aut viciniorem Scholam frequentare Noſter vix potuit; quandoquidem Urbs iſta *Phrygiae* fuit Επικτήτου[5] dictae, quae contigua *Myſiae* Olympenae, atque circa eundem *Olympum* montem ſita erat[6]. *Ariſtides* vero ſpecialem *Phrygiae* diviſionem omittens, ſatis habuit dixiſſe, id oppidum *ex tota Phrygum gente antiquiſſimum*[7].

8. Caeterum non erit multum extra oleas vagari, ſi, hac data occaſione, ὀρθογραφίαν iſtius urbis confirmaverimus. In vulgatis enim Sophiſtae N. codicibus titulus *Orationis* in *Alexandri* mortem habet: Αελιδης τῇ Βυλῇ καὶ τῷ Δήμῳ τῷ ΚΟΤΤΑΕΩΝ. Nec melius ſcribitur apud *Strabonem* alioſque Auctores. At jamdudum docti viri *Holſtenius*, ac *Berkelius* in Notis ad *Stephanum* obſervarunt, verum oppidi nomen fuiſſe ΚΟΤΙΑΕΙΟΝ· hancque ſcripturam poſtulari ex ordine literarum, ac formatione gentilium apud *Stephanum*, atque ex *Nummis* demonſtrari. Nihilo tamen minus Cl. *Cellarius*[8], praeteritis hiſce indubitatae fidei Monumentis, retinet Κοτυάειον, cauſatus *non ſatis eſſe, quod ordo Alphabeti ita poſtulet, quia non ſemel litterarum ordo apud Stephanum turbatus eſt, cujus hic etiam in MSS. & olim excuſis eſt* Κοτυάειον. Verum nulli dubitabunt probi rerum aeſtimatores, quin *Nummi* prae MSS. libriſque excuſis valere debeant. Praeter autem illos, quos *Holſtenius*, *Spanhemius*, *Vaillantius* exhibuerunt, plures id genus proſtant in Britannicis gazis, ne alias ad vocem, quas in Italia, Gallia, Belgioque diligenter perluſtravi. Satis erit hic unum aut alterum protuliſſe. Prae caeteris obſervatione dignus eſt ille in Illuſtriſſ. *Ducis Devoniae* gazophylacio, quem noviſſime amicus N. *Nic. Haym*[9] vulgavit, quique gentile nomen in recto exhibet, ſcil. ΚΟΤΙΑΕΙΣ circa Neronis caput, cum in caeteris ΚΟΤΙΑΕΩΝ legatur. Sic certe in alio elegantiſſimo, quem Reverendiſſ. & Eruditiſſimus Archiep. *Cantuarienſis* poſſidet, cujus pars anterior fert caput laureatum & barbatum, cum ΔΗΜΟC· poſterior vero circum Jovem ſedentem: ΕΠΙ ΙΟΥ ΚΟΔΡΑΤΟΥ ΝΕΩ ΑΡΧ. in imo; ΚΟΤΙΑΕΩΝ. Alter ejuſdem Cimelii, uti & Devonienſis, exhibet, hinc *Otacillae* Aug. caput cum titulis, inde *Fortunam* ſtantem, hancque[10] Epigraphen: ΕΠΙ ΙΟΥΛ ΚΟΔΡΑΤΟΥ ΥΙΟΥ ΙΠΠΙ ΑΡΧ. in-

1 Tom. I. pag. 145.
2 Pag. 147.
3 Pag. 152.
4 Pag. 151.
5 Strab. Lib. XII. p. m. 863. ad quem *Stephanus* etiam provocat.
6 Strab. ibid. p. 856, 857.
7 T. I. p. 144.
8 Geogr. Aut. T. II. p. 88.
9 Teſ. Brit. T. II. Tab. 3. p. 181.
10 Similem legi in Num. *Philippi* Aug. penes C. V. *de Wilde* Amſtel. qui tamen eundem publici juris faciens haud bene ſimul ΙΠΠΑΡΧ. legit, ac interpretatur *filium Hipparchi*. Neque melius alii vocem ΙΠΠΙ. per ΙΠΠΙΟΥ, ut *Harduinus*, aut per *Hippici* filium, ut *Vaillant*, reddiderunt. Omnium peſſime *Falconerius* (ad Inſcr. Athl. p. 59.) in Num. gazae Medic. legens ΙΠΠΙΑΡΧ. prout revera ipſemet vidi, ſuſtinuit tamen interpretari per *Hipparchum*, ſeu Praefectum Equitum, ſed an alio parti *Galliem* Imp. reperi, ΙΠΠΙΚ. ΑΡΧ. &c.

tus,

tus, ΚΟΤΙΑΕΩΝ. Mentem porro meam de harum vocum ΝΕΩ. ΤΙΟΥ. ΙΠΠΙ. ΑΡΧ. ſignificatione alibi aperiam, ac plures Clariſſ. Antiquariorum hallucinationes convellam.

9. Nunc ſermo ad *Ariſtidis* Praeceptores redeat. Illis HERODEM quodammodo annumerat *Philoſtratus* [1], narrans *Noſtrum ATHENIS excultum vivido illo, quo HERODES utebatur, dicendi genere* : Ἀθῆναι ὃ ἤσκησαν ἐπὶ τοῦ τοῦ Ἡρώδου ἀκμοῦ. Ille ſcil. erat *Herodes Atticus* [2], *vir & Graeca facundia & Conſulari* [3] *honore praeditus*, ut *Aul. Gellius* loquitur [4], qui, dum *apud Magiſtros Athenis eſſet* [5], eum ſaepius *audivit diſſerentem Graeca Oratione* ; *in qua*, pergit, *fere omnis memoriae univerſos gravitate, atque copia, & elegantia vocum longe praeſtitit* [6]. Ejuſdem vitam inter Sophiſtas fuſius ſcripſit ipſemet *Philoſtratus* [7], qui & alibi tradit, plures etiam ex ſubſequentibus Sophiſtis illius *Diſcipulos* fuiſſe : atque [8] cum in *Attica* degeret *apud chariſſimos ſibi Pagos*, ἐν τοῖς φιλτάτοις ἑαυτῷ Δήμοις [9], *Marathona & Cepheſiam* habuiſſe *juventutem, quae undequaque affluxerat, ab ipſius ore pendentem, ejus eloquentiae deſiderio Athenas frequentantem.* Caetera, quibus *Herodis* Nobilitas, ſummae in Republica Dignitates, Magnificentia, & id genus alia demonſtrantur, proſequi non patitur inſtitutum. Conſulatur Cl. *Fabricius*, qui paucis multa complectitur, Bibl. Gr. Lib. IV. c. 30. §. 3.

10. ARISTOCLEM porro Sophiſtam *Pergami* docentem *Philoſtratus* [10] Herodi ſubjungit, ut qui fuerit alter *Ariſtidis* in Eloquentia Magiſter ; addens eum excoluiſſe καὶ τὸ ἐν Ἀσίᾳ Πέργαμον, ἐπὶ τοῦ Ἀριστοκλέους γλῶτταν. "Ipſemet vero *Ariſtocles*, cum, re-"licto Philoſophiae ſtudio, ad Sophiſtas convolaſſet, eundem *Herodem* Romae fre-"quentavit, extemporaneas inſtruentem Orationes, *Philoſtrato* teſte §. 3. Lib. II. ubi pauca de hoc refert. Sic vero ejus Eloquentiam pingit: *Dicendi genus perſpicuum ipſi eſt quidem, & Atticum plane* ; *magis tamen diſſertationibus, quam controverſiis aptum*, &c.

11. POLEMONIS quoque ſectator fuit *Ariſtides*, ſi *Suidae* [11] fidem adhibemus, uti & Auctori ὑποθέσεως in Ariſtidis *Panathenaicam.* Is [12] *Scholam* habuit SMYRNAE, *juventute ipſi affluente ex Continente pariter ac Inſulis.* Ibidem maximis honoribus & dignitatibus decoratus eſt. Inde proculdubio *Smyrnaeus* pluribus dictus eſt; quos, uti & alios, qui eum ex *Phrygibus* cenſebant, *Philoſtratus* refellit, aſſerens, *Laodiceam, Cariae Civitatem, Lyco* [13] fluvio vicinam, *eum genuiſſe.* Fatetur tamen poſtea [14], eundem ab Herode *Phrygem* eſſe cognominatum, *quod tunc Phrygiae Loodicea adjuncta eſſet.* At Straboni ducentis circiter ante annis *Phrygiae Maxima*, uti & *Apamea*, fuerat dicta [15]. Ut omnino falſus ſit *Stephanus*, qui eam *Lydiae*

1 Pag. m. 581.

2 Sic cognominatur, non modo a Latinis Scriptoribus, ſed & in Marmoribus Graece inſcriptis. (Vid. Spon. Miſc. p. 321.) Unde corrigendus Ill. *Salmaſius*, (Not. ad Herod. Inſc. p. 89.) exiſtimans, eum a Graecis tantum Ἡρώδης Ἀττικῆς, cum eſſet *Attici* filius, nunquam vero Ἡρώδου Ἀττικοῦ fuiſſe dictum.

3 Coſ. fuit An. C. 143. vid. Noriſ. Epiſt. Conſul. p. 86, — 88. & Not. M. ad Grut. p. 330. T. II. p. 2. Ed. poſt.

4 Noct. Att. Lib. I. c. 2.

5 Ibid. ubi addit, ab Herode accerſitos, *in Villas* Athenis *proximas*, ſimul cum eo *complures alios ejus* Gentiles, *qui Roma in Graeciam ad capiendum ingenii cultum conceſſerunt.* vid. & Lib. IX. c. 2.

6 Ibid. Lib. XIX. c. 12.

7 De Soph. Lib. II. c. 1.

8 Ibid. Lib. XII. p. 562.

9 Vid. Meurſi. ac Spon. de *Pagis Atticis*, atque *Aul. Gell.* loc. cit. Lib. I. c. 2. & Lib. XVIII. c. 10. ubi *Cephiſiam* deſcribit, *Villam*que vocat, &c. *Marathone* vero fuit oriundus.

10 Sophiſt. Lib. II. §. 9. p. 581.

11 In Ariſt. ubi, Πολέμωνος τοῦ Σμυρναίου Ῥήτορος Μαθητής. Vide eundem in vocib. Διονύσιος & Πολέμων.

12 Philoſt. Soph. Lib. I. §. 25. p. 530, ſeqq.

13 Ποταμῷ περίοικος Λύκῳ ait Philoſt. p. 530. In Marmore pariter ac apud *Strabonem*, p. 867. m. dicitur ΠΡΟΣ ΤΩ ΛΥΚΩ. vid. *Holſten.* Not. ad Steph. p. 187. *Spon.* Hinc in Num. *Commodi* cernitur idem fluvius cum *Capro* : ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ ΛΥΚΟΣ ΚΑΠΡΟΣ· hoc nempe ſicut & *Aſopo* Civitatis *Latera adluentibus.* Plin. L. V. c. 29. vid. *Morel.* Specim. T. XII. p. 137.

14 *Philoſt.* ibid p. 539.

15 Lib. XII. p. m. 864.

adſcribit. Litem vero dirimit rariſſimum & hucuſque Antiquariis ignotum Ær. Numiſma in Nobiliſſ. *Pembrokiae* Comitis Cimelio proſtans, docens *Laodiceam* ſic inter utramque Regionem, *Phrygiam* ac *Cariam*, fuiſſe ſitam, ut utriuſque fuerit pars limeſve. Etenim ab altera parte Capitis *Caracallae* cernitur Genius urbis ſedens, dextra Icunculam gerens, ſiniſtra Cornucopiam. Cui adſtat ante figura, pone quam legitur ΦΡΥΓΙΑ· atque alia a tergo cum ΚΑΡΙΑ· dein in imo duabus lineis, ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Caeterum cum ex eadem Civitate ortus fuerit M. ANTONIUS POLEMO, Ponti Rex, *Zenonis* Rhetoris filius, de quo ſuperius diximus; nullus fere dubito, quin ejuſdem propaginis ſit hicce Sophiſta [1], vocatus etiam ANTONIUS POLEMO in Arundelliano Marmore Graeco, unde Cl. *Rubenius* [2] recte in *Hadriani* Epiſtola, apud *Philoſtratum* [3], legit Αντώνιος Πολέμων, pro Αντωνῖνος vulgatorum codd.

12. Quo autem aetatis tempore *Ariſtides* illorum Sophiſtarum Scholas frequentaverit, accurate non licet definire. Ex *Philoſtrato* quidem in *Sophiſtarum* Vitis palam eſt, *Graecos* quoque in prima *Adoleſcentia* operam huic Diſciplinae dediſſe. Imo & de *Hermogene* [4] tradit, eum *quindecim annos natum, eo uſque provectum eſſe eloquentiae gloria, ut etiam Imperatori Marco audiendi deſiderium excitaverit.* Nec multo major natu erat *Hadrianus*, qui, eodem teſte [5], *Herodis diſcipulus extitit, annos natus circiter octodecim.* Pariter & apud *Romanos* hiſce temporibus mos erat, ut *Adoleſcentuli* poſt togam virilem indutam, ſcil. poſt annum aetatis XIV. in Rhetorum Scholas deducerentur [6]; ita tamen, ut qui *adulti fere PUERI ad hos Praeceptores tranſlati fuerant, & apud eos JUVENES etiam facti* perſeverarent, monente *Quinctiliano* Inſt. Lib. II. c. 2. Quid ſimile *Philoſtratus* de *Athenodoro* ſcribit [7]; *Ariſtoclem*, inquit, PUER, Παῖς ἔτι, *audivit*; *Chreſtum autem, cum ad diſcretionis annos jam perveniſſet*, ἤδη ξυνιέις. Unde, ſi lubet, ad hos Praeceptores referre licebit, quod Noſter de ſuo in *pueritia* ingenio, cum in Scholis inter Condiſcipulos ſederet, tradit (T. III. p. 678.) *Quinctiam*, inſit, *Condiſcipuli*, Συμφοιτηταὶ, *ingenium meum poſſunt declarare. Nam PUER adhucdum*, ἔτι παῖς ὤν, *cum aliquid, quod mihi notum erat, quaereret Praeceptor*, Διδάσκαλος, *ſi quis alius prior reſpondiſſet, nihil jam loquebar, ne viderer ab alio ſuggeſtum dicere.* Melius tamen his ſtudiis conveniunt, quae paulo poſt (ibid. p. 723.) inſerit: *Mihi adhucdum Adoleſcentulo Deus* [Aeſculapius] *dedit uti Praeceptoribus*, Νέῳ μοὶ ἔτ' ὄντι χρῆσθαι Διδασκάλοις, *a quibus prima conſecutus ſum ſuffragia* auguriave, *fore ut inter omnes excellerem. Inde vero ſemper in ſtudiis Artium & Eloquentiae vitam hactenus tranſegi*, &c.

§. VI. *Peregrinationes* Ariſtidis.

1. Quandoquidem & his etiam temporibus *Juvenes* eruditionis cauſa *Peregrinationes* in longinquas regiones ſuſcipere ſolerent; abs re non erit, ſi hoc loco, poſt juvenilia Noſtri ſtudia, ſubjungamus quae in libris ipſe recenſet de ſuis id genus *Peregrinationibus* nonnullis, quae certo tempori nequeunt aſſignari.

Praeter enim Urbes Aſiae Graeciaeque ſupra memoratas, in quibus Praeceptores ſectatus eſt, *Cotiaëum*, *Pergamum*, *Smyrnam*, *Athenas*; poſtea, & quidem ante magnum ipſius *morbum* (etſi quot ante annis non liqueat) in nobiliſſimam *Africae* partem, *Aegyptum* nempe, ſeſe contulit, eamque diligenter totam perluſtravit, ad AETHIO-

1 Quanquam id neget Cl. *Fabricius* Bibl. Gr. L. IV. c. 30. p. 369. N. (6). cauſatus *Philoſtrati* hac de re ſilentium; quae ratio non videtur ſatis mihi agens.

2 Diſ. de Urbibus Neocor. p. 243. quem Cl. *Olearius* in noviſſ. Philoſt. Editione ſequitur, aliam *Salmaſii* emendationem merito rejiciens.

3 Loc. cit. p. 533.

4 Pag. 577.

5 Pag. 585.

6 Vid. quae hac de re protulimus in *Plinii Vita*, p. 19, 20, 21.

7 Pag. 594.

PIAE

PIAE fines uſque progreſſus. Etenim ea memorans[1] quae ſibi *ſecundo* Morbi anno *Pergami* contigerunt; *Evareſtus*, ait, *Cretenſis* Philoſophiae ſtudioſus, τῶν ἐν φιλοσοφίᾳ ἀφτεκόντων, *cum ex* Aegypto *veniſſet, viſendi Dei* [Aeſculapii] *gratia, poſtquam eum in* Aegypto *cognoveram*, γνώσιμος κἀμοὶ σωήθης ἐμοὶ γεγονὼς ὅτι τὸ ἐν Αἰγύπτῳ ἀφτεκῶς, *mandatum ſibi a Deo dixit, ut ad dicendum me incitaret*, &c. Sic & poſtea[2] narrans, quae ſub *Quadrati Proconſulatu*, i. e. anno Morbi ſeptimo, ut inferius manifeſtum fiet, peracta ſunt, docet, Praedium *Laneum* a ſuis emptum, *dum in Aegypto peregrinabatur*, ὅτι τῆς ἀφτεκῶς τὸ ἐν Αἰγύπτῳ. Plurima vero ad hanc Peregrinationem ſpectantia reperiuntur in illa diſſertatione Epiſtolica, cui titulus Αἰγύπτιος[3], qua fuſe de cauſis incrementi NILI diſputat, & quidem aliquandiu poſt reditum, ac poſt *morbum*[4]; ut ſcil. Amici deſiderio & curioſitati ſatisfaceret. Cum autem *Herodotus* amorem *Aegypti* primus *Ariſtidi* injeciſſet[5]; "is totam regionem *quater* perluſtravit, μέχει τῆς Αἰθιοπικῆς χώρας παρελθών, ita "ut nihil reliquerit intactum, non *Pyramides*, non *Labyrinthos*, non *Templa*, non "*Alveos* foſſaſve, διωρυχάς· omnium menſuras diligenter adnotans, vel ex *libris*, vel, "ubi non adjuvabant, ipſemet, cum *Sacerdotibus* ac *Prophetis*, ſingula dimenſus. Haec "quidem in *Commentarios* retulerat, ſed hi poſtea perierunt, prout ab initio Diatribae "teſtatur, p. 552. ſeq. Mari eo perveniſſe, indicare videtur p. 610. Cum enim dixiſſet, Navim per integrum diem, vento ſecundo procedentem, eoque ſtridente, *non centum atque viginti tantum conficere, verum ducenta potius & mille ſtadia*; addit: *Nec raro nos tantum ſpatii, cum fuit commoda Navigatio, confecimus, poſtquam totum ad dies retulimus*, τὸ πᾶν διελθμθμοι πρὸς τὰς ἡμέρας ὕστερον. Quae ſaltem ſignificant, Noſtrum navi oram Aegypti maritimam luſtraſſe, vel in Profectione, vel in Reditu.

2. Ad ſuperiores porro *Aegypti* partes, verſus *Aethiopiae* limites, profectus, *navigavit*, ſubvectus ſcil. *Nilo*, ad urbem uſque *Elephantinem*[6], quae Plinio (Lib. V. c. 9.) *navigationis Aegyptiacae finis*, propter nimirum Nili *Cataractem*, *ſub quo*[7] *fere*, ut Noſter habet, illud oppidum *jacet*[8], *nec ab eo ultra ſeptem diſtat ſtadia*. Hunc ut videret *Cataractem*, ad locum *aſcendit*, (adeoque terreſtri itinere) quem Βωμοὺς *Aras* vocat, ubi *Aethiopum* erat *Praeſidium*, ὃ τοῖς Αἰθίοψιν ἔστιν ἡ φρυρά, longe a Fluvii ripa, πολὺ τῆ ὄχθης ἀπαστάσας τοῦ ποταμοῦ· dein *conſcenſo Portu, qui primus eſt ultra Cataractem*, ὃς ἔστι πρῶτος ὑπὲρ Καταδόπων[9], *in Philas trajecit, quae eſt Inſula inter Aegyptum & Aethiopiam, tantae magnitudinis, quantae eſt ejus oppidum*[10], *eamque circumfluit Nilus, ita ut eandem prorſus mediam faciat*. Verum *Ariſtides*, infecta re, *Philis* eadem via rediit, quod vectores negarent ſe quid hoc de negotio ſcire. *Quare Syenem relatus, quam ab Elephantine ſeparat Nilus*[11], a Preſidii Praefecto, φρυράρχου, accipiens *navigium leve*, πλοῖον τι κοῦφον[12], uti & homines, qui Nautas in *Cataractis Inſula*, τοὺς ἐν τῇ νήσῳ τῶν Καταρακτῶν, cogerent, ut *Ariſtidi* in omnibus opem darent. Quo pacto tandem

1 T. I. p. 578. coll. 573.
2 Ibid. p. 615.
3 T. III. p. 552 — 617.
4 Ibid. p. 600.
5 Ibid. p. 582.
6 Ibid. p. 576.
7 Plurali numero utitur *Ariſtides*; ὑπ' αὐτῆς χεδὸν ἡ Νείλε τῆς Καταῤῥάκτας ἐστὶν, &c. Sic & *Senecae* Lib. 4. Q. Nat. c. 2. dicuntur *Catarractae*; cum *Straboni*, *Plinio*, &c. ſit *Cataractes*, quique & *minor* & *noviſſimus* vocatur.
8 Sic & pag. 578. ὑπ' αὐτοῖς ἐστὶ τοῖς καταῤῥάκτοις.
9 Sic & *Ciceroni* Somn. Scip. C. V. de ipſo loco. *Ubi Nilus ad illa, quae* Catadupa *nominantur, praecipitat ex altiſſimis montibus*, &c. Plinius vero Aethiopes loci incolas eo nomine donat, de Nilo ſcribens Lib. I. c 9: *Vectus aquis properantibus ad locum Aethiopum, qui Catadupi vocantur, noviſſimo Cataracte — non fluere immenſo fragore creditur, ſed ruere.* Item Lib. VI. c. 29. *A Syene — gens Catadupi.*
10 Pariter *Seneca* Lib. IV. Q. Nat. c. 2. *Philae inſula eſt aſpera & undique praerupta: duobus in unum coituris amnibus cingitur: — Urbem totam complectitur.*
11 Ita quidem, ut *inter Syenam atque Elephantinem nihil praeter flumen ſit interjectum*, οὐδὲν ἐστὶν, ἀλλ' ἢ τὸ ῥεῖθρον τοῦ ποταμοῦ, *utraque urbe ripae adjacente.* Ariſt. T. III. p. 578.
12 Idem videtur, ac quod Πάκτων *Straboni* dicitur Lib. XVII. p. 1173. quo & ipſe Philas tranſiit, *Plinius* naves vocat *plicatiles*, loc. cit.

diligenter omnia circum *Cataractem* perſpexit; atque non modo Nautas *ſuper ſcopulos* Cataractis *deferri vidit*, in *ſumma* nimirum ſtans *Inſula, quae ex medio eminens flumine Cataractem undique conſpicuum praebet*; ſed & ipſemet, eorum exemplo factus audacior, "*lembo* ſe committit, atque per eadem loca, ad Orientem Inſulae ſita, per "quae Nautas delabi viderat, defertur [1]; imo & ab eodem loco exorſus, circum cuncta "navigat, juxtaque alterum Inſulae latus fluvio fertur ad *Urbes* [2], Syenem nempe ac Elephantinem. Ultra vero *Philas* progreſſum eſſe *Ariſtidem*, nullibi diſerte teſtatur; quanquam ſolum *occidentalis* ripae Nili *ſupra Cataractem juxta Pſelchim* deſcribit [3], τῆς ἄνω Καταρακτῶν τοῖς περὶ Ψίλχιν [4]. *Philas* autem bis [5] inter *Aegyptum & Aethiopiam*, μεθόριον Αἰγύπτου καὶ Αἰθιοπίας, collocat, *Elephantinem* vero & *Syenem* in extremo *Aegypti* limite, ἐπ' ἄκροις τοῖς Αἰγύπτου [6]. At Strabonis aevo *Philae communis erat Aethiopum & Aegyptiorum habitatio*, uti habet Lib. XVII. p. 1173. addens, ipſum *Phylas Syena plauſtro vectum eſſe, per campum valde planum, centum ſtadiorum itinere*, σταδίους ὁμοῦ πως ἑκατόν.

3. Quo in numero ſtadiorum, ut id obiter moneam, quid mendi ſuſpicor, atque pro ἑκατὸν legendum εἴκοσι, ſeu cum olim in MSS. Codd. numerus, pro more ſolito, eſſet littera ſignatus Graeca κ, pro hac ſcribam recentiorem, vel poſtea Editorem, P. *centum* deſignantem, legiſſe. Nec difficilis utroque modo allucinatio. Profecto ipſemet *Strabo* paucis ante lineis dixerat, *Philas paulo ſupra Cataractem* eſſe, τῇ δὲ Καταῤῥάκτῃ μικρὸν ἐπάνω, &c. *Ariſtides* vero diſerte tradit, quod jam vidimus, *Cataractem* exſtare *ſeptem* tantum *Stadiis* ſupra Urbem *Elephantinem*, quae oppoſita eſt *Syenae* proſtanti in Nili ripa Orientali, ſive, ut *Plinius* loquitur, *Latere Arabiae*. Praeterea vetus *Itinerarium* Antonini nomine vulgatum docet, *Philas tribus* tantum *milliaribus* a *Syene* diſtare; hoc eſt, viginti circiter quatuor ſtadiis, ſi ſtadia *octo* aſſignaveris unicuique Milliario, cui *ſeptem* ſolummodo alii tribuunt. Verum ſi *centum ſtadia* putas apud *Strabonem* ſincera eſſe; tum diſtantia fuerit *duodecim* M. paſſuum; ſicque in *Itinerario* legendum Cl. *Cellarius* [7] cenſet, ut cum *Strabone* conveniat. Alterutram lector eruditus amplectatur emendationem neceſſe eſt. Prior magis mihi arridet, qua *Strabo* ſibimet, *Ariſtidi* & *Itinerario* melius congruere videtur.

4. Ex ſuperioribus corrigendus quoque Plinius venit, qui Hiſt. Lib. V. c. 9. cum *Philas* contra *Syenem in adverſo* Nili latere poſuiſſet, paulo poſt addit; *Elephantis* (ſic vulg. libb. pro *Elephantine*) *inſula infra noviſſimum Cataractem tria M. paſſ. & ſupra Syenem* XVI. M. *habitatur, navigationis Aegyptiae finis*. Nodos hic occurrentes ut ſolvat maximus ille vir *Salmaſius* [8], affirmat, Plinium *mnemonico errore* lapſum, poſuiſſe primum *Philas* pro *Elephantine*, deinde *Elephantinem* pro *Philis*. At hac medicina nondum reſtituitur *Plinius*; quippe qui ſic dixerit, 1°. *Philas* infra Cataractem III. M. P. fuiſſe, atque 2°. Cataractem ſupra Syenem XX. M. Paſſ. qui duo ſunt errores immaniſſimi, directe contra *Strabonem*, *Ariſtidem*, &c. pugnantes. Hoſne ipſimet *Plinio* impingemus? An vero dicemus, ſcribas miſere locum conturbaſſe, maxime cum Codd. ejus MSS. in numeris Paſſuum varient? Arbiter ſit eruditus Lector.

5. Dum autem iſtis in locis *Ariſtides* verſaretur, ſtudio diſcendi flagrans, *Aethiopem* virum auctoritate pollentem, ac abſentis Praefecti ὑπάρχου vice Praeſidium curan-

1 Confer *Strab.* Lib. XVII. p. 1172.

2 Ariſtid. loc. cit. p. 176, 177, 178.

3 Ibid. p. 594.

4 Ψίλχιν habet p. 582. *Strabo* bis Ψίλχιν ac Ψίλχις, p. 1175. ſeq. *Plinius* Pſelchim, Lib. VI. c. 29. in vulg. At in *Ptolemaei* vulg. Codd. ſcribitur Ψιλκις, & *ab occaſu fluvii* collocatur.

5 Tom. III. p. 577, 583.

6 Ibid. p. 583. *Solinus* quoque *in Syene finus Aethiopum* ponit, cap. 32, idque a *Plinio* Lib. V. c. 9. mutuatus eſt; nec diſſentit *Strabo* p. 1171. Unde eſt quod *Tacitus* Ann. II. c. 61. utramque urbem vocat *clauſtra olim Romani Imperii, quod nunc Rubrum ad mare pateſcit*, ſcil. ſub Trajano.

7 Antiq. Geogr. Lib. IV. c. 1. p. 56.

8 Exercit. Plin. in Solin. c. 32. Eumque ſequitur *Cellarius*, loc. cit. p. 57.

tem [1],

tem [1], interrogavit de rebus interiora *Aethiopiae* ſpectantibus; atque nonnulla ex illis, quae per Interpretem hoc in Colloquio audiverat, profert. (Vide *Orat. Aegypt.* Tom. III. p. 581. ſeq.) Ita & in Urbe *Canopo* [2] cum *Sacerdote quodam non infimo*, ἐκ τῶ φαυλοτάτω, ſermones habens, certo cognovit, meram eſſe fabulam, quam Graeci narrabant de *Canobo* Menelai gubernatore, qui nomen urbi dederit: ſiquidem ea ſic vocata fuit multis ante ſaeculis, quam Menelaus eo appelleret; atque id nomen purum putum erat *Aegyptium*, ſignificans Lingua Graeca χρυσῆν ἔδαφος, *aureum ſolum* [3]. Qua in re de Ariſtidis fide dubitare non ſinunt ea, quae ſuperſunt hodie *Aegyptiacae*, ſeu *Copticae* Linguae Monumenta, prout Eruditiſſ. *La Croze* haud ita pridem obſervavit [4]. Caetera praeterimus, cum noſtri non ſit inſtituti omnia notatu digna apud *Ariſtidem* de *Nilo* & aliis *Aegypti* partibus occurrentia huc transferre. Satis erit, ſi praeterea Lectores monuerimus plura in illa *Oratione Aegyptiaca* reperiri, quibus recentiores Geographi poſſunt caſtigari vel illuſtrari; quamvis haud recte arguat adverſus illos, qui Nili incrementa *imbribus* Aethiopiae adſcribunt.

6. Jam cum Sophiſta Noſtro in *Syriam* tranſeamus, quam is in reditu ex *Aegypto* luſtraſſe videtur. Nam primum, contra *Ephorum* in eadem *Oratione* diſputans, regionem deſcribit ceu teſtis oculatus, quae ultra *Peluſium* ſita, ac *Caſium* montem, quo *Aegyptus* in *Syriae* limite cingitur. *Verum* (inquit p. 591.) *Serbonis Palus*, Σεῤῥωνὶς [5] λίμνη, *extra montes hos* (de quibus ante) *manifeſte jacet. Ultra Peluſium enim, & Montium, qui Aegyptum cingunt, alterum*, (Caſium ſcil. ut p. 593. nominat) *ad Oſtracinem ſita eſt, Aſpari Arabicae media*, ἥπερ ὄξι μέση μάλιστα τῆ Ἀσπάρε τῆ Ἀραβικῆς. Deinde non modo *Mare mortuum* memorat [6], ſive, ut habet, ἣν ἐν τῇ χθ' Φοινίκῃ Συρίᾳ θάλατταν καλοῦσί τινες νεκρὸν πόντον ἄγονον [7]· ſed & diſerte tradit (p. 595.) *Scythopoli* Syriae Palaeſtinae ſe degiſſe. Ἠκουσα δὲ, infit, ἔγωγε καὶ τῆς Παλαιστίνης Συρίας ἐν Σκυθῶν [8] πόλει περὶ τὸν τόπον, ὃς τὰς τε δὴ Βαλάνους [9] τῶν Φοινίκων τὰς ὀνομαστὰς καὶ τὸν ὀπὸν [10] φέρει, λίμνην εἶναι, ἣν, ἐπειδὰν ὁ Νεῖλος ἀνέλθῃ, σημαίνειν· καὶ γὰρ τὸ ῥῆμα τοῦτ' ἦν τοῖς ξένοις· ἔλεγον δὲ ὡς αὐξανομένης. *Ego vero audivi Scythopoli Palaeſtinae Syriae, ad eum locum, qui Palmarum fructus* (Phoenicobalanos) *celebres ſuccumque fert, lacum eſſe, qui Nili incrementum ſignificet; ſic enim dicebant Hoſpites, cum eum augeri indicarent.*

7. Ad quem locum obſervaſſe, non erit ſupervacaneum, *Ariſtidem* SYRIAE PALAESTINAE adſcribere *Scythopolim*, (quae proprie fuit *Sammaritidis*, in *Galileae* limite) quod tunc temporis Romana eſſet Provincia eo nomine donata, *Palaeſtinam, Judaeamve*, ac totam regionem complectens a *Coele-Syria* ad *Peluſium* uſque, ex-

1 Ariſt. T. III. p. 581. ſcribit eum fuiſſe ἐκ τῶν ἐκεῖ δυνατῶν, atque ἱππέα τε καὶ ὁπλίτην habuiſſe.

2 Ibid. pag. 609. teſtatur, eam a *Pharo* per centum & viginti ſtadia diſtare.

3 Ibid. p. 608.

4 Diſſert. ad calc. Orat. Dom. in var. ling. p. 136.

5 Sic ſcribitur Herodoto, Diodoro, *Plutarcho*, &c. at Straboni, & *Ptolemaeo* Σιρβωνὶς. Ponitur autem a Diodoro *in medio Syriae-Coeles & Aegypti*. Hincque juxta *Herodotum* ac *Plinium* Lib. V. c. 13. *Idumaea incipit & Palaeſtina.*

6 Ibid. p. 598. ſeq.

7 Hoc ſcil. nomen habens, quod *ſalſa* foret *aqua* iſtius *lacus*, λίμνης τῆς ἐν τῇ Συρίᾳ, ut mox addit.

8 Sic etiam apud Graecos V. T. Interpretes *Judic.* I. 27. ac 2 *Maccab.* XII. 29. ubi *diſtare Hieroſolymis ſexcenta ſtadia* dicitur: At *Joſepho, Straboni*, &c. Σκυθόπολις, illique (in vita p. 1025.) abeſt a *Tiberiade*, in Genneſaritidi lacu ſita, *centum & viginti ſtadia*. Qua de Urbe vide in primis *Cl. Relandum*, qui in ſua *Palaeſt.* p. 992, — 998. variorum Scriptorum loca congeſſit, hoc tamen *Ariſtidis* omiſſo.

9 Vulgo Φοινικοβάλανους vocant Graeci, hac voce *Palmarum fructus* intelligentes; nec aliter Latine *Plinius*, qui Lib. XII. habet cap. 22. *de Phoenicobalano*, de quo plurima ſcribit *Salmaſius* in Solin. p. 463. ſeqq. ubi multoties *Plinium* corrigit. Maximam vero copiam *Palmarum* illic fuiſſe, jam ex *Sozomeni* Hiſt. Lib. VIII. c. 13. obſervavit *Relandus* doctiſſ. p. 997.

10 *Succum* ſcil. intelligit, quem dabat cortex palmarum floreſcere incipientium; non palmula ipſa, vel fructus palmae, uti pluribus contra *Plinium* contendit *Salmaſius* loc. cit. Vid. *Plin.* Libr. XXIII. c. 4.

cepta.

cepta *Phoenicia*. Ea olim, deficientibus *Judaeae* Regibus, a *Procuratoribus*, qui *Syriae* Praefidibus parebant, regebatur; poſtea vero, & quidem, ut mihi videtur, poſt *Judaïcum* bellum ſub Nerone coeptum, avulſa fuit a Juriſdictione *Legati Conſularis Syriae* [1], ſuoſque peculiares Praefectos, ſeu *Auguſti Legatos*, atque *Legatos Propraetores* dictos, habuit. Hinc eſt quod in Nummis *Neapoli* Samariae hoc tempore cuſis hocce oppidum dicatur CTPIAC ΠΑΛΑΙCTINHC. Varios id genus poſſident Gazae *Britannicae*, non ſecus ac Gallicae, Italicaeque, inter quos plures vidi in Antica Cap. *Antonini Pii*, vel filiae, *Fauſtinae* junioris, ferentes, ac in averſa parte ET. ΠZ. an. LXXXVII. Epochae *Neapolis*, qui ab an. Chr. LXXI. (quo Epocha coepiſſe videtur) deductus in an. Chr. CLVIII. incidit. Ejuſdem aevi eſt Inſc. Graeca Marmoris, quo *C. Jul. Severus* vocatur ΠΡΕΣΒ. ΑΝΤΙΣΤΡΑΤΗΓΟΣ ΣΤΡΙΑΣ ΠΑΛΑΙΣΤΕΙΝΗΣ. Eam male diſcerptam *Gruterus* duobus in locis particulatim dedit, p. 425. 3. ubi pars prior, ac p. 495. 2. ubi poſterior pars; Cum tamen eandem integram haberet *Scaliger*, (a quo ille eam mutuatus eſt) prout in ejus Schedis *Lugduni* Batavorum aſſervatis vidi. Quod cum Emin. *Noriſius* [2] non perſpexiſſet, poſteriorem modo partem in hanc rem laudat, quaſi nomen viri, cui dicatum fuerat illud Monumentum, detritum foret. Sic & Eruditiſſ. *de Montfaucon* [3], eandem exhibens integram, putavit fragmentum ejus ſolummodo apud *Gruterum* ea pag. 495. 2. reperiri. *Galenus* porro *Ariſtidi* coaevus de Mari Mortuo ſcribens [4], eodem modo ac Noſter hancce Provinciam cognominat: τὸ δὲ τῆς ἐν Παλαισίνῃ Συρίᾳ λίμνης ὕδωρ, &c.

8. Superioribus ſubjungenda veniunt, quae Noſter alibi de *Judaeis* eam regionem incolentibus inſerit [5], at nomine *impiorum Palaeſtinorum*, quibus ſimiles moribus, ait, pravi ſunt *Sophiſtae*: τοῖς ἐν Παλαίστινῃ δυσεβέσι παραπλήσιοι τὸς τρόπους. *Hi*, addit, ſcil. Judaei, *hoc habent impietatis ſignum, quod Deos eſſe non putant*, &c. Quae ſi conferantur cum *Pauſania* [6], qui itidem *Ariſtidis* coaetaneus fuit, appellante *Hebraeos* τὸς ἀπὸ τῆς Παλαισίνης [7]· manifeſtum fiet, cum grano ſalis eſſe accipiendum, quod *Tertullianus* [8] affirmat, poſt bellum nempe *Judaicum* ſub extremos *Hadriani* annos confectum, *interdictum* eſſe, *ne in confinio ipſius regionis demoretur quiſquam Judaeorum*; atque eos fuiſſe *prohibitos ingredi in terram ſuam*, ac *de longinquo eam oculis tantum videre permiſſum*. Quae S. *Hieronymus* etiam haud ſatis conſiderate arripuit, *Comment.* in Eſai. Cap. VI. & Dan. Cap. IX. quanquam ipſemet in *Chronico* ex *Euſebio* ſcribit tantum, Judaeis *introëundi Jeroſolyma licentiam ablatam*. Nec alio ſenſu intelligendus videtur ipſemet *Euſebius*, narrans *Hiſt. Eccl.* Lib. 4. c. 6. *univerſam Judaeorum Gentem in Regionem circa Hieroſolyma ſitam pedem inferre prohibitum eſſe, lege & conſtitutione Imp. Hadriani*; *adeo ut ne proſpicere quidem e longinquo patrium ſolum ipſis liceret*. Scilicet illud τὸ πατῷον ἔδαφος explicandum de *Terra circa Hieroſolymam*, quae ſuperius memoratur, tanquam Imp. *Conſtitutione* prohibita. Verum ne his diutius, quam par eſt, immoremur, ſatis fuerit, ſi inſuper *Ariſtidis Pauſaniaeque* teſtimonium confirmaverimus Chriſtiani horum temporum Scriptoris auctoritate. *Clemens* enim *Alexandrinus*, eodem circiter tempore, quo *Tertullianus*, ſcribens, nimirum poſt *Commodi* obitum [9], & cum nondum eſſet *ſenex* [10], inter praeceptores ſuos recenſet *Hebraeum in Paleſtina*; ὁ Ν,

1 Qualis erat *Atticus*, ſub quo *Symeon Cleopae* paſſus dicitur ab *Hegeſippo* apud *Euſebium*; non vero *Palaeſtinae* Legatus Conſularis, ut alias probabimus contra *Valeſium*, &c.

2 De Epochis Syr. Mac. p. 473. Edit. Lipſ.

3 *Pal. Graec.* p. 158.

4 *Galen.* Lib IV. de ſimpl. Medic. cap. 19.

5 Tom. III. p. 514. ſeq.

6 Lib. X. p. 828.

7 Quae verterem, *Hebraeos* in *Palaeſtina*, potius quam *ſupra Palaeſtinam* habitantes, ut Latinus Interp. reddit; ſiquidem ἐπὶ τῆς γῆς, v. g. ſit *in terra*; &c. Adeo ut vana prorſus videatur *Jo. Clerici* hac de re conjectura; *Bibl. Sel.* T. XI. p. 160.

8 Adverſ. Jud. c. 13. Sic & Apolog. c. 21.

9 Qui ultima die an. Ch. 192. contigit.

10 *Stromat.* Lib. I. p. 322. Edit. Oxon.

ait,

ait, ἐν Παλαιστίνῃ Ἑβραίῳ ἀνέκαθεν [1]. Quem proinde ſectari nequit, niſi poſt bellum illud *Judaïcum*; cujus tempore nondum natus *Clemens* erat; ſiquidem illud anno Ch. circiter CXXXV. confectum fuit.

9. *Ariſtide* vero *Aegyptum* luſtrante, *Rhodus* terrae motu tota fere collapſa & deleta fuit. Id Noſter patefacit in *Oratione* [2], quam aliquot poſt illud infortunium annis ad *Rhodios* miſit, ut Concordiam illis ſuaderet; & quidem cum jam ille per aliquod tempus *aegrotaret* [3]. Ibidem enim memorat, quam amice erga *Legatos* ſe tum geſſerit, quos *Rhodii* poſt tantum caſum ſuperſtites in *Aegyptum* miſerant, ut erogationes in Urbis reſtitutionem colligerent. Οτ μέν, inquit [4], οὖν τρόπον διετέθην ὅπι τῇ φερεὶ τὸ σεισμὸν συμφορᾷ· καὶ ὁποῖόν τινα ἐμαυτὸν παρέχον τοῖς πρεσβεύσασιν ὑμῶν εἰς Αἴγυπτον κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους, παρ' αὐτῶν κάλλιστ' ἂν πύθοισθε. *Quomodo quidem ad eam, quam terrae motus attulit, calamitatem affectus fuerim, & qualem* LEGATIS *veſtris in* AEGYPTUM *profectis metum praebuerim; ex ipſis optime cognoveritis.* Eorundem meminit *Legatorum* in ipſa *Oratione*, ſeu *Epiſtola*, quam *Rhodiis*, ut eos ſolaretur, ſcripſit; ubi [5] illis ſuaſurus, ut *per omnem Graeciam Legatos mitterent, qui ſingulos conſolarentur, ac deplorare* Rhodios *vetarent*, ſubjungit, καὶ τὴν φερομένην τότων πρέσβεων, καὶ αὐτόντων ἑτέρους ἕτερα, οὐδὲν ἀπιμοτέρα τῇ πόλει, κατ' ἐμὲ δόξαν, αὐτὴ ἦν πρεσβεία, &c. *Et haec Legatio, mea ſententia, non minus urbem deceret, quam obambulantes iſti Legati, & ab aliis alia petentes. Quanquam enim hoc quoque neceſſarium eſt & utile, alios alio mittere, & Graecis omnibus tanquam civibus communes imponere collationes,* εἰσφορὰς κοινὰς, — *veruntamen huc quoque geſtus ille pertineret*, &c.

10. Maximam hanc *Rhodi* calamitatem ſoli, praeter *Ariſtidem*, Hiſtorici, *Pauſanias* [6] ac *Capitolinus* [7], & paucis modo verbis, memorant, & quidem inter *adverſa* temporum *Antonini Pii*. At illam Noſter prolixe vehementerque deſcribit; atque ut tanto magis dolendus appareat caſus, plurima Urbis & Inſulae Aedificia, Templa, Ornamenta, Portus, aliaque ante notatu ibidem digna, vivis pingit coloribus. *Nunc autem*, inquit [8], *perierunt Portuum decora, cecidit Corona pulcherrima* [9], *Templa ſignis, Aras victimis deſtituuntur, Curricula ac Theatra viris: ubi terrarum, vel maris, Navalia fuerint, nemo, qui prius non cognoverit, conjecturis aſſequatur: Statuarum numerus infinitus cum lapidibus & corporum perditorum reliquiis permiſtus jacet: Ebur & Aurum, quod Arti cedebat, evanuit*, &c. Adeo ut praeternavigantes tunc *quaererent quid fuerit, & tumulum illepidum pro urbe cernerent* [10]. "Circa *meridiem* [11] primum hoc incepit malum, *cum ad eventum futurum conſiſtebat* " *Mare*, ac totus conticeſcebat Aër. Mox omnia ſimul aderant graviſſima: recedebat " Mare, Portuſque omnes evacuabantur; ejiciebantur Aedes, effringebantur Monumen- " ta, Turres decidebant in Turres, in Triremes Navalia, in Aras Templa, in Statuas " donaria, in *Viros Viri*, & in ſe mutuo omnia. — Omnia ſimul incumbebant, Ma- " ris motus, nebula, ſonitus, ejulatus, caſuum *ſtrepitus, Terrae flatus* [12] — *ſequentes* [13]

1 *Stromat.* Lib. I. p. 322. Edit. Oxon.
2 Ροδίοις περὶ ὁμονοίας, Tom. II. p. 374, — 402.
3 Tom. II. p. 374. ſeq.
4 Ibid p. 375.
5 Tom. II. 360. ſeq.
6 Lib. II. c. 7. & Lib. VIII. c. 43. p. 126, 689.
7 In Anton. Pii Vita.
8 Tom. II. p. 344.
9 Scil. *Moenium* ambitus, de quibus ſupra p. 343. *quod prae caeteris erat mirandum, nec ſatietatem ſpectantibus adferebat, Moenium erat ambitus, & interjectarum Turrium altitudo ac pulcritudo*, &c. Unde eſt quod *Pauſanias* Lib. IV. c. 31. p. 356. inter urbes, quas *Muris munitiſſimas* ipſe viderit, recenſeat *Ambryſum, Byſantium, Rhodumque.*
10 Ariſtid ibid. p. 345.
11 Hinc quod p. 351. ait; *Eratque illius prandii comeſſatio triſtis,* ὁ ᾧ κῶμος ἦν ἀγελος ἅ τότε ἀείσω.
12 Ibid. p 351.
13 Pag. 362. teſtatur *infoelicitatem,* ἀτύχημα, *uniusdiei non integrae, atque horae* fuiſſe; licet p. 357. dixerit, *incendium,* ἐμπρησμὸν, ſubſequutum eſſe terrae motum.

" *atu-*

"*autem dies ac noctes* alios, hactenus ut Spiritum reciperent, viventes ſuperſtitibus "oſtendebant ſauciatos, alios mortuos putrefactos. — Inſoliti vero *rogi*, πυραὶ, *noctes* "*dieſque ardebant, prioribus feriis menſtruis contrarii*, τῶν πρόσθεν Ιερομηνίων [1] ἀντίσφορον· "& pro aureis argenteiſque metallis effodiendis, *mortuos Urbis area per menſes aliquot* "*efferendos praebebat*, εἰς μῆνας ἐκκηδαίρειν τὸς νεμφύες [2]. Uno verbo, omnia exſcribere non eſt animus, tanta fuit clades, ut noſtro teſte, (p. 344.) *Urbs denique pro ſcopulo relicta, hactenus ſolo non exaequata ſit.*

11. Huic deſcriptioni prorſus convenit prior *Pauſaniae* locus, quem *Meurſius* [3], neſcio quare, ad antiquiſſimum terrae motum refert, quo circiter annum II. Olymp. CXXXVIII.[4] primum *Rhodus* concuſſa fuit, ac *Coloſſus* ille celeberrimus procidit. Ille enim ait; Ἔκλασε δὲ [ὁ σεισμὸς] καὶ τὴν Καρίαν, καὶ Λυκίαν τὰς πόλεις, καὶ Ροδίοις ἐσείσθη μάλιστα ἡ νῆσος· ὥστε καὶ τὸ λόγιον τετελέσθαι Σιβύλλης τὸ ἐς τὴν Ρόδον ἔδοξεν. *Afflixit vero* [terrae motus] *Cariae & Lyciae urbes, & Rhodiis maxime concuſſa eſt Inſula, ut Sibyllae vaticinatio ſit Rhodi exitio comprobata.* Jungit certe cum *Rhodo* etiam *Lyciorum* ac *Carum* Urbes alter *Pauſaniae* locus, qui diſerte de hoc terrae motu ſub *Antonino Pio* loquitur, ipſomet *Meurſio* conſitente. Nam *cum Lyciorum*, inſit, *& Carum urbes, Coon etiam & Rhodum vehemens terrae motus evertiſſet*; *eas Imp. Antoninus infinitis prope ſumptibus, & propenſiſſimo in inſtaurationem adfectu, reſtituit*: Λυκίων δὲ καὶ Καρῶν τὰς πόλεις, Κῶν τε καὶ Ρόδον ἀνέτεινε μὲν βίαιος εἰς αὐτὰς κατασκήψας σεισμός· Βασιλεὺς δὲ Αντωνῖνος καὶ ταύτας ἀνεσώσατο, δαπανημάτων τε ὑπερβολῇ, καὶ ἐς τὸν ἀνοικισμὸν προθυμίᾳ.

12. Etiamſi vero *Capitolinus* quoque inter *adverſa* temporum *Antonini Pii* aſſignet *terrae motum, quo Rhodiorum & Aſiae oppida conciderunt*; haud tamen mihi liquet, uno eodemque terrae motu ac tempore *Rhodum*, atque *Lyciae*, *Cariae*, *Aſiaeve* Civitates collapſas eſſe. Hoc certe ne ſyllaba quidem *Ariſtides* indicat, quamvis tam apte ſuo propoſito congrueret; atque alienarum calamitatum exemplo *Rhodiis* conſtantiam ſuadere nitatur. (Vid. p. 368. ſeqq.) Maxime cum & *Cariae* meminerit, cujus regione dicit *Rhodum* eſſe, p. 354.

13. Caeterum illa *Sibyllinae* vaticinationis apud *Pauſaniam* mentio mihi quidem hic in mentem aliud revocat *Oraculum*, quod de *Rhodo*, aliiſque Inſulis ac Regionibus delendis vaſtandiſve adhucdum in *Libris* [5] habetur, qui ſub *Sibyllae*, aut *Sibyllarum* nomine circumferuntur. Maxime cum noverim nonnullos jam ex iſto *Pauſaniae* loco voluiſſe antiquitatem veritatemque horumce Librorum vindicare[6]. Sed ulterius illud urgere teſtimonium, nequaquam nos hic juvaret; quippe quod adeo vagum eſt, ut nihil amplius de ipſa clade, vel de tempore ejus docere poſſit; quamvis inter eruditos omnes conſtaret, ut mihi perſuaſum eſt, *Impoſtorem* iſtum revera poſt hunc, de quo agitur, terrae motum ſuas evulgaſſe vaticinationes falſas, atque proinde aliquot ante annis, quam *Pauſanias* ſuos ederet libros. De quibus longiores nectere diſputationes locus non ſinit.

14. Hactenus nullam temporis notam habemus, qua liceat certum *Calamitatis* illius annum aſſignare. Puto tamen intra annum Ch. CLIII. ac CLIX. accidiſſe, his incitatus obſervationibus. 1°. *Ariſtides* hoc poſtremo anno CLIX. in Patria verſabatur, longuſque ejus morbus tum coepit, ante quem jam *Aegyptum* peragraverat, ubi *Rhodio-*

1 Alludit ad Sacra, quae Rhodii in Arce faciebant, *ſine igne*, ἄπυρα Ιερὰ inde dicta; vid. *Philoſtr.* Imag. II. n. 27. p. 852. *Meurſ.* Rhod. p. 48. ſeq. qui hunc locum haud obſervavit.

2 *Ariſt.* ibid. p. 353.

3 Lib. II. de Rhodo c. 24. p. 110.

4 Sic Chron. Alexand. at ex *Polybio* ad an. IV. Ol. CXXXVII. potius ſpectat.

5 Vid. Lib. III. IV. & VIII.

6 Conſule *Blondel* de Sibyll. L. I. c. 17. ubi tamen illud confutans perperam afferit, priorem *Pauſaniae* locum ſpectare terrae motum, qui duobus ante ſaeculis ſub Auguſti Principatu contigerat; qualem nullus Scriptor antiquus memorat, nec indicat *Antiphili* Epigramma. Vid. *Salmaſ.* Not. in Tertul. de Pallio, p. 102.

rum

rum cladem audivit. 2°. Noſter vix videtur ante annum *aetatis* XXV, anno Ch. CLIII. inchoatum, id genus peregrinationem ſuſcepiſſe, atque litteras illas ad *Rhodios* conſolatorias tam elaboratas ſcripſiſſe. 3°. *Rhodi* reſtitutio *Antonini Pii* ſumptibus facta aliquot annos requirit ante an. Ch. CLXI. quo ineunte hicce Imperator obiit.

15. Adde praeterea, quod *Ariſtides* jam ante terrae motum *Rhodi* moratus ſit, *Exercitationibus* ibidem vacans, atque idcirco *Adoleſcentiam* ſaltem tum ingreſſus. Etenim in illa Oratione *Rhodiaca* haec habet; (p. 367.) Εἰσὶ δὲ καὶ εἰκόνες λοιπαί πνες ἐν πίναξι, καὶ τῶν χαλκῶν ἔργων ὅσον δεῖγμα, καὶ τὸ μέγα ἄγαλμα, καὶ τὸ ΗΜΕΤΕΡΟΝ τετὶ ΧΩΡΙΟΝ, ἐν ᾧ πολλὰ δὴ πολλάκις μεθ' ὑμῶν ἠγωνισάμεθα. *Superſunt etiam aliquot in Tabulis Imagines, & aeneorum operum quaſi veſtigium quoddam, ingenſque illa ſtatua,* [Coloſſus] *atque* NOSTER *ille* CAMPUS, *in quo multum plurieſque decertavimus.* Sic & in altera ad eoſdem *Rhodios* Oratione de Concordia; (p. 401.) ὑμῖν δὲ, ait, οὐδαμόθεν προσήκει τὸ νόσημα· ὃς ΗΜΕΙΣ, καὶ ὅτε ἦμεν ΠΑΡ' ΥΜΩΝ, τότε ἐρῶμεν, καὶ ταῖς Εκκλησίαις ὐ μόνον μιᾷ φωνῇ χρωμένοις, ἀλλ' εἰ οἷον τ' εἰπεῖν, καὶ ἑνὶ ῥήματι ὡς τοπολύ· ὀρθῶς γὰ, καὶ στεφάνοι, καὶ τοιαῦθ' ὑμῖν ἥκει, καὶ τοιοῦτον τῷ Δημηγορῶντ@ ἀνειπεῖν ἐνίοτε, γάννυσθαι δὲ ἦν ὁρῶντα, καὶ ἀντὶ τ χειροτονίας, τῇ νεύματι τ κεφαλῆς χρωμένοις. *Vos vero nequaquam decet iſte morbus* [diſcordia] *quos etiam* NOS, *cum* VOBISCUM *eramus, in Concionibus non una tantum Lingua, ſed & voce plerunque, ſi dicere licet, eadem uti* VIDEBAMUS, (*nam* recte, Coronæ, *ac ſimilia, vel etiam nomen Concionantis elatum vobis ſufficiebat*) *& loco manus extendendae, capitis uſurpare nutum,* &c. Nec mirum ſi Noſter ſtudiorum cauſa *Rhodum* petierit, cum jamdudum quaſi ſcientiarum Emporium foret. Ibidem ſane plurimi ex Romanis principibus viris operam litteris Graecis, Rhetoricae, Eloquentiaeve, Philoſophiaeque dederant: Julius Cæſar, Pompeius, Cicero, Brutus, Caſſius, &c. de quibus Auctorum loca habes apud Cl. *Meurſium*[1] collecta, ſicut & de celebri Schola, quam *Aeſchines* exul primum aperuit, & poſt mortem reliquit, *Rhodiacam* nomine. *Sophiſtae* quoque illic artem ſuam profitebantur, illoſque omnes *Pompeius* Rhodi degens audivit, ac ſingulis talentum dedit, teſte *Plutarcho* in ejus vita. De quorum *diſputationibus*[2] atque *Certaminibus*, ut paſſim Noſter appellat, intelligendus videtur prior ejus locus, ſupra prolatus; ubi ἡμέτερον χωρίον laudat, in quo *ſaepius decertaverit.* Niſi placeat de *Gymnicis* certaminibus intelligere; cum & *Gymnaſium*, vel etiam *Gymnaſia*[3] Rhodii habuerint; atque in id genus locis fuerint *Agones*, non modo *Gymnici*[4], ſed & *Poetici*, *Rhetorici*, *Muſici*, &c. Hanc tamen Amici cujuſdam interpretationem impugnant plurima, quae proſequi non eſt operae pretium.

16. Supereſt ut hic obſervemus, *Ariſtidem* etiam in CON, nobiliſſimam, ut *Plinius*, Lib. V. c. 31. vocat, *Aſiae* Inſulam navigaſſe; prout ipſemet indicat in poſtrema Tom. III. *Oratione*, quam poſt *peſtem* (vid. p. 717.) exaravit, atque proinde poſt annum Ch. CLXXII. uti poſtea declarabimus. Jungit eodem loco CNIDUM, cujus major pars in *Cariae* Continenti, altera in Inſula praejacente ſita fuit[5]. En *Ariſtidis* verba, pag. 727. *Sed graves timeo adverſarios. Quos? Iſtos, qui oleo peruncti cum palma obambulant, nec ad Oratores audiendos quenquam convocant*; ὥσπερ ΕΓΩ καὶ σὲ καὶ ταυτηνὶ τὴν Μεροπίδα, καὶ ἐν ΚΝΙΔΩ ΠΟΤΕ εἶδον ἐπ' ἐμαυτῆ γιγνόμενον· *quemadmodum OLIM vidi in iſta CO Meropide, & CNIDI*[6] *factum.* Quae Recentiores Geographiam per-

1 *Rhod.* Lib. I. c. 11.

2 Quas & Grammatici habebant, unde *Sueton.* in Tib. c. 32. *Diogenes Grammaticus diſputare Sabbatis Rhodi ſolebat*, &c.

3 *Sueton.* de Tiberio narrat, c. 11. quod Rhodi *ſine lictore, aut viatore, Gymnaſia obambularet.*

4 Curriculum, ſeu Stadium non ſecus ac *Theatra*, *Rhodi* quoque fuiſſe, docet Noſter p.344. T. II. Κενοὶ δὲ δρόμοι καὶ θέατρα ἀνδρῶν, *vacua autem viris Curricula & Theatra.* vid. & p. 366. fin. ubi *Theatrum* dicit ſupereſſe.

5 Pauſan. Eliac. I. c. 24.

6 Noſter T. I. p. 78. eam vocat τὴν τῆς Αφροδίτης ἱερόν· ubi *Canterus* male reddit, *Inſulam Veneri ſacram.*

tractantes antiquam proferre potuiſſent, probaturi CON cognominatam MEROPIDEM fuiſſe, quomodo & Orat. in *Aſclepiadas* vocat, Tom. I. p. 77. De *Cnido* librum[1] ſcripſerat *Ariſtides* quidam, ex quo nonnulla de *Coronide* profert *Pindari* Scholiaſtes ad Pythionic. III. An vero Noſter ſit intelligendus, non liquet; quanquam & ipſe Carmen ſcripſerit de *Coronidis* nuptiis cum *Apolline*, & exinde nato *Aeſculapio*, Μέλη, Γάμον τε Κορωνίδος, καὶ Γένεσιν τοῦ Θεοῦ, Tom. I. p. 509. Nec etiam compertum eſt, quo tempore Noſter *Con* & *Cnidum* adierit, antene, vel poſt morbum.

17. Ad *Aegyptiacam* vero Peregrinationem referenda foret *Ariſtidis Oratio* in *Sarapidem*[2]; ſi conſtaret, quod Cl. *Fabricius*[3] aſſerit, *ſcriptam* fuiſſe *in Serapidis Feſto Alexandriae celebrato*. At nuſquam hoc Noſter vel vocula indicat; licet *Serapidem* alloquens, (p. 100.) ſcribat, eum *pulcherrimam omnium urbem incolere, quae ipſi ſingulis annis feſtum*[4] *celebrat*, ἣν σοι πρὸ δ' ἔτους πανήγυριν πλησῖ. Quin etiam tum magno ſuo laboraſſe *morbo* ſignificare videtur, illis, quibus abſolvitur Oratio, verbis, Serapidem *de futuris ſupplicans, ut ea jucundiora & meliora, quam nunc ſunt, contingant*, περὶ τῶν μελλόντων, ἥδίω καὶ βελτίω τῶν παόντων γένεσθαι. Unde colligimus, eandem ad aliud tempus eſſe referendam, quod tamen ignoramus.

§. VII. *Morbus, quo* Ariſtides *per XIII. annos laboravit, variaque hoc interim ſpatio deſcribuntur ordine Chronologico.*

ANNO {
Urbis R. DCCCCXII. Var.
Aer. Vulg. CLIX.
Aetat. Ariſt. XXX, XXXI.
Antonini Pii Imp. XXI, XXII.

COSS. Plautio Quintillo, & M. Statio Priſco.

1. Jam partem vitae *Ariſtidis*, Characteribus Chronologicis multo certiorem, aggredimur, quam utique per temporis ſpeciem tractare, ac veris annis aſſignare licet. Quod ut facilius fiat, primum res ipſas apud Noſtrum deſcriptas, vel etiam indicatas, ordinabimus juxta ſeriem, quae nobis recta, omnibus rite perpenſis, viſa fuit, interea temporis ſigna, ubi fuerint obviam, adnotantes; dein in unum omnia componemus argumenta, ut hoc pacto rationes, quibus nitimur, Chronologicae poſſint uno quaſi conſpectu ſeſe viris Eruditis approbare.

2. *Ariſtidi* primum coepit *Corpus* flacceſcere, languereve, πρῶτον ὑπεώλισθε, cum *hieme*, χειμῶνος ὥρᾳ, ad *Aeſepum*[5] verſaretur, *Myſiae* fluvium, ejuſque *Thermas*, haud longe a *Poemaneno* urbe, atque a *Jovis Olympii* Templo, ſeu Patrio Noſtri ſolo, circiter *Centum & Sexaginta* Stadiis, ut ſupra[6] monſtravimus. Pejus autem ſe habuit, quod poſt lotiones multas rigatus larga pluvia fuerit, cum *Veſperi* rediret in Patriam, villamque vicinam: ἑσπέρας ἤδη πρὸς τὸ χωρίον, καὶ τῷ ἑπαυλίῳ ἀπηλαύνοντι τῷ ἐμαυτοῦ πλησίον ὄντι. (Tom. I. p. 568. ſeq.)

3. "Quanquam, pergit Noſter, eo tempore plus ſatis habebam ex *reditu* incommo-
"di; acceſſit tamen *paucis poſt diebus* iter *Italicum* difficile, ἡ εἰς Ἰταλίαν δυσχερὴς ἔξοδος
"ὀλίγαις ὕστερον ἡμέραις. Idem ſemel atque iterum alibi repetit. *Hieme*, (ait p. 536.) *media*

1 Περὶ Κνίδου σύγγραμμα.
2 Tom. I. p. 84. ſeqq.
3 Bibl. Gr. Lib. IV. c. 30. p. 378.
4 Pag. 567. vocat τὰς ἱερὰς ἡμέρας, ἃς ἡ πόλις ἡ τῶν Ἀλεξανδρέων ποιεῖ τῷ Θεῷ. SARAPIA ſcil. Alexandrini celebrant die menſis *Pharmuthi* XXX; *Romani* April. XXV. qui cum illo, in anno fixo, congruebat.
5 *Adrianos praeter fluentem*, ait Cl. *Olearius* ad Philoſtr. Soph. p. 581. n. 6. ſine tamen teſte.
6 Sect. III. n. 6.

Ro-

Romam proficiſcebar, ἐξῆλθον εἰς Ῥώμλω χειμῶνος μεσοῦντος· *& quamvis jam* Domi aegrotarem, κάμνων οἴκοθεν, *ex aqua & frigore; neglexi tamen, exercitio corporis, & bonae fortunae confiſus,* τῇ τύχῃ πάντα ἀγαθῇ πίστις. Ita & pag. 513. dixerat, ſe in *Italiam* Domo, *cum jam aeger eſſet, diſceſſiſſe:* ἔτι κάμνων ἐξελθὼν οἴκοθεν.

4. Ex quibus locis facile deducitur, *Ariſtidem* aegrotare coepiſſe ſub anni Romani Julianive exitum, *hieme*que jam inchoata. Haec ſane anni *tempeſtas* medio circiter *Novembri* ſumebat initium, apud Romanos & Aſianos Proconſulares, qui illorum anni Solaris formam tum uſurpabant, licet ejus principium a die XXIV. Septembris Juliani auſpicarentur, ut alibi demonſtro. Satis ad dictorum confirmationem ſit adnotaſſe, *Galenum* Noſtri coaevum, toties a viris doctis citatum [1], ita limites *Autumni* praeſcripſiſſe [2], inter nempe *Arcturi* ortum, (quem XII. ante Aequinoctium Autumnale diebus fieri aſſerit) atque *Pleiadum* occaſum, *quinquaginta* poſt idem Aequinoctium *diebus*; ut pateat HIEMEM pro ejus, ſuorumque Aſianorum, rationibus incepiſſe cum *Pleiadum* occaſu, die circiter *Novembris* Juliani XII. Quod non male congruit cum *Hipparcho & Eudoxo*, Aſtronomis antiquioribus celeberrimis, qui ad XI. vel XIV. ejuſdem *Novemb.* initium hyemis aſſignabant. Sic & *Plinius*, juxta ſui temporis morem, ac *Jul. Caeſaris* calculos, variis in locis [3], *hiemem* ſcribit inire a *Vergiliarum* Pleiadumve *occaſu*; *quod tempus*, (ait Lib. II. c. 47.) *in III. Idus* [4] *Novembris incidere conſuevit.* Aliis Auctoribus parcimus. At prior *Ariſtidis* locus non eſt abſque nova animadverſione praetereundus. Ibi enim de *ſpectro*, quod ipſi *decimo morbi anno* jam inchoato viſum, addit id apparuiſſe, cum eſſet *hiems*, *paulo poſt Solſtitium*, χειμὼν δ' ἦν, ὀλίγον μετὰ τροπάς, pag. 568. Igitur cum Noſter diſertis referat verbis, ſe in *Italiam* iter ſuſcepiſſe *media hieme*, hoc eſt, ſummum circa Brumale Solſtitium, poſtquam *paucis* ante *diebus* ex *Aeſepi* Thermis *AEGER* redierat; inde neceſſe fit, ut principium longi iſtius morbi ad exitum anni Romani atque medium ſaltem *Decembrem*, firmum ratumque maneat. Quanquam nihil noſtris computationibus officeret, ſi quis pertinaciter idem ad anni ſequentis initium alligaret.

ANNO {
Urb. R. DCCCCXIII.
Aer. Vulg. CLX.
Aetat. Ariſt. XXXI, XXXII. Morbi I.
Anton. Pii XXII, XXIII.

COSS. App. Annio Atilio Bradua, & T. Clodio Vibio Varo [5].

1. "Cum *Ariſtides*, Domo in Italiam profecturus, ad *Helleſpontum* veniſſet, magno
"pere doluit auris, nec etiam nimis bene valebat. Sed paulum refectus, ultra proceſſit;
"ſecutae ſunt pluviae, glacies, venti omnis generis: *Hebrus* [*in Thracia* fluvius] re-
"cens conciſus, ut navigari poſſet, alioqui totus concretus: Campi ſtagnantes: Cau-
"ponarum difficultas: denique feſtinatio & curſus, praeter anni tempus ac corporis vi-

1 Vid. prae aliis *Uſſerii* immortalis viri Diſſ. de *Maced.* & Aſian. an. ſol. c. I. p. m. 8. ſeq. Emin. *Noriſ.* de Epoch. Syro-Mac. p. 28. Adde & noſtr. *Plinii* jun. Vit. p. 28. ſeq.

2 Comment. ad Hippoc. Lib. Epid. I.

3 *Hiſt. Nat.* Lib. II. c. 47. Lib. XVIII. c. 25, 29, 30, 31. ſic & *Vegeti.* Lib. IV. c. 39.

4 Id eſt XI. *Novemb.* in quo cum *Hipparchi* rationibus convenit.

5 Hi Coſſ. tot nominibus habentur in lapide nuper *Lugduni* effoſſo. (vid. *Memoir. de Litter.* Tom. IV. p. 111. ſeqq.) Unde non modo vulg. Faſti Conſulares ſupplentur, ſed & nodi ſolvuntur, quibus vir maximus *Salmaſius*, aliique involvebantur in ſuis diſceptationibus de *Regilla*, Herodis Attici uxore, atque ejus fratre *Bradua Coſ.* (*Philoſt.* L. II. p. 555.) Nunc certo novimus, illam eſſe *Anniam Regillam*, (ex Inſ. Gr. & Lat. in P. *de Montfaucon* Diario Italic. p. 125.) atque fratrem ejus *Atilii* etiam nomen tuliſſe, ſicque ex familia fuiſſe *Atilia*, cui cognomen fuit *Regulus*. Plurium hac de re hallucinationes retegere non eſt hic locus.

 "res,

"res, ita ut *Nuncii Militum*, τὰς ἀγγελίας κομίζοντες τῶν στρατιωτῶν, eum praeterirent; & "famuli plerique lente procederent. His difficultatibus *crevit morbus*, ac dentium cau- "sa in summo versabatur discrimine, cibo omni, praeterquam lacte abstinens: tumque "*anhelitum* circa pectus primum sensit, validaeque eum corripuerunt *febres*, aliaque in- "finita, cum decumberet *EDESSAE*[1] *ad Cataractam*; ut vix tandem *centesima post* "*die, quam Domo discesserat*, ROMAM ingressus sit, καὶ μόλις ἡμέρᾳ ἑκατοστῇ[2], ὕστερον ἢ "ἐκινήθην οἴκοθεν, ἐν Ρώμῃ γίγνομαι. (p. 537. seq.) Unde est, quod alio loco (p. 513.) dicat, *multas ac varias res corpori* tum conciliasse, πολλὰ μὲν παντοῖα συνειληκὼς τῷ σώματι *per molestias atque tempestates, cum quibus per Thraciam & Macedoniam transeundo conflictus semper erat.*

2. Ita Noster vix ante mensem *Aprilem* hujus anni *Romam* petere potuit. "Mox "autem, μὲν μετ' ὀ πολὺ, intumuerunt intestina, refrixerunt *nervi*, horrore per totum cor- "pus permanente, intercluso que spiritu. Accesserunt & *febres*, omniaque fuerunt in- "certa, nec ulla spes extitit salutis. Medici denique à pectore exorsi ad vesicam usque "omnia consciderunt ——*Intestinorum* praeterea tanquam frigus & extensionem sensit, "adjuncta quoque *respirandi difficultate*. Ita fiebat ut consilii inops esset, cum & ci- "bum sumenti & *loquenti* ea interveniret, non sine *suffocationis* metu. Jam reliqui "corporis imbecillitas hisce respondebat. Quoniam autem *Pharmaca* quaevis frustra "darentur, *visum est Domum revehi, si fieri posset*, ἐδόκει δὴ χρῆναι κομίζεσθαι οἴκαδε, &c. p. 558. seq.

3. ALEXANDER Grammaticus, *Aristidis* olim ex primis Praeceptor, uti supra vidimus, tunc temporis *Romae* degens, & quidem in *Aula Regia*[3], multum in *morbo* Nostrum juvit; *ut nihil eorum, quae ad salutem ejus facerent, omiserit, atque ut salvus domum rediret, maxime post Deos in causa fuerit*; καὶ τῶν γε εἰς τὴν οἰκίαν σωθῆναι μετὰ τοὺς Θεοὺς αὐτὸς αἰτιώτατος κατέστη.

4. Ad hoc quoque tempus affigendum esse putamus, primum *Aristidis* Carmen in *Apollinis* laudem *Romae* compositum, ipsomet teste, Tom. I. p. 582. Ibi enim ad *Aesculapium* omnia referens accepta, narrat, & ab eo fuisse inductum, ut *Cantica* conscriberet. Ἀρχὴ μὲν, pergit, ἦν τις ἐγίγνετο ἐν Ρώμῃ ἐξ Ἀπόλλωνος, &c. *Principium quidem factum Romae ab Apolline*; *cum per insomnium* audivissem, *PAEANEM*[4] *esse Deo canendum*. "Equidem, ait, consilii fuit incertus, *qui nondum* tale quid aggressus erat. Cum ta- "men tentasset, ad *duas strophas* Canticum deduxit, adjunxitque *tertiam*, quam *Epo-* "*dum* Grammatici vocant; ἐπέρανα τὸ Ἆσμα ἐν δυοῖν στροφαῖν, μὴ τείτην οἶμαί τινα ἐπάγαγον, ἣν καλοῦσιν οἱ Γραμματικοὶ, μοὶ δοκεῖν, Ἐπῳδήν. *Cum autem jam absolvisset, nunciatur ipsi Apollinis esse ferias, Apollonia, quibus Circenses Deo Romani celebrant*: καὶ ἅμα τε ἀπείργαστο τὸ ᾆσμα, ἀγγέλλει μοί τις, ἑορτὴ Ἀπόλλωνος ἦν, Ἀπολλώνια, ἐν ᾗ δὴ ἱπποδρομίαν Ρωμαῖοι ποιοῦσι τῷ Θεῷ. Quibus *manifeste Ludi Apollinares* designantur; qui licet à III. vel PRID. NON. JUL. ad diem III. vel PRID. IDUS ejusdem mensis *Julii*, per dies *octo*, vel *novem*[5] agerentur; uno tamen die solum, & quidem postremo *Circenses*, seu Equestres

1 In vulg. Codd. legitur, Δίοσῃ; quae prava lectio complures viros doctos in errorem induxerat; ut fuse jamdudum docuit Cl. *Spanhemius*, Ἐδέσσῃ merito reponens, atque simul ostendens ad hanc *Macedoniae* urbem fuisse etiam *Cataractem*, &c. vid. Tom. I. de Praest. Num. p. 126. seq. Edit. Lond.

2 *Canterus* male reddidit Latine *vigesima die*, quasi in Gr. esset, εἰκοστῇ, prout idem Cl. vir praenotavit, loc. cit. p. 126.

3 Ut indicare videtur T. I. p. 148, 154, 155.

4 Παιᾶνα bis appellat, nomine scil. hac in re sacro, quo proprie *Hymni* ad Apollinem Παιᾶνες dicebantur, &c.

5 Scil. variant Scriptores & Kalendaria, prout observare volui in Nota marg. p. 80. *Horatii vitae*, ac *Plinii vitae* p. 66. Contentus in ipso contextu ex *Cicerone*, qui mediam quasi viam tenet, dixisse, hosce *Ludos a Non. Jul. ad IV. Idus* celebratos esse. Hoc postea Cl. *Spanhemius*, quem prae aliis veneror, censoria virgula animadvertere dignatus est, quanquam amice admodum, neglecta tamen Nota mea, quae si lecta fuisset, censuram certe praeripuisset; vid.

dabantur, uti vel ipsa Kalendaria vetusta docent, cum ad istum diem Ludorum ultimum LUDI IN CIRC. signant. Hoc ipsum & ex *Dione*[1] patet, qui eosdem Ludos Ἀπολλώνια, vel Ἀπελλωνεῖα appellans, sic & Ἱπποδρομίαν nominat *Circenses*, vel *Equestres* Ludos ultimi diei. Eodem vero sensu istum *Aristidis* locum intelligit, & illustrat vir immortalitate dignus *Ezech. Spanhemius*, Tom. II. de Praest. Numis. p. 131.

5. Igitur ex praedictis existimare fas est, *Aristidem* Romae ad *Julium* saltem medium degisse. An porro & tunc temporis *Orationem*[2] εἰς Ῥώμην, qua Urbem Imperiumque Romanum disertissime laudat, dixerit, nolim prorsus autumare, propter tristissimam morbi, quo ibidem laborabat, descriptionem superius relatam. Attamen id omnino verisimile, fateor, mihi fit, aut saltem eam ab ipso ante profectionem, ne in itinere, pro more, dicam, fuisse excogitatam paratamque, ut *Romae* diceretur; atque postea expolitam ac ornatam, necnon editam esse, quasi reapse fuisset in Urbe & publice dicta. Profecto haud obscure ab initio testatur, hancce *Orationem ex voto* factam, si ab itinere incolumis evasisset, his verbis: Ἔδος τοῖς πλέουσι καὶ ὁδοιποροῦσιν[3] εὐχὰς ποιεῖσθαι, καθ' ὃν ἂν ἕκαστος ὄπτηται· — ἡμεῖς δὲ οὐδὲ τὴν ὁδὸν ἀφ' ἑνταῦθα καὶ τὸν πλοῦν, τοιαύτην ἐποιησάμεθα, &c. *Solent plerique, terra vel mari iter facientes, quodcunque visum fuerit, vovere. — Nos autem nec inelegans aut absurdum, nec ab ARTE NOSTRA remotum, in hoc itinere terrestri ac navigando VOTUM concepimus palam laudandae URBIS, si incolumes evasissemus*, εἰ σωθεῖμεν, &c.

6. Deinde Imperatorem tum regnantem sic laudat, ut de solo *Antonino Pio* sit evidenter intelligendus. Ὁ γὲ μὴν νῦν Ἄρχων μέγας, οἷον Ἀγωνιστὴς καθαρὸς, τοσοῦτον ὑπεραίρει τοὺς πρὸ αὐτοῦ καὶ τὸν πατέρα, ὅσον, ἁπλῶς εἰπεῖν ῥᾴδιον, ἕτερος αὐτοὺς ὑπεραίρει. *Qui nunc autem summus est Princeps, tanto intervallo priores & Patrem, tanquam Pugil eximius, superat, quanto, quod vix dici possit, reliquos.* Quin, ut subjungit, Imperator *filios habebat imperii participes, sibi similes, majore numero, quam antecessorum quisquam*; ὅτι τοὺς τοῦ Ἄρχοντος κοινωνοὺς ὡς οἰκείους ἔχει παῖδας, ὁμοίους ἑαυτῷ, πλείους ἢ τῶν πρὸ αὐτοῦ πάντων. (pag. 398. seq.) Sic & Orationem absolvit prece, ut Imperium & Urbs floreat, *una cum Imperatore summo, ejusque liberis*, Ἄρχοντα τὸν μέγαν, καὶ παῖδας τούτου. Igitur, 1°. tunc unus soluisque regnabat Imperator[4]; qui 2°. tamen *filios* haberet *Imperii* quodam modo *participes*; quales fuere *M. Aurelius* ac *L. Verus*, quos *Antoninus Pius* jam adoptaverat, cum ipse ab *Hadriano* adoptaretur. Imo & *M. Aurelio* Caesaris Dignitatem, ceu Successori, dederat, dein etiam TRIBUNITIAE POTESTATIS fecerat consortem, anno Christi CXLVII. *Verus* quidem dignitatibus illis nunquam regnante *Antonino Pio* decoratus fuit; at bis *Consul*[5] fuit, sicque summi in Urbe Magistratus particeps. Praeterea ut verum palpans *Rhetor*, de duobus verba faciens, dicat, satis est si alterutri convenit encomium. Ut ut sit, constat *M. Aurelium* nunquam plures habuisse filios simul cum ipso *Imperii Consortes*. Talis solum dici potuit *Commodus* ab anno Chr. CLXXV. ad CLXXVII. quo *Augustus* creatus revera cum Patre regnavit. Isti autem biennio adscribi nequit *Oratio*, ut quae scripta dum pax ubique floreret. (p. 378, 393.) Adde 3°. quod nec eo tempore, seu post Aristidis morbum, *M. Aurelius* plures simul habuerit *liberos*, quam ullus majorum; quod recte de *Antonino Pio* affirmari potuit, maxime hisce, de quibus nunc agimus, temporibus. Ipsi enim tunc superstites erant, filia altera *Fau-*

vid. Tom. II. de Praestant. Numis. pag. 122. Edit. Lond.

1 Hist. Lib. XLIII. p. 238. & Lib. XLVIII. p. 368, 377.

2 Tom I. pag. 344. seqq.

3 Jam recte eruditiss. *Lambertus Bos* observavit distinctionem inter τὸ πλεῖν & ὁδοιπορεῖν· ita ut prius de *navigatione*, posterius de *itinere terrestri* dicatur; sicque ὁδὸς & πλοῦς distinguatur. Quod & ex aliis Scriptoribus confirmat; *Animadversi.* ad Scriptores Graec. Cap. XVII. p. 73.

4 Quod docet aliis locis, ut p. 361, 373, 388. 389.

5 Anno Chr. 154. primum, & secundum an. 161. quo *Pius* obiit.

stina,

ſtina, ac praedicti adoptione filii[1] *M. Aurelius*, & qui poſt *L. Verus* vocabatur, atque nepotes ex filia natu maxima, *Lamiae Silano* nupta, uti & ex *Fauſtina* M. Aurelii conjuge. Unde eſt, quod & in Monumentis publicis ejus LIBERI numero plurali memorentur, ut V. G. in illo Lapide *Lugdunenſi*, ex quo nomina Conſulum hujus, in quo verſamur, anni ſumpſimus; in quo TAUROBOLIUM ſignatur factum PRO SALUTE IMPERATORIS CAES. T. AELII HADRIANI ANTONINI AUG. PII P. P. LIBERORUMQUE EJUS. At 4°. rem omnino conficit, temporaque *Antonini Pii* poſtrema digito monſtrat *Ariſtides* p. 378. his verbis: *Bella vero nunquam creduntur extitiſſe, ac pro fabulis habentur a pleriſque: ſin alicubi ad limites inter ſe conflixerint, ut in magno ac immenſo Imperio facile fit, ob GETARUM inſaniam, vel AFRORUM infortunium, vel RUBRI maris accolarum infoelicitatem, qui commodis ſuis uti nequiverint, mox iſta tanquam fabulae cum omni eorum memoria evanuerunt; tanta PAX apud vos viget.* Ubi vides, 1°. non modo *Pacem* ubique in Imperio vigentem, atque jam a pluribus annis, ut praeterita bella vix credantur; ſed & 2°. ſola fere memorari bella, quae Hiſtorici narrant, per *Antonini Pii* Legatos compoſita. *Pauſanias*[2] certe de hoc Imp. ſcribit, *nullius omnino belli gerendi Romanis voluntarium autorem fuiſſe; ſed MAUROS LIBYUM, cum priores bellum moviſſent, finibus pulſos ſuis, in ultimas Africae ſolitudines ad Atlantem montem expuliſſe.* Sic Capitolinus in ejus vita tradit, eum, per *Legatos* ſcilicet, *MAUROS ad pacem poſtulandam coegiſſe; & Germanos & DACOS contudiſſe; in Achaia*[3] *etiam atque AEGYPTO rebelliones repreſſiſſe; ALANOS, molientes ſaepe, refraenaviſſe.* Itaque neceſſe non eſt ulterius obſervare, tot tantaque bella per totum *M. Aurelii* imperium continuo ſaeviſſe, ut vix uno alterove anno *pax* fuerit.

7. Hinc etiam, ſicut & aliis rationibus, moveor, ut ad haec extrema *Antonini Pii* tempora referam *Ariſtidis* Orationem εἰς Βασιλέα, in *Imperatoris* Laudem, die quodam *Feſto Sacroque*, ἐν Ἑορτῇ καὶ ἐν Ἰσοψηφίᾳ[4], ubi gentium neſcio, habitam. Quamvis enim *Canterus* in ejus argumento affirmet, *M. Aur. Antoninum Philoſophum laudari*, hocque alii docti viri[5] lubenter arripuerint; pleraeque tamen laudes, quibus Noſter ibidem Imperatorem exornat, ſpecialiter, ne dicam ſoli, *Antonino Pio* congruunt. Sic, ut primum a bellis & pace incipiam, Noſter (p. 117 — 119.) Imperatoris *prudentiam* in rebus bellicis extollit; quod *temerarios* homines, qui cenſerent victoriam eſſe *pugna*, non conſilio comparandam, minime ſit ſequutus; exiſtimans potius, *contra Barbaros conſilio utendum*, ac *conſilii praeſtantia ſecuritatem ab illis comparandam.* Nec *tamen hoſtes eum in pugnis armiſve contempſiſſe; cum illis demonſtraverit, ſe non prudentia tantum & aliis diſciplinis,* ὃ μόνον σωφρόσει, καὶ τῇ ἄλλῃ παιδείᾳ, ἀλλὰ καὶ ἀνδρίᾳ, κρατεῖν αὐτῶν δυνάμενος, *ſed etiam fortitudine ipſorum potiri poſſe.* Ὅπου γὰρ Κελτοὶ, κ. τ. λ. *Etenim Celtae*, [Germani] *maximi omnium homines & crudeliſſimi, qui ante multa variaque tentaverunt,* πολλὰ δὴ καὶ παντοῖα τολμήσαντες, *nunc venerantur Imperatorem,* τὸν Δεσπότην· *conſcii bello quietem praeſtare & obedientiam. Quaecunque etiam ultra Euphratem & Tigridem gentes Orientem incolentes, quae motus fecerant, in ordinem ſunt redactae, & praeſtantioribus parere didicerunt.* An, quaeſo, Rhetor tam frigide de bello *Parthico* locutus eſſet? Quod nempe per ſexennium ita ſaeviit, ut *Vologeſes* cum ingenti exercitu *Syriam, Cappadociam,*

1 Unde ſemper in Monumentis *Antonini Aug. Pii filii* appellantur.

2 In Arcadic. Lib. VIII. p. 689.

3 Haec vox, fateor, mihi eſt omnino ſuſpecta, legeremque potius *Arabia*; ſiquidem *Aegyptus* ſubjungitur, ac *Ariſtides* de accolis *Rubri* maris ut rebellibus loquitur: praeterquam quod veriſimile nequaquam ſit, *Achaiam* hoc aevo voluiſſe, aut etiam potuiſſe rebellare.

4 Tom. I. p. 101.

5 Cl. *Fabricius* Bibl. Gr. Lib. IV. c. 30. p. 378. *Tillemontius* Hiſt. Impp. Tom. II. P. II. p. 608, &c.

aliaſ-

aliaſque Imperii Romani Provincias, & *Armeniam* ſocium ejus Regnum depopulatus fuerit, ac copias Romanas deleverit, occiſis earum ducibus; praeter alia id genus facinora. Idem obſervandum de Bello, quod cum tot *Germaniae* Populis per maximam regni partem *M. Aurelius* geſſit, & quo tot centena hominum millia perierunt; ut vix uno Germani quieverint anno. Quin etiam in *Xiphilini* ex *Dione* excerptis legimus, M. Aurelium *Barbaris, qui circa Iſtrum erant, Jazygibus & Marcomannis, nunc his, nunc illis continenter, quamdiu vixit, bella intuliſſe, &c.* Parum proinde ejus Principatui *pax* illa perfecta & univerſalis convenit, quam *Ariſtides* in proxime ſequentibus deſcribit. *Omnis*, inquit, (p. 119.) *Continens PACEM agit, terra vero mareque Dominum* περιστέφω *coronant, Graeci quoque cum Barbaris concordant. —— Nunc omnes impune poſſunt quovis proficiſci, omneſque ubique Portus operoſi,* ἐνεργοὶ, *ſunt; nec minus tuti ſunt viatoribus montes, atque Civibus Urbes; omnes quoque agri venuſtate pleni ſunt, omni undique metu ſublato* &c. Haec ad amuſſim illis reſpondent, quae ſuperiori n°. 6. de pacifico rerum ſtatu, *Antonino Pio* regnante, diximus. Is pauca, quae contra *Dacos* & *Germanos* geſſit, bella ſtatim, & ut videtur ſub Imperii principium, compoſuit; atque motus in Oriente citos prudentia litteriſque modo ſuis facile ſedavit. *Capitolino* enim teſte, *Dacorum Regem Lazis dedit*; *Parthorum Regem ab Armeniorum expugnatione SOLIS LITTERIS repulit*; *Abgarum Regem ex Orientis partibus SOLA AUCTORITATE deduxit*; atque *tantum auctoritatis apud exteras gentes nemo habuit, cum ſemper amaverit PACEM*; *eo uſque*, ut cum Scipione diceret, *malle ſe unum Civem ſervare, quam mille hoſtes occidere.* Imo & ex ejus Nummis palam eſt, *Regem ARMENIIS*, uti & in Germania QUADIS ab ipſo datum eſſe.

Deinde penitus *Antonino Pio* quadrant, quae Noſter de Imperatoris ad Regnum electione profert: (pag. 103. ſeqq.) ut qui priuſquam regnum *capeſſeret, regno dignus fuerit*; atque id acceperit, *cum nihil ipſe nec promiſiſſet, nec poſtulaſſet, omnibus ipſum obſecrantibus & ad regnum capeſſendum adhortantibus.* His paria ſunt, quae de *Antonino Pio* tradunt *Capitolinus*, & ex *Dione Xiphilinus*. Etenim, ut ille habet, *cum eum Hadrianus adoptare ſe velle publicaſſet, acceptum eſt ſpatium deliberandi, utrum arrogari vellet.* Alter vero *Hadrianum* introducit in ejus adoptione dicentem, quod etiamſi intelligeret, Antoninum *abeſſe longiſſime ab hac imperandi cupiditate, tamen non diffidere, quin principatum vel invitus recepturus foret.*

Neque alium depingunt, quae 3°. *Ariſtides* de Principis ſub initia regni virtutibus, *Juſtitia, Humanitate, Pietate*, &c. recitat. (p. 104. ſeqq.) *Hic*, inſit, *tanta cum innocentia & probitate rerum gubernationem ſuſcepit, ut nec in CREATIONE, nec in regno auſpicando, caede ulla opus ei fuerit. —— Tantam enim Dii curam adhibuerunt, quo pie & innocenter ad regnum accederet, ut ea quae furoris erant & amentiae, aliis attribuerint; quae juſtitiae, humanitatis, & pietatis,* καὶ τῆς ἄλλης εὐσεβείας, *ipſi reſervarint*, &c. Quis hic non videt, *Ariſtidem* ad ea alludere, quae paulo poſt *Antonini* adoptionem & ſub *Hadriani* mortem contigerunt? Quando ille *multos Senatores Hadriano jam ſaevienti eripuiſſet*, ut ſcribit Spartianus, atque, uti Capitolinus narrat, quando *eos, quos Hadrianus per malam valetudinem occidi juſſerat, reſervavit* Antoninus. Quod, utroque teſte, partim in cauſa fuit, cur *PII* cognomen a Senatu habuerit. Nec dubium eſt, quin ad id cognomen *Ariſtides* reſpiciat, cum toties Imperatoris εὐσεβείας meminerit. Caetera[1] non proſequor, ne Commentarium in Orationem ſcribere videar.

Addam modo votum, quo operi coronidem imponit, ut *filius veſtigiis paternis incedat*: Σὺ δ', ὦ παῖ γυναῖε γυναίων, κατ' ἴχνος εἶιν βαίνειν τὸ πατρός (p. 120.) optime ad *M. Au-*

1 Quae ſi cum *Capitolino Anton. Pii* in vita conferantur, ovum ovo ſimilius non videbitur.

relium,

relium, Pii adoptione filium, atque *Caeſaris* dignitate, uti & *Tribunitia Poteſtate* Imperii ſucceſſorem deſignatum, referri poſſe & debere.

8. Ad *Ariſtidis* ex urbe Roma REDITUM nunc tandem nos convertamus, quem jam ſupra vidimus per mare ſuſceptum [1]. At navigatio periculoſa longaque fuit. *Secuta eſt*, inquit [2], *Odyſſea quaedam*; *ac mox in mari TYRRHENO* [3] *procella, tenebrae, Africus, & immenſa maris commotio. — Fluctus interim vehemens per proram & puppim irrumpebat, ac tum mari tum vento perfundebamur, idque per diem & noctem. Media fere nocte ad PELORUM, Siciliae Promontorium, delati ſumus. Deinde in FRETO* [4] *errores curſuſque tam antrorſum quam retrorſum contigerunt. ADRIATICUM* [5] *poſtea mare noctibus duabus ac die una permenſi ſumus, tranquille nos deducente ejus flumine. Cum autem ad CEPHALLENIAM eſſet appellendum, rurſum fluctus ingens exortus, & ventus adverſus, ita ut ſurſum ac deorſum ferremur, corpore interim omnibus modis laborante ac diſſoluto.*

Jam, ſubjungit Noſter, (p. 540.) *quae in Freto Achaico*, τὰ δ' ἐν τῷ πορθμῷ τῷ Ἀχαικῷ, *rurſum contigerunt, cum probi Nautae ſub ipſum AEQUINOCTIUM* [6], ὑπ' αὐτῷ Ἰσημερίαν, *PATRIS* [7] *ſolviſſent, me invito, ac primum contradicente, nemo facile dixerit: quibus quidem rebus, & pectus & alia quotidie pejus afficiebantur.* Unde diſcere licet, *Ariſtidem* per Fretum illud quod Graecas Inſulas ſeparat ab *Achaia*, fuiſſe *Patris* tranſvectum, ſicque circum *Peloponneſum*, ac ὑπὲρ Μαλέαν navigaſſe, atque Stadia circiter *ſex millia & viginti* fuiſſe emenſum. Tot enim *Philoſtratus* [8] teſtatur illis emetienda fuiſſe, qui iſta via, non vero per Corinthiacum ſinum Iſthmumque, peterent *Aegaeum* mare.

In hoc porro, ut *Ariſtides* pergit, *haud diſſimilia* (illis nempe quae in Mari Ionio perpeſſus fuerat) *acciderunt*, παραπλήσια δὲ καὶ τὰ ἐν τῷ Αἰγαίῳ, *per Gubernatoris Nautarumque malitiam; cum vento contrario navigare voluiſſent, nec* Ariſtidi *quicquam obtemperaſſent. Ita*, ſubdit iterum, *quatuordecim diebus & noctibus per totum pelagus hieme* [9] *vecti ſumus*, χειμῶνι & κύκλῳ (quo potius *vis procellae tempeſtatiſve* ſignificatur) *frequenti cum inedia, donec vix tandem MILETUM ſumus delati.*

Cum vero ultimus locus, ex quo ſolverat, fuerit Urbs *Patrae*, proculdubio *quatuordecim dies*, hic memorati, ſunt etiam numerandi ab *Autumnali Solſtitio*, ſub quod *Patris* ſe navigaſſe ſuperius dixit; atque idcirco *quatuordecim* poſt diebus *Miletum* appulit. Quo tempore, id eſt, ante medium *Octobrem*, *hiems* nondum coeperat. Nec etiam χειμὼν ſemper *hiemem* ſignificat, ut pueris notum [10].

9. Etiamſi vero Noſter, cum *Miletum* venit, *pedibus ſtare non poſſet, & aures obſurduiſſent*, omniaque male ſe haberent; attamen *paulatim progreſſus* [11] *Smyrnam praeter omnem ſpem ſe contulit, cum jam HIEMS eſſet*, ἤδη χειμὼν ἦν· (adeoque medio

1 Poſtquam *jumenta*, quae ſupererant, vendidiſſet, caeteris in itinere per tempeſtates perditis. Tom. I. p. 539.

2 Ibid.

3 Igitur per *Tiberim* ad mare deſcendens, ex *Oſtienſi* Portu ſolvit, ſicque juxta Italiae littora vectus ad *Pelorum*.

4 *Siculo* nempe, quod inter Siciliam ac poſtremam Italiae partem.

5 Sic jam *Strabonis* (vid. Lib. VII. p. 488.) aevo mare appellabatur, quod poſt Siculum Fretum, ac a montibus Ceraunii, producta maris *Adriatici* ſeu ſuperioris appellatione; cum alii hanc partem *Ionium* mare vocent.

6 *Autumnale* nimirum, prout ex ſuperioribus ſatis patet.

7 Urbs erat Peloponneſi nobilis, Promontorio proxima *Rhio*, prope Corinthiaci ſinus oſtium.

8 Sophiſt. Lib. II. in vita *Herodis*, qui vehementer deſiderabat, ut ſibi liceret *Iſthmum* perfodere *Corinthiacum*, quo pacto compendium fieret illius praeter Peloponneſum navigationis, totque ſtadiorum; vid. pag. 551.

9 Ut *Canterus* vertit.

10 Ariſtides ipſe aliquoties pro *tempeſtate*, procellave uſurpat; ut Tom. I. p. 107, 501, 543, (ubi & pro *hieme*) 625.

11 Itinere proculdubio terreſtri, ut indicant ejus verba; κατὰ μικρὸν προϊόντες.

ſal-

ſaltem *Novembri*) *& palatum valde male affectum, nec ſecus alia.* In hac quidem urbe *Medici* & *Gymnaſtæ*, Ιατροὶ καὶ Γυμναστὴ [1], *convenerunt*; ſed *nec juvare potuerunt, nec morbi varietatem*, τὴν ποικιλίαν τ νόσυ, *cognoſcere. Ad Thermas tamen*, εἰς τὰς πηγὰς τὰς θερμὰς κομίσυσι, *accedere conſultum eſt*; *quandoquidem urbanum aërem non facile ferebat*, (pag. 541.) Paria ſuperius (pag. 513. ſeq.) recitaverat, docens, *Thermas parum ab Urbe* Smyrna *diſtare*, ἀπέχει δὲ τ πόλεως ὀ πολύ. Repetit etiam ſe illas petiiſſe, ut melius *aërem ferret, ſiquidem hiems jam erat*, καὶ γὰρ ἦν ἤδη χειμῶν& ὥρα. Nec inutile erit hic appoſuiſſe, quod amplius de ſui morbi natura ibidem habet. *Difficillimum autem*, inquit, *omnium erat, quod ſpiritus mihi praecludebatur, magnaque cum moleſtia & vi vix tandem reſpirabam*: *ſuffocationes etiam erant in collo perpetuae, & NERVI REFRIXERANT*, ἡ τὰ νεῦρα ἐπεφείκει, *atque pluribus, quam ferre poſſem, veſtibus indigebam.* Hunc locum proculdubio ob oculos habebat *Philoſtratus* in Noſtri vita haec ſcribens: τὴν μὲν ἕξιν ἰδέαν τῆς νόσυ, ἡ ὅτι τὰ νεῦρα αὐτῷ ἐπεφείκει, ἐν ἱεροῖς βιβλίοις αὐτὸς φράζει. *Genus morbi, & quod nervorum tremore laboraverit, ipſemet in* libris ſacris *commemorat.* Ad quae Cl. *Olearius* haud ſatis conſiderate notat, Philoſtratum hic reſpicere ad *Serm. Sac.* IV. p. 568. ubi Noſter initia illius morbi deſcribit; *Nempe*, addit, *apud Aeſepum fluvium* Adrianos *praeterfluentem, atque thermas ei vicinas.* Equidem in Aeſepi thermis morbum coepiſſe docet *Ariſtides*, ut ante vidimus; at in iiſdem *nervorum tremore* laboraviſſe, nequaquam iſto loco tradit; atque primum id genus *tremorem* memorat, cum *Serm. Sacr.* II. p. 538. illa narrat, quae *Romae* ſibi contigerunt.

10. *Thermae* autem iſtae haud longe *Smyrna* remotae videntur eaedem cum illis, quas *Strabo* Lib. XIV. (p. 956. Edit. Amſt.) inter *Clazomenas* ac *Smyrnam*, juxta hujus Sinum, collocat cum *Apollinis* Templo. Deſcripto enim novae *Clazomenarum* Urbis ſitu, ſubjungit: Εἶθ' ἱερὸν Ἀπόλλωνος καὶ θερμὰ ὕδατα· καὶ ὁ Σμυρναίων κόλπος, καὶ ἡ πόλις. Quin etiam hodie ſuperſunt fontes aquarum calidarum haud longe a Smyrnenſi Caſtro, teſtibus, qui haec loca luſtrarunt, Cl. Viris *Thoma Smith* in ſept. Aſiae Eccleſiarum Notitia, pag. 5. *Tournefortio* Itin. T. II. p. 198, &c.

11. Hiſce in *Thermis*, ſi Noſtro credimus, *Aeſculapius primum Oracula coepit edere*, iſtum in *ſomnio jubens nudis pedibus ire.* (pag. 514.) Huc quoque referendum (etiamſi poſſit & ad anni ſubſequentis initium pertinere) quod Ariſtides *Serm. Sacr.* III. p. 565. recenſet de duobus *Anſeribus*, quos *Iſis*, itidem ſomnio, eum juſſit ſibi ſacrificare; & quidem *initio morbi*, & cum adhucdum in *Thermis verſaretur*, κατ' ἀρχὰς ἔτι τ ἀδενείας διετρίβον ἐν τοῖς ὕδασι τοῖς θερμοῖς. *Itaque*, ſubdit, *ad Urbem*, Smyrnam ſcil. *conceſſi, praemiſſis qui proſpicerent, ac praemonens, ut cum Anſeribus occurrerent in Iſidis*, εἰς τὸ ἱερὸν τ Ισιδος [2]. "Cum vero, ſi credere fas eſt, tunc temporis *duo tantum Anſeres* in Urbe "forent, poſſeſſor eos vendere recuſavit, donec audiret, ad Noſtri uſum fore; *quoniam*, reſpondebat homo, *Ariſtidi ab Iſide eſſet juſſus ſervare, eumque venturum & eos mactaturum, &c.*

12. Hic denique obſervare eſt, quod *Ariſtides* alibi (p. 573.) docet; *primo* nimirum *morbi anno ſe litterarum omiſiſſe ſtudium, cum corpus ita eſſet affectum, ac ſimul deſperaret*: Ἐνιαυτὸν μὲν γὰρ μάλιστα τ πρώτον τ ἀδενείας, ἐξέλιπον τὴν περὶ τὸς λόγυς ἀσκησιν. Quibus Exercitationes Diſputationeſque Sophiſticas proprie deſignat.

1 Hi quidem proprie in *Gymnaſiis*, cujuſmodi unum erat *Smyrnae*, praecepta dabant circa vires habitumque corporis, ad Sanitatem & Valetudinem tuendam ſeu reſtituendam. Verum & alios extraneos male ſe habentes, una cum *Medicis*, viſitabant, curareque ſatagebant. Hinc eſt, quod *Plinium* juniorem (Lib. X. Ep. 4, 6, 22.) videamus, *graviſſima valetudine uſque ad periculum vitae vexatum*, non modo *Medicum* aſſumpſiſſe, ſed & *Iatraliptem*; qui videtur idem ac *Gymnaſta*, (etiamſi refragatur doctiſſ. *Vandale* Diſſert. Ant. p. 718.) quique apud *Celſum* Lib. I. c. 1. cum *Medico* jungitur, non ſecus ac *Aliptae* cum *Medicis* in Ciceronis Epiſt. penult. Lib. I. Fam.

2 Quod paulo poſt, p. 567. monet Smyrnae fuiſſe: λέγω τοῦτο ἐν Σμύρνῃ γενόμενον.

DE ARISTIDIS VITA

ANNO { *Urb. R. DCCCCXIV.*
Aer. Vulg. CLXI.
Ariſtid. Aet. XXXII, XXXIII. Morbi II.
M. Aur. Anton. cum Vero I.

COSS. M. Aur. Antonino III. L. Aur. Vero II.

1. Poſtea, cum Thermae Smyrnenſes *Ariſtidem* non juvarent, hinc *Pergamum proficiſcitur*, quaſi ab *Aeſculapio* illuc vocaretur & invitaretur: Μετὰ ταῦτα κλῆσις καὶ ἄφιξις ἀπὸ Σμύρνης ὅθι Πέργαμον μὴ τῆς ἀγαθῆς τύχης. (T. I. p. 514.) Alibi vero (p. 541.) docet, id iter ſuſceptum, poſtquam aliquot menſes ſecundi anni ejus morbi jam fuerant elapſi, atque proinde circiter vere anni in quo verſamur, juxta noſtros quidem calculos. Nam narratis ibidem illis, quae in Thermis Smyrnaeque acciderant, ſubjungit; καὶ παρελθόντος ἐνιαυτοῦ καὶ μηνῶν, ὅτε ἡμεῖς ἐν Περγάμῳ καθίδρυμεν[1] ἤλθομεν. Quod de tempore tantum, ex quo Noſter aegrotabat, intelligendum venit, uti totus indigitat contextus.

2. Mox vero, (ut p. 515. habet) & *prima* quidem *nocte poſtquam in TEMPLUM*[2] *venerat* Ariſtides, *Nutricio ejus apparuit Deus* Aeſculapius *ſub Salvii Conſulis effigie*, ἐν τῷ Σαλβίῳ τῷ νῦν Τπάτῳ σχήματι· atque de Noſtri *Orationibus collocutus eſt*, quaſi forent *Sermones Sacri*, ἱεροὶ λόγοι. Quis autem *Salvius* eſſet, nondum *Ariſtides* noverat, ut ipſe monet; *verum*, ſubdit, *ille tum temporis Aſſeſſor erat Dei*; ὅστις δὴ ὁ Σάλβιος, ὅπως τότε γε ἤδειμεν· ὁ δ' ἐπύγχανε παρεδρεύων τῷ Θεῷ κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον. Unus ſcil. ex illis tum erat, qui aſſiduam Aeſculapio navabant operam in ejus Templo, ſanitatis remediorumve cauſa. Talis erat alius *Senator Romanus*, nomine tunc *Sedatus*, at olim *Theophilus* (p. 574.) de quo Noſter, (p. 531.) ceu παρεδρεύοντι καὶ αὐτῷ, loquitur. Eodem ſenſu is (eadem pag. 574.) Noſtro dicitur unus ἐκ γνωρίμων θεραπευτῶν, ſive *aſſiduorum Dei miniſtrorum*, atque (p. 588.) συμφοιτητὴς ἐν τῷ τότε, ſeu *ſocius*; qualis & alter *Macedo* vir eidem (p. 587.) vocatur, *unus* nimirum τῶν συμφοιτητῶν; quorum etiam, veluti una ſecum in Pergameno Aeſculapii Templo degentium, alibi meminit. (T. III. p. 678. T. I. p. 523, &c.)

3. Quod porro *Salvii* dignitatem ſpectat, ſi *Canteri* verſionem ſequamur, ille fuit *Conſul hujus anni*, quo, puta, Noſter iſthaec ſcriberet, iſque fuerit annus Aerae vulg. CLXXV. modo Cl. *Fabricium*[3] audiamus; qui cenſet eum eſſe *Salvium Julianum* praedicti anni Conſulem. Tum quidem veteres Faſti Conſulem ſignant *Julianum*; at nec *Salvium*, nec alio nomine eum appellant: primuſque *Onuphrius Panvinius*, in ſuis ad Faſtos Commentariis, *ratus* eſt, ut loquitur, hunc fuiſſe *M. Salvium Julianum*, *Juliani Imp. avunculum*, de quo Spartianus in ejus vita. Deinde vel ex ipſo *Sermone Sacro* II. ubi iſte de *Salvio* locus, colligere eſt, eundem aliquot poſt hoc tempus annis ſcriptum fuiſſe. Tandem verba Noſtri Graeca, Σαλβίῳ τῷ νῦν Τπάτῳ, haud neceſſario praeſens tempus deſignant; cum particula νῦν pro *nuper*, atque *olim*, vel *ante* interdum uſurpetur.

1 Eandem deſignat ſacer Scriptor *Apoc.* II. v. 13. ubi dicitur *Thronus* Satanae fuiſſe *Pergami*: ὅπου ὁ Θρόνος τοῦ Σατανᾶ, &c. Utroque enim vocabulo eadem ſignatur *ſedes*, quae totius *Aſiae* Communis, ac veluti *Metropolitana*; ſeu, ut poſtea Chriſtiani vocabant, *Cathedralis*; Sacra ſcil. *Aeſculapio*, quem, non ſecus ac alia id genus falſa Paganorum Numina, ſcriptores Chriſtiani tanquam malum habebant Genium ſive Daemonem, qui ſaepe *Satanae*, & *Diaboli* nomine illis venit; quique *Apoc.* XII. 9. *Draco eſt ille magnus, ſerpenſque ille antiquus, qui vocatur Diabolus & Satanas.* At vero Pergamenus iſte Genius, ſeu *Aeſculapius*, haud raro in Antiquorum Monumentis ſub Serpentis Draconiſve figura repraeſentatur, ejuſque perpetuum fere Symbolum eſt *Serpens*, qui ſacer ipſi paſſim erat. Vid. *Pauſan.* Lib. II. c. 28. Cl. *Spanhem.* de Praeſt. Numiſm. T. I. f. 213. ſeq. *Arnob.* L. VII. p. 249. ſeqq. &c.

2 In quo nempe ſolebant aegrotantes degere, noctuque praeſertim decumbere, ut Dei praeſentia & ope fruerentur, atque ſomniis divinitus, uti exiſtimabant, immiſſis, remedia, quibus priſtinam recuperarent ſalutem, acciperent. Quae aliaque id genus ex pluribus *Ariſtidis* locis deinceps illuſtrabuntur.

3 Bibl. Gr. Lib. IV. c. 30. p. 383, 406.

Jo.

Joſephus certe Antiq. Lib. XII. c. 3. de Bello multis ante annis facto loquens, ἐν τῷ νῦν πολέμῳ habet. Unde & *Juſtini* Martyris locus ſimilis in *Dialogo* cum *Tryphone*, qui viris eruditis negotium huc uſque faceſſit, facile intelligitur. Cum enim *Tryphonem* introducit dicentem[1], *Ex circumciſione ſum Hebraeus, ex nupero bello profugus*, φυγὼν ἀπὸ νῦν γενόμενον πόλεμον: hinc male cum *Scaligero* deduceretur, *Dialogum* iſtum ſub *Hadriano*, circiter anno Ch. CXXXV. exaratum, bello in *Judaea* ardente; ſiquidem ex eodem conſtat, editum fuiſſe, poſtquam *Juſtinus* jam ad *Antoninum Pium*[2] ſcripſiſſet priorem pro Chriſtianis *Apologiam*. Idcirco verba *Juſtini* bellum ſignificant, non quidem tunc temporis ſaeviens, ſed jam *ante* & *nuper* confectum. Quo ſenſu idem Chriſtianus Auctor, Ariſtidi, magnam vitae partem, coaevus in eadem Apologia meminit *Antinoi*, τῷ νῦν γεγονότι, *qui nuper* in vivis *fuerat*, & quem *ut Deum* Ethnici *colere coeperant omnes*: ὃν καὶ πάντες ὡς θεὸν ἀφ' ὑφοῦ σέβειν ἤρξαντο. *Antinous* autem anno Ch. CXXIX. in Aegypto mortuus erat, teſte *Euſebio*, ſeu *Hieronymo* in Chronico; nec ulla ratio valida cogit, ut fidem illi recuſemus.

4. Igitur ex *Ariſtidis* loco ſic diſcuſſo inferre tantum licet, *Salvium* (quocunque tandem cognomine vocatus ſit) *Conſularem* virum jam tum fuiſſe, cum *Pergami* degeret, *Ariſtide* illuc veniente. Hujus autem aevo tres quatuorve minimum viri occurrunt *Salvii* nomine donati. Primus eſt *Salvius Julianus*, ex illis *Juriſconſultis*, quos Hadrianus Imp. *in conſilio habuit, cum judicaret*. (Spartian. in Had.) Is[3] anno Chr. circiter CXXXI. *perpetuum compoſuit Edictum*, ut in *Euſebii Chronico* legimus; atque *bis Conſul & Urbi Praefectus* fuit, teſte *Spartiano* in vita *Didii Juliani* Imp. cujus, ait, ille *Proavus* erat. Secundus adeo *Salvius* filius eſt prioris illius, quique Pater fuit, 1°. matris *Didii Juliani*, 2°. tertii *Salvii Juliani*, quem Spartianus narrat *avunculum* fuiſſe ejuſdem *Didii Juliani*. Hic *exercitibus praeerat*, cum ejus *filium*[4] Commodus *ad impudicitiam fruſtra tentavit*, unde *Juliano tetendit inſidias*; (Lamprid. in Com.) eumque tanquam Conjurationis reum crudelis iſte Imp. occidit, anno Chr. CLXXXIII. (ex *Dione*, & Scriptoribus Hiſt. Aug.) Priorem *Onuphrius Panvinius* putavit illum fuiſſe *Julianum*, quem antiqui Faſti Conſulem anni Ch. CXLVIII. cum *Torquato* faciunt; idemque recentiores Faſtorum conſarcinatores avide nimis arripuerunt, ſiquidem nullo teſte fulcitur. Imo ex Inſcriptione a *Gudio* Cl. V. cum aliis in Syntagmate collecta, & ab amico N. *Relando*[5] vulgata, liquet *Julianum* iſtius anni Conſulem ex gente *Salvia* non fuiſſe, primaque vice tunc Conſulatum geſſiſſe, cum L. TORQUATO III. C. JULIANUM VETEREM. Unde *Proſperi & Caſſiodori* Faſti confirmantur, in quibus *Torquatus III. & Julianus* notantur. Quibus lux, non ſecus ac pondus, ſuperadditur ex *Lateris* fragmento, in quo ipſemet Romae legi ... UN. SER. PRUDENT. CUR. AED. .... RQ. II. ET LIBON. COS. EX. PR. Q. SE. ſcil. TORQUATO II. ET LIBONE COS. intelligendi, qui anno Ch. CXXVIII. faſces habuerunt Conſulares, quique ſic in alio lapide (Grut. pag. 337. n. 1.) reperiuntur, TORQUATO ASPRENATE II. ET ANNIO LIBONE. Idcirco perperam *Panvinius*, & poſt eum alii plures, exiſtimant, *Torquatum* An. CXLVIII. Conſulem, ipſum eſſe *C. Bellicium Torquatum*, qui jam primum Conſul fuerat anno

1 Dial. pag. 3. novae Edit. *Jebbii* Noſtri Lond. 1719.

2 Cui ſecundam quoque Apologiam eſſe oblatam, paulo ante *Juſtini* Martyrium, alibi probo; confutatis Cl. *Grabii* argumentis, quibus utrumque ad *M. Aurelii* Principatum, ac An. Ch. 163. vel 165. referre voluit.

3 Is forſan *Salvius Valens*, unus ex *Juriſperitis*, quibus Antoninus Pius uſus eſt, cum multa de Jure ſanxit. *Capitol.*

4 Cui promiſſa erat filia *Paterni*, Praefecti Praetorio Commodi. *Lamprid.* in Com.

5 Faſti Conſul. p. 6. ubi legimus, Inſc. dicatam eſſe, IIII. NON. FEBR. L. TORQUATO III. ET C. JULIANO VETERE COS.

Ch. CXLIII. cum *Herode Attico.* Sed de his jam ſatis, & forte nimis; cum ſint alibi fuſius diſcutienda.

5. Ipſimet porro *Ariſtidi* eodem tempore *medicamenta dedit* Aeſculapius, *quorum,* (infit p. 515.) *primum erat balſami ſuccus, Teleſphori*[1] *Pergameni donum*: ὁ τῦ βαλσάμυ ὀπὸς· ἦν δ' αὐτὸν δωρεὰν ὁ Τελεσφόρος τῦ Περγαμηνῦ, &c. *Praeterea purgamenta quaedam ex uvis paſſis & aliis rebus permiſta: tum infinita alia; quibus omiſſis omnibus, ea duntaxat, quae miranda ſunt, narrare cogor.* Deinde ſuam ad *Chium* navigationem refert, quam tamen ad hunc annum pertinere non putamus, ideoque ad ſubſequentes producemus.

6. At huc, & quidem ad exitum circiter anni II. morbi, referri debet, quod *Ariſtides* de ſtudiorum renovatione narrat *Serm. Sacr.* IV. p. 573. *Et quidem,* ait, PRIMO (igitur haud itidem ſecundo) *morbi anno litterarum omiſeram ſtudium —— Cum vero Pergami degerem,* κλῆσιν τε καὶ ἱκετείαν, *ſecundum vocationem,* (Dei ſcil. ut ſupra n. 1. ex eo diximus) *& ad ſupplicandum, imperat mihi Deus, & adhortatur ne ſtudia relinquam.* Singula quidem ſomnii tum non tenebat, cum ea ſcriberet, *prae temporis longitudine,* ὑπὸ πλήθους ἐτῶν· inter alia tamen meminerat, "Deum juſſiſſe, primum, ut "ad Porticum Templi, quod erat juxta Theatrum, progreſſus, εἰς ἣν ἰδὼν τῦ Ἱερῦ ἦρξε "θεάτρῳ, primitias *extemporalium* ac Scholaſticarum Orationum ſibi offerret. Deinde pluribus docet, qua occaſione & quo pacto ſatisfecerit Dei juſſis. Cum nempe *Sedatus*[2] (Nicaea oriundus, ac olim *Theophilus* dictus, *ex Romanis Praetoriis,* ἀνὴρ τῶν ἐστρατηγικότων Ρωμαίοις[3]·) atque *Ariſtides* ſoli in *Templo* eſſent relicti (caeteris omnibus ad *magnificum ſpectaculum Tauromachiae*[4] progreſſis) *ſedentes in Fano Deae Salutis, ubi & Teleſphorus,* ἐν ΥΓΙΕΙΑΣ, ἃ ὁ Τελεσφόρος· tum *Sedatus,* audito ſomnio, multis exhortatus eſt *Ariſtidem,* ut omni ſtudio decertaret; interimque ſuperveniente quodam *Biblo, veterum cultore, ac litterarum aliquatenus ſtudioſo,* ac *quaeſtionem*[5] proponente, tandem Noſter paruit. Argumentum cujus *Ariſtidis* ſe meminiſſe dicit, *quod eſſet primum,* (N. B.) hoc erat: *Alexander cum eſſet in India, ſuadet Demoſthenes res gerendas eſſe.* Etiamſi vero Noſter primum dubius haeſiſſet, ob *declamandi difficultatem, cum reſpirare*[6] *non poſſet*; (p. 574.) *deinde tamen, paulum moratus, declamavit, Deo vires ſuppeditante*; (pag. 576.) *Atque,* ſubjungit, *hoc annuum tempus non ſilentii, ſed exercitii fuiſſe viſum eſt*: καὶ ἔδοξεν ὁ τῦ ἐνιαυτῦ χρόνος, ἃ σιωπῆς, ἀλλ' ἀσκήσεως εἶη. *Et ab hoc quidem principio declamandi ſtudium ſumus auſpicati, atque ita reverſi.* Alia deinde memorat *Somnia*[7] quibus in eodem ſtudio multum confirmatus eſt, quae ut particulatim hic repetamus, operae pretium non videtur. Satis erit adnotaſſe, eum poſtea *publice,* & quidem prima vice, declamaviſſe, ſummo cum Auditorum applauſu; (p. 577.) atque deinceps multoties dixiſſe, ita ut vix *unum aut alterum diem intermitteret.* (pag. 577. ſeq.) His Exercitationibus ſubitaneis *dicendi facultatem, quanquam ante ſibi nulla pene erat*[8]*, multum auctam eſſe,* ipſemet affirmat. (p. 580.) Adeo ut *Pardalus,* quem

1 Is peculiari modo ad *Pergamenos* pertinebat, a quibus in Deos relatus, & hoc *Teleſphori* nomine vocatus, cum ante diceretur *Euamerion,* tradente *Pauſania* Lib. II. p. 137. Unde in eorum Nummis ſaepe, vel ſolus vel una cum *Aeſculapio,* ac interdum cum Dea *Salutis,* cernitur. Quin & *Pergami* Fanum, ſeu Sacellum, Cellamve in *Aeſculapii* Templo habuit, ut inferius ex Noſtro docebimus.

2 Cujus morbus in quibuſdam ſimilis erat. p. 574.

3 Quae male *Canterus* reddiderat, *qui Romanorum Exercitum duxerat*; prout jam animadvertit *Palmerius* Exercit. p. 471. addens, vertere debuiſſe, *vir Praetorius.* Quod certiſſimum.

4 Ταύρων θήρα.

5 Πρόβλημα vocat, ſicut & p. 578.

6 Quod iterum indicat p. 578. atque etiam *ex ſtomacho* laboraſſe.

7 Non modo ſibi immiſſa, ſed & aliis, uti *Euareſto* Cretenſi, de quo ſupra diximus, ac *Hermocrati* Rhodio, Poetae Melico, tum Pergami degentibus. p. 578.

8 Ad ea videtur *Philoſtratus* (in Ariſtid. V. pag. 581.) reſpicere, ſcribens, Ariſtidem *eo accuratius* de-

alibi[1] ſuum vocat *amicum*, vir *maximo inter Graecos eloquentiae judicio pollens*, ei aſſeveraverit, *Divina quadam ſorte* ipſum *in morbum incidiſſe, ut cum Deo verſatus hoc acciperet incrementum.*

7. Ad ſuperioris porro narrationis ſeriem haud ſatis attentum advertit animum Cl. *J. Fabricius*[2], dum inter *Scripta Ariſtidis deperdita* collocaret, 1°. Orationem, qua is ſub *Demoſthenis* perſona *ſuaderet Alexandro, cum eſſet in India, curſum victoriarum ſuarum proſequi*, prout Cl. vir Graeca vertit; 2°. alteram ſub eadem perſona *de Praefectura habendam*; quaſi titulus foret, Δημοσθένης λέγων περὶ ἡγεμονίας. Etenim Ariſtides haud geminam, ſed unam eandemque Orationem indigitat, & quidem *ex tempore* dictam; quae proinde non videtur unquam Chartae mandata; maxime cum Noſter diſerte doceat, ſe vix *argumenti* ejus meminiſſe, quando id pluribus poſt annis hoc loco proferret. Iſto autem ſic declarato, Αλεξάνδρῳ, φησὶν, (Biblus) ἐν Ινδοῖς ὄντος, συμβουλεύει Δημοσθένης ἐπιθέσθαι τοῖς πράγμασιν· immediate haec ſubjungit, quibus manifeſtum eſt, eum pergere, eadem de re, & de ejuſdem Orationis materia loqui: Εὐθὺς μὲν οὖν ἐδεξάμην τὸν φόβον, ὡς Δημοσθένους τε αὖθις ἡγεμονίας. καὶ μικρὸν ἐπισχὼν, ἠγωνιζόμην, &c. Ubi vides, 1°. unius tantum Orationis argumentum, Problemave a *Biblo* propoſitum: 2°. idem in *omen* ab *Ariſtide* fuiſſe acceptum; quod *Demoſthenes* (qui primum in ſomnio fuerat ab Aeſculapio[3] memoratus) proponeretur tanquam *rurſus dicens*, Orationemque habens περὶ τῆς Ηγεμονίας, de rebus ſcil. ad Regem, ejuſve *imperium* ſpectantibus: 3°. rem ab *Ariſtide* tandem ſuſceptam, ac Declamatione tractatam; *Dein*, ait, *paulum moratus, declamavi*, &c. Quamcunque vero ſequamur Argumenti interpretationem, *Canteri*, vel Cl. *Fabricii*, liquet tamen, Ariſtidem indicare, ſibi περὶ ἡγεμονίας in Oratione fuiſſe differendum, quod pro ſubjecta materia eſſet *Regi* Alexandro ſuaſurus, ἐπιθέσθαι τοῖς πράγμασιν, i. e. animum rebus negotiiſve publicis ſtudioſe & acriter gerendis impertire; quod forte jam crapulae nimis eſſet deditus, vel quod ab ulteriore in *Indos* expeditione recederet. Utcunque ſit, Latina vox, *Praetura*, nihil hic ad rhombum facit, conſtatque Graeca, ἡγεμονία, ſaepiſſimè Principatum, Regnum, Imperium ſignificari.

8. Hic inſuper obſervare eſt, iſtas *extemporalium* Declamationum *primitias*, ut ipſe p. 574. appellat, ab *Ariſtide* oblatas Aeſculapio fuiſſe, poſtquam per aliquod tempus jam *Pergami* verſatus fuerat. Etenim ibidem narrat, ſe ſomnium illud, quo ad *dicendum* excitatus fuerat, *Sedato* apperuiſſe, cum invicem quaeſiviſſent, *prout SOLITI FUERANT, numquid novi Deus imperaſſet?* ἢ διεπωυθανόμεθα ἀλλήλων, ΩΣΠΕΡ ΕΙΩΘΕΙΜΕΝ, εἴπ τι καινὸν εἴη παρηγγελκὼς ὁ Θεός. Supra autem vidimus, eum ſe *Pergamum* contuliſſe, expleto jam primo *Morbi anno*, cum aliquot etiam menſibus. At cum plura ſimul de ſuis id genus ſtudiis ibidem congeſſerit, omnia non poſſumus ad hunc annum alligare; nec etiam definire, an partim ad ſubſequentem ſolum pertineant: ſiquidem certiores deſunt temporis notae; quas ipſemet alibi[4] fatetur non potuiſſe in pleriſque apponere, dum ea in ſuis *Sermonibus Sacris*, longo poſt intervallo quam acciderant, memoraret.

9. Equidem *ab initio* Aeſculapius Noſtrum juſſerat *ſomnia deſcribere*, hocque, ait, *primum ejus mandatum* fuit: at cum nonnulla *deſcripſiſſet*, aut *dictaviſſet*, *nec tamen vel locum addidit, in quo ſingula ſibi contigerant, vel eventus ſingulorum. Id enim*,

declamaße, quod *ad dicendum ex tempore naturam minus haberet obſequentem*: ἐπὶ δὲ τὸ σχεδιάζειν μὴ ἐπιτρέψης αὐτῷ τὴν φύσιν, ἀκριβείας ἐπιμελήθη.

1 Pag. 608. ἡμετέρῳ ἑταίρῳ. Ibidem & *Severi* Aſiae Proconſulis, ex *Phrygia* oriundi dicitur οἰκεῖος καὶ συνήθης, contubernalis & familiaris. Unde ſuſpicari fas eſt, Pardalum quoque *Phrygem* fuiſſe.

2 *Bibl. Gr.* Lib. IV. c. 30. p. 389.

3 Qui dum Ariſtidem ad *dicendum* hortaretur, inter alia addidit; *Te decent Orationes cum Socrate, Demoſthene & Thucydide*, p. 573.

4 *Serm. Sacr.* II. p. 512. ſeq. vid. & Serm. Sacr. IV. p. 590, &c.

ipſi

ipſi ſufficere videbatur, *ſi Deo utcunque ſatisfaceret, cum propter imbecillitatem corporis, tum quia nunquam ſperaſſet tantam Dei providentiam*, &c. (p. 512. ſeq.) Ad eam tamen qualemcunque ſomniorum *deſcriptionem* poſtea amandat. *Quod ſi quis*, ſubdit, *exactius volet ea, quae nobis a Deo evenerunt, cognoſcere, is membranas, διφθέρας, & ipſa ſomnia inſpiciat. Nam & omnis generis medicamenta, & Dialogos aliquot, Orationeſque inveniet, atque viſa varia, & reſponſa cuncta, ac Oracula de variis rebus, partim ſoluta, partim metrica oratione conſcripta.* (p. 514. ſeq.) Sic & *Serm. Sacr.* IV. p. 579. teſtatur, ſe *in deſcriptionibus ſomniorum*, ἐν τῇ ἀποχραφῇ τῶν ὀνειράτων, *poſuiſſe, quaecunque memoria complecti potuit*, ex illis cum Deo per ſomnia *commerciis*. *In quibus*, addit, deſcriptionibus, *& pro Curſu Oratio, cum juſſit me currere, dicta & alia multa comprehenſa ſunt*: ἐν οἷς ὅτε ὑπὲρ τῆς Δεόμι λόγου λεχθεὶς ἐσὶν, &c. An vero haec unquam edita fuerit, atque adeo *deperditis* annumeranda ſit, ut Cl. *Fabricio* viſum, incompertum prorſus eſt. Nolim etiam autumare, *curſum* iſtum eſſe eundem cum illo, quem ab Aeſculapio juſſum fuiſſe, multis poſt haec annis, cum in Patria degeret, & quidem poſt ſecundum iter *Cyzicenum*, refert *Serm. Sacr.* V. p. 637—640. Quanquam id admodum veriſimile mihi videtur.

10. Quid paulo certius habemus dicendum de *Minervae* & *Bacchi encomio*, quod eodem loco *Serm. Sac.* IV. p. 579. Noſter memorat, ceu inter Somniis viſa deſcriptum, atque jam *ſuis inſertum libris*. Καὶ; inquit, ἐν τοῖς βιβλίοις ἐνέσαχται τοῖς ἡμετέροις Αθηνᾶς τε ἐγκώμιον, καὶ Διονύσου, καὶ ἕτερον, ὡς ἕκαστόν τε συμβαίνει. His enim prorſus conveniunt, quas habemus inter *Ariſtidis* edita[2], Orationes duae, tanquam ex *ſomniis*[3] dictae, ac quaſi repetitae; quarum prior *Minervam*, altera *Bacchum* laudat. Illam ſic orditur: *Fiat ergo revera id, quod ſecundum ſomnum mihi apparuit. Tu vero, Diva Minerva*, θεσπινα Αθηνᾶ, *cum in aliis fortunatum me & gratioſum redde, tum huic praeeſto Orationi, & quae in ſomniis apparuerunt, pro dignitate perfice*, &c. Coronidem vero ei hoc imponit voto: *Tu itaque quaecunque ſunt maxima tribue mihi, quemadmodum nocte praemonſtraſti, ut ab UTROQUE IMPERATORE*, παρ' ἀμφοτέρων τῶν Βασιλέων, *honores conſequar, & eximie tam ſapiam, quam dicam*, &c. Quibus clare *M. Aurelius Antoninus* & *L. Verus* ſimul imperantes deſignantur, potius quam *M. Antoninus* & filius *Commodus*, ad quos Cl. *Fabricius* ea refert. Impedit enim quominus Cl. Viro id ſine teſte aſſerenti aſſentiamur, 1°. collatio cum illo *Serm. Sacr.* loco, unde palam eſt, hanc Orationem ad *Ariſtidis* morbi initia pertinere, non vero ad annum Aer. Vulg. ſaltem CLXXVII. quo exeunte, *Commodus* a Patre in Imperii conſortium aſſumptus eſt, dato ei *Auguſti* titulo. Adde 2°. quod tum jam *honores* ab Imperatoribus acceperat, quos in hac Oratione, ut nondum acceptos, prece rogat. 3°. Modeſtia, qua hic de ſe loquitur, nequaquam poſterioribus illis convenit vitae temporibus, quibus videmus Sophiſtam Noſtrum tam ſuperbe de ſe ſuiſque lucubrationibus ſentire & diſſerere[4].

11. Hoc quidem Encomium *Minervae* Cl. *Fabricius* (L. C. p. 377.) arbitratur idem eſſe cum Oratione de *Minerva*; ad cujus finem *Ariſtides*, recitando, *memoriter* quoddam ſubjunxerat additamentum, quo ſeſe ſuaque laudaverat, ipſomet confitente (Tom. III. p. 618, 627, 652, 661, 664, &c.) Id cum nonnemo ex Auditoribus arrogantiae inſimulaſſet, mox Orator Noſter totis conatus eſt viribus ſeſe purgare, Sermone ſatis prolixo

1 Pag. 559. Ἀπογραφῆς modo meminit.

2 Tom. I. p. 16, — 30. & 51, — 57. Utraque ſcil. admodum brevis.

3 Quoad *Minervam*, quae ſequuntur abunde probant: de *Baccho* ſatis erit hic lectorem ad pag. 51. Orationiſque principium amandare; cum nihil amplius occurrat, quod noſtrum poſſit juvare inſtitutum.

4 Quamvis ſcribere T. III. p. 664. ſuſtinuerit, *ſe in reliqua vita tam moderatum, & humilem*, καὶ κοινὸν, *ſe praebuiſſe; ut haec ſit ad eum cognoſcendum nota*, ὥστ' ἀπ' αὐτῆς μάλιστα γνωρίσαι, καὶ τὸν ἄνδρα σύμβολον αὐτῆς.

&

& erudito, ſub titulo περὶ τῦ Παραφθέγματος [1], quo varia Antiquorum exempla profert, iis probaturus [2], celeberrimos omnium ordinum Scriptores ſeſe ſuaque opera laudibus admodum ſuperbis affatim exornaſſe. At niſi dicamus, additamentum illud fuiſſe omiſſum, quando iſthaec, quae ſupereſt, in *Minervam* Oratio edebatur; quis ſuſpicari poſſet haud eandem ab *Ariſtide* fuiſſe illa vindicatam Apologia, ſed aliam potius, quae vel perierit, vel nunquam publici juris ſit facta. Ex illis tamen vindiciis haec ſaltem patefiunt: Ariſtidem eas, & proinde ipſam, de qua ibi agitur, Orationem de Minerva, ſcripſiſſe dum in *Aeſculapii Templo* Pergami degeret; (p. 678.) & quidem ſub Dei *Cura* [3]; atque ex *ſomnio* dixiſſe [4], verbaque nonnulla, quae tum à Deâ profata fuerant, enarraſſe: *At nos*, (inquit, p. 627.) *ad quae dicenda fuimus compulſi, ea Muſis Deaeque attribuimus* [5]. *Dicebamus enim verba quoque nonnulla de iis in memoria nobis haeſiſſe, quae* DEA *PROTULERAT*, &c. Si haec autem de *Somnio* excipias, dubito num alia reperiantur, quae Sermoni de *Minerva*, qualem in Editis nunc ſuperſtitem tenemus, convenire poſſint. Quin etiam haec adeo brevis eſt, ut nunquam publice recitata videatur; quemadmodum illa certe fuit, quam Apologia tuetur.

ANNO { *Urb. R. DCCCCXV.*
Aer. Vulg. CLXII.
Ariſtid. Aetat. XXXIII, XXXIV. Morbi III.
M. Antonini & L. Veri II.

COSS. Ruſtico & Aquilino.

1. Cum *Ariſtides* adhucdum *Pergami* verſaretur, & quidem *ſic eſſet affectus*, εἶχον μὲν ὅπως τὸ σῶμα, *ut reſpirare vix poſſet*; tum ei nuntiatum eſt, *Myſos quoſdam, omnia tumultu & vulneribus replentes, ſibi vindicaſſe Praedium* "nomine *Laneum*, χωρίον Λα-"νεῖον [6], quod *ſui* ad ejus uſum emerant, dum in Aegypto peregrinaretur. Adſtante au-"tem *Foro* [7] Conventuve *judiciali*, Ἀγορὰ δ' ἦν Δικῶν, [nimirum praeſente, ut mos erat, "Aſiae Proconſule] atque Noſtro quid agendum ignorante; *Aeſculapius* ei *acceſſum ad* "*Proconſulem invenit, & opportunitatem praebuit*: ὁ δὲ Θεὸς τοῦτό τε προύσοδον ἐξεῦρε ἢ πρὸς "ἢ Ἡγεμόνα, καὶ ἢ χωρὶς παρεσκεύασε. Scilicet prius *Ariſtidi* ſomnium immiſit, quo *Hadria-*"*nus* Imp. viſus eſt eum, quaſi *nuper notum*, ἄρτι γνώριμον αὐτῷ γεγονότα, in *Aula Tem-*

1 In Editis etiamnum reperitur, T. III. p. 618, — 688.

2 *Atque ut ſcias*, (ſic Aemulum p. 625. affatur) *antiquum prorſus & Graecum eſſe hunc morem de ſe gloriandi*, φρονεῖν ἐπὶ τοῖς ἑαυτῦ, &c.

3 Pag. 677. Ἡμεῖς τε ἐς τὸ σῶμα πληγέντες, &c. "At nos in corporis adverſitatibus ad ignobiles "Medicorum ſupplicationes non confugimus; ve-"rum quamvis praeſtantiſſimos Medicos, quod "pace Deorum ſit dictum, haberemus amicos, ad "AESCULAPIUM nos contulimus, &c.

4 Pag. 652. "At ego de iis duntaxat, quae ſcri-"pſeram, & coram recitaram, nonnihil ſum lo-"cutus; idque Diis, qui *Somnium* miſerunt, con-"fiſus.

5 Quibus paria occurrunt p. 642. *Jam ſi hoc abſque Muſa effutivit* [Alcman Laco] *non ſum ego criminis particeps, ſiquidem dicendi facultatem* DEAE *ceſſi*: ἐγὼ δὲ τῇ σὺν τοῖς λόγοις ἀγαθῶν ἀφιστάμην τῇ Θεῷ. Confer & p. 661. ubi aſſerit, ſe *in honorem Deae Sermonem ejus auxilio ſcripſiſſe*. Incaſſum vero haec, ſicut & alia id genus, quaereres in *Oratione de* Minerva, quae T. I. p. 16. ſeqq. habetur.

6 Addit ibid. p. 615. id *non longe a Jovis Templo* fuiſſe, atque ejus *Templi* in ſuperioribus meminiſſe Sermonibus. Scil. Serm. Sacr. III. p. 563. prodiderat, ſe ab Aeſculapio miſſum ad *aedem antiquam*, εἰς τὴν ἀρχαίαν ἑστίαν, quae juxta *Templum Jovis Olympii*, ἣ ἐστὶ πρὸς τῷ Ἱερῷ τῦ Διὸς Ολυμπίου, *ut ſacra faceret, & aras extrueret in vertice collis Atys*. Mox addit, ſuum *praedium Laneum ad Atys meridiem fuiſſe*; πρὸς μεσημβρίαν Ἄτυος. Tunc autem *Ariſtides* degebat *Smyrnae*; (p. 562.) quibus ſicut & tota narrationis ſerie liquet, *Atyn*, atque adeo illud *Jovis* Templum, prope Urbem *Smyrnam* fuiſſe. Unde προαστεῖον ſuum vocat χωρίον, p. 525, 618, 619.

7 Sic vocat *Cicero* Lib. V. ad Attic. Ep. ult. *Conventum* vero *Plinius*, qui *novem* id genus in Aſia Proconſ. *Juridicos* nominatim recenſet, nonumque facit *Pergamenum*, Lib. V. cap. 29, 30.

"pli

"*pli* amplecti, & magnam ipſi ſpem facere. Mox cum in *Templum* Noſter, ut poterat, "veniſſet, moramque ibidem faceret, ſupervenit *Proconſul* JULIANUS[1], & una "*Rufinus*. Huic Noſter, occaſione animadverſa, primum rem indicat; deinde ipſi *Ju*- "*liano*, ad quem, eodem fere loco, quem in ſomnio viderat, accedit. *Tum ille*, Julianus, *ita repente quaſi divinitus commotus eſt, ut mox amplecteretur, velut jampridem amicus*, ὡς ἄν τις πάλαι φίλτατον, *manuque mea prehenſa, bono eſſe animo juberet, ac Deo vacare. — Poſt in judicium ingreſſus, & litem vocans, paucis factis verbis*, Praedium Ariſtidi adjudicavit. Serm. Sacr. IV. p. 615, — 617.

2. Iſthaec autem ad hoc tempus pertinere putamus; 1°. quod *Ariſtides* tum *Pergami* degeret, eademque *reſpirandi* difficultate laboraret, qua eum fuiſſe affectum ſuperius vidimus, cum Urbem illam primum petiiſſet: 2°. quod Noſter diſerte teſtetur, ea jam ante contigiſſe, quam *Quadratus* gereret Aſiae Proconſulatum; quem poſthac probabimus ad annum Chr. CLXV. ac CLXVI. eſſe aſſignandum. Etenim cum de rebus ſub hoc peractis narraſſet; continuo, quae ſub *Juliano* Procoſ. acciderant, traditurus, ſic incipit: *His autem non eſt diſſimile, quod* ante haec omnia contigit; ὅμοιον δὲ τούτῳ καὶ τὸ πρῶτον ἁπάντων τούτων γεγόμενον, &c. Hanc, ni fallor, praefationem nequaquam adhibuiſſet, ſi *Julianus* fuiſſet immediatus *Quadrati* anteceſſor; nec etiam ſi unus, aut alter tantum, medius inter utrumque Proconſul Aſiam ſub imperio tenuiſſet. Adde tandem, quod *Julianus* omnium primus ſit Proconſulum Aſiae, quos Sophiſta Noſter recenſet, ut qui ipſum honoribus & officiis ornaverint, dum aegrotaret.

Verum ex dictis ſaltem patefit, *Juliani* Proconſulatum *triennio* ſummum eſſe limitandum, intra nempe annum Aer. Vulg. CLXI. atque CLXV. Neque aliud petimus. Per nos igitur licebit arbitrari, *Julianum* ſuo Aſiae Proconſulatu annuo abiiſſe hoc labente anno, vel ſubſequenti, vel etiam CLXIV.

3. Ad hunc quoque III. Morbi annum, atque principium circiter *Autumni*, exiſtimamus eſſe referendum illud in *Chium* iter, purgationis cauſa, quod velut primum Pergami ab Aeſculapio juſſum *Ariſtides* prolixe deſcribit (p. 516. ſeqq.) "Ea igitur via, "quae [Pergamo] *Smyrnam* ducit, profectus, omnes in hac Civitate ſunt obſtupefacti, *poſtquam illis praeter ſpem apparuit*. Unde facile colligimus, *Ariſtidem* tunc prima vice *Smyrnam* reviſiſſe, poſtquam ſecundo morbi anno labente Pergamum petierat. Deinde *Clazomenis* [in Smyrnae vicinia] ad *Phoceam* trajiciens, circa *inſulas Drymuſam & Pelem* Euro exſurgente, moxque immani erumpente vento, tandem maxima cum difficultate vix ſalvus evaſit. *Phoceae detinuit* eum Aeſculapius, & tandem *navigationis in Chium gratiam fecit*, variis interim Somniis immiſſis. Horum uno *Deus* uſum mandaverat *Lactis*; quod cum *reperiri non poſſet, quandoquidem*, ſubdit, *tunc erat XIV^tus. circiter dies ſecundi menſis, ut HIC appellamus*: χαδὸν γὰρ ἦν τέτρας ὅτι δεκάτη τοῦ δευτέρου μηνὸς, ὡς νομίζομεν οἱ ΤΑΥΤΗ· *Rufus*[2] tamen *in praedium quoddam ſuum egreſſus, Ovem comperit eadem nocte peperiſſe*, &c.

4. Ut iſtos vero temporis Characteres, in poſterioribus verbis occurrentes, rite capiamus, haud neceſſe eſt, ut operoſe inquiramus, quaenam Aſiae fuerit Urbs, in qua tum eſſet *Ariſtides*, cum illum *Sermonem Sacr.* II. haberet. Satis erit obſervaſſe, ex aliis Monumentis perſpicuum eſſe, *Aſianos*, illis temporibus anno *Solari* uſos, aliquando *Menſes* nominaſſe ex ordine & numero, quem in anni curſu obtinerent. Sic in Marmore vetuſto, quod ex agro *Smyrnenſi* effoſſum *Car. Patinus* poſſidebat, cujuſque Inſcriptionem Commentario illuſtratam vulgavit, legitur; *Antigraphum, ſeu Exemplar*

1 Ejus loco ſup. §. VI. n. 1. qua ſorte neſcio, *Quadratus* fuit ſcriptus; cum dicendum eſſet, *Juliani* Proconſulatu, i. e. anno — tertio.

2 Quem ſuperius ceu πάλαι ξένον Φωκαέων, ac ſuum ibidem hoſpitem memoraverat.

in Archivis repoſitum, ΕΠΙ ΣΤΕΦΑΝΗΦΟΡΟΥ ΑΙΛ. ΒΙΩΝΟΣ ΜΗΝΟΣ ΤΡΙΤΟΥ. *Sub Stephanephoro Aelio Bione, Menſe Tertio*; anni ſcilicet Macedonum Aſianorum; prout jam Emin. *Noriſius*[1] monuit adverſus *Patinum*, qui putabat ibidem deſignari menſem *tertium* ab inita eidem *Bioni* Stephanephori dignitate. Quod perperam Doct. *Vandale* ſecutus eſt[2]. Pariter in lapide, quem C. V. *Sherard* cum pluribus aliis *Aphrodiſiae* (quae & in Aſia Proconſulari) deſcripſit, haec ad calcem nota ſignatur cum *Menſe Duodecimo*: ΤΗΣ ΕΠΙΓΡΑΦΗΣ ΤΑΥΤΗΣ ΑΝΤΙΓΡΑΦΟΝ ΑΠΕΤΕΘΗ ΕΙΣ ΤΟ ΧΡΕΟΦΥΛΑΚΙΟΝ ΕΠΙ ΣΤΕΦΑΝΗΦΟΡΟΥ ΤΟΥ ΑΤΤΑΛΟΥ ΤΙΟΥ ΜΕΝΑΝΔΡΟΥ ΜΗΝΟΣ ΔΩΔΕΚΑΤΟΥ. At ex aliis conſtat Monumentis, Aſianos propria quoque nomina ſuis tribuiſſe *Menſibus*, ſive Macedonica, ſive Attica vetera cum recentioribus mixta, in Regum Imperatorumve honorem. Iſthaec ſaepius occurrunt in variarum Aſiae Civitatum Marmoribus jam vulgatis, uti & in illis *Aphrodiſienſibus* adhucdum ineditis. Cum autem Solaris Aſianorum annus a die 24. *Septembris* Romani tum inchoaret; ideo recte *Ill. Noriſius*, (lib. cit. p. 15.) eodem *Ariſtidis* loco in medium prolato, jam notavit, *ſecundi* Menſis diem XIV. cum *ſexto Novembris* concurrere. Hoc ipſum invicte demonſtrat HEMEROLOGIUM, variarum gentium Menſes complectens, quod primus in Magni Ducis Codicibus MSS. Florentiae reperi. In ejus enim Col. ad annum *Aſiae* pertinente *Menſis ſecundi*, qui ibidem ΤΙΒΕΡΙΟΣ appellatur, dies XIV. correſpondet diei VI. menſis *Romanorum* Novembris; ſicut & XIV. dies in Col. Menſis II. *Epheſiorum* dicti ΑΠΠΕΛΛΑΙΟΥ, nomine ſcil. Macedonico. Sed de his fuſius in *Commentario* agimus.

5. Quamdiu porro Noſter poſtea *Phoceae* moratus ſit, antequam rediret *Smyrnam*, prorſus nos fugit; ſiquidem haec tantum ſubjungit: (p. 519.) *Cum autem in Praedio Gennaide, quod prope Phoceâ diſtat,* ἔστι δὲ χωρίον Γενναὶς ἀπέχον τῆς Φωκέας ὡς πολὺ, &c. *dies aliquot,* ἡμέρας τινὰς, *in aquis egiſſemus, Smyrnam ſumus reducti.* Inde tamen, omnibus ſimul collatis, haurire licet, hunc *Ariſtidis* reditum, exeunte anno, labenteque *Decembri*, factum eſſe: Maxime quod ille in ſubſequentibus verbis ſomnium *Smyrnae* immiſſum addat, quo juſſus fuerit in *fluvio* lavare, cum eſſet *media hiems*, ut proxime narro.

6. Ariſtides igitur *Smyrnae* redux ſomnium habuit, "quo *Æſculapius* ei apparuit, "& ſimul cum ipſo *Apollo*, qui & *Clarius* & *Callitecnus* vocatur Pergami, & cujus pri- "mum eſt de tribus Templum: ἦν ἅμα μὲν Ασκληπιὸς, ἅμα δὲ Απόλλων, ὅτε δὲ Κλάριος, καὶ ὁ Καλλίτεχνος καλούμενος ἐν Περγάμῳ, ἧς ὁ θεσπὸς τῆς ναῶν τῆς τριῶν ἐστιν. *In hac figura,* ἐν τούτῳ τῷ χώματι, *ante lectum ſtans, prolatis digitis, ac temporibus aliquot ſupputatis, habere me inquit ab ipſo annos DECEM, & a Serapide TRES, &c.* Ut haec intelligantur, opus non eſt hic plura de veterum methodo per digitos computandi proferre, quae jamdudum ab aliis praeoccupata ſunt. Perſpicuum ſatis eſt, Ariſtidem ſignificare, quod hoc viſo praenuntiatum & figuratum ſibi fuerit, ita morbo per *tredecim annos* laboraturum fore, ut vitam tamen *Aeſculapii* & *Serapidis* gratia tamdiu conſervaturus eſſet, donec revaleſceret. Id ipſum poſtea manifeſte declarat, de *Oraculo annorum*, uti vocat[3], fuſius agens, ac *rerum eventum connectens*, probaturus, *ſe ab Aeſculapio per totum illud tempus eſſe conſervatum.* Quae nos etiam deinceps particulatim explicabimus. Interim abs re non erit hic adnotaſſe, *tredecim* iſtos morbi annos ideo forſan in *tres* & *decem* fuiſſe diviſos, quod jam *tres* eorum priores eſſent in exitu, caeterique *decem* futurum ſpectarent tempus.

7. Eodem porro tempore, quo datum illud *Oraculum* fuit, *ſimul* Aeſculapius *juſſit, ut* Ariſtides *in fluvio, qui urbem* [Smyrnam] *praeterfluit, lavaret*: καὶ ἅμα κελεύει κατα-

1 De Epochis Syro-Maced. Diſ. L. C. II. p. 28.
2 Diſſ. Antiq. p. 378.
3 Vid. pag. 522, 526, 527. ubi τὸ τῆς χρησμῳδίας τῆς περὶ τῶν ἐτῶν.

βάντα

Κάντα εἰς τ πετταμὸν, τ. ἀεὶ τῆς πόλεως ἑστῶτα, λόφους, &c. (*Meletem* nempe designat, qui *prope muros* Smyrnae *labebatur*, ut scribit *Strabo* Lib. XIV. p. 956.) *Media autem*, pergit, *erat hiems, & asper Boreas, ac glacies*; ἦν δὲ χ δὴ μέσος χειμών, &c. (p. 519, — 521.)

ANNO { *Urb. R. DCCCXVI.*
Aer. Vulg. CLXIII.
Aristid. Aet. XXXIV, XXXV. Morbi IV.
M. Anton. & L. Veri III.

COSS. Laeliano[1] *& Pastore.*

1. Quam *Smyrnae* moram, post *Phocea* reditum, fecerit, nullibi *Aristides* indicat. Nihil tamen obstare videtur, quominus arbitremur, eum hoc anno labente *Pergamum* repetiisse; atque ad ejus *aestatem* connectamus proximam *lotionem*, quam, post priorem illam *Smyrnae* factam, describit pag. 530. Cum enim suam de *Oraculo annorum*[2] narrationem absolvisset, continuo addit; *Jam vero de lotionibus, ut existimo, dicendum est, quas nobis injunxit* [Aesculapius:] *siquidem initio simul cum Oraculo,* καὶ τὸ ἐξ ἀρχῆς ἅμα τῇ προρρήσει, *Lotionem in fluvio imperavit. Cum Catarrhis premerer, & e Palato laborarem, omniaque concretione essent referta & igne, atque stomachus, praeter alia multa, haberet pessime, concluseque essem AESTATIS tempore,* θέρους ὥρᾳ, *& quidem PERGAMI apud AEDITUUM*[3] *Aesculapii,* ἐν τῷ τῆ Νεωκόρε Ασκληπιοῦ· *primum sanguinem jussit* [scil. in somnio] *e cubito emittere, usque ad centum libras.* Quod de larga sectione interpretatus est; adeo ut *Aeditui, qui id aetatis essent, & omnes Dei Ministri ac Custodes,* χ πάντες οἱ περὶ τ Θεὸν θεραπευταὶ χ τάξεις ἔχοντες, *affirmarent, se adhuc neminem vidisse, qui tam crebro secaretur. — Altero, vel tertio post die, rursum praecepit frontem incidi, simulque idem injunxit* Sedato, Senatori Romano (p. 531.) Hunc superius ostendimus *Pergami* aegrotantem degisse, cum Aristides, labente secundo morbi anno, studia renavavit, primumque ex tempore declamavit. (vid. An. Ch. CLXI. n. 2 & 6.)

2. *Inter has autem sectiones*, Aesculapius *jussit* Aristidem *in CAICO lavare*, abjectisque *lanis*[4] *iter facere*, &c. (pag. 531. seq.) Ἐν μέσῳ δὲ τούτων τῶν φλεβοτομιῶν προσέταξέ μοι τὸ λουτρὸν τὸ ἐν τῷ Καΐκῳ, &c. Cum vero & postea (p 551.) Pergamus in Colophonii Apollinis Oraculo dicatur *praeclarum Telephi Oppidum, haud procul a Caici fluentis,* πτολίσμα Τηλέφου κλυτὸν πιμῶν, Καΐκου ναμάτων ὀ πηλόθεν, inutile non erit, primum observasse, hancce Urbem *supra Caicum,* ὑπὲρ τ Καΐκου, pluries a *Pausania* dici[5]; atque *Strabonem* scribere, (Lib. XIII. pag 927.) *Caicum praeterfluere Pergamum, per Campum Caici dictum, ac fere optimam Mysiae partem*; quam nempe (Lib. XII. p. 857.) dixerat fuisse circa *flu-*

1 Sic omnino scribendum ex Cassiodoro, Prospero, Idatio, & Gruter. Insc. p. 126. nisi quod ibid. & in Idat. Fast. male prior littera à seqq. dividitur. Indeque facile emendantur Fasti Anonymi à Norisio vulgati, in quibus legitur *Lolliano & Pastore*; sicut & Fasti Gr. Flor. MSS. ubi ΚΟΤΑΙΑΝΟΣ. Adde & Fast. Oxon. qui habent, *Laelianus & Pastor*; atque *Laeliano Longino* Divos fratres rescripsisse, *Pand.* 48. de quaestionibus.

2 Καὶ τὰ μὲν τῆς προρρήσεως τ θεοῦ τ ἐτῶν.

3 Idem p. 526. dixerat, alium simul *Neocorum* nomine *Philadelphum* memorans, sicut & pag. 524. Unde, atque verbis seqq. clarum est, plures id genus Aesculapii *Neocoros* simul Templi curam gessisse. Alibi tamen, p. 484. *unius* modo meminit, cui Templi *claves* retulerit *Sacerdos*, ὁ Ιερεὺς, cum jam tempus esset *Sacrorum Lychnorum*; καὶ γὰρ εἶναι θεοῦ Λύχνους ἤδη τοὺς ἱερούς, τούς τε δὴ κλεῖς ἀναπομίζειν τῷ Νεωκόρῳ. Quae hic obiter adnotasse sufficiet; si insuper addidero, de *hora Sacrorum Lychnorum*, sub primam nempe vesperam accensorum, conferendam esse pag. 629. T. I.

4 Quibus scil. aliisque tegumentis ab initio Morbi necesse Nostro fuerat involvi, ut ipsemet testatur p. 514, 535, &c.

5 Lib. I. c. 10. p. 25. Lib. V. c. 13. Lib. VII. c. 16. Lib. VIII. c. 4. p. 606.

vium

vium Caicum, ac regionem *Pergamenem, uſque ad Teuthraniam*[1] *& Caici oſtia.* In hac autem regione, quod ſecundo notare eſt, fuerat olim *Teuthras* ille Cilicum & Myſorum Rex, qui *Augem*, ab Hercule vitiatam, duxerat uxorem, poſtquam cum filio *Telepho* ciſta incluſa a Patre *Aleo* in has oras mari appuliſſet. Huic deinceps *Telepho* regnum *Teuthras* reliquit[2], eoque *Duce* Pergameni *cum Agamemnonis copiis manum conſerere auſi ſunt*, ſi *Pauſaniam* (Lib. I. c. 4. p. 12.) audiamus. Is etiam teſtatur (Lib. VIII. p. 606.) & ſuo tempore Pergami fuiſſe *Auges Monumentum*, in quo *inſigne erat nuda mulier ex aere fabricata*; atque (Lib. V. pag. 407.) Pergamenis, *qui Telepho immolarant, religionem fuiſſe, ante in Aeſculapii* Templum *aſcendere, quam corpus abluerint.*

3. Poſtea LŌTIONUM catalogum proſequens, aliam *Smyrnae* factam ſub hiemis initium narrat, (p. 532.) *Alia quoque*, ait, *LOTIO Smyrnae fuit imperata INEUNTE HIEME*; *ita ut ad Thermas* (de quibus ſuperius ad An. Chr. CLX. n. 9, 10.) *progreſſus, non calida, ſed perfluente uterer, cum quidem dies totus humidus eſſet ac frigidus*, &c. Ετιεσν τοίνυν ΛΟΥΤΡΟΝ ἐν Σμύρνῃ ωεσσετάχθη ΧΕΙΜΩΝΟΣ ἰσαμβύς, &c.

4. Ante porro finem anni *Pergamum* rurſus petierit, ſi quidem, ut videtur, immediate ſecuta fuerit quarta, quam ſubjungit ibidem, *LOTIO*, his verbis: *Similiter Pergami rurſum, cum hiems eſſet*, χειμῶνος τε, *& tam tenui corpore, ut longo admodum tempore non prodirem in publicum*; ὥϛε πολὺ χρόνον πάνυ τῦ οἰκήματος ὐκ ἐξέβλυ οὗ κατεκείμην· *juſſit in fluvio, qui urbem perfluit, lavare*; ἐκέλευσε λόσασθαι τῷ ποταμῷ, τῷ ἀϕ' τῆς πόλεως ῥέοντι, &c. *Dies autem BRUMALIS erat*, καὶ γὰρ ἦν ἡ ἡμέρα χειμέριος· ἦν, qua, amicorum ſtudioſiſſimis comitantibus, Urbe egreſſus eſt, *via Hipponia aſcendens, ut puram aquam, quaeque nondum fuerat URBI permiſta, nanciſceretur*, &c. (pag. 533.) Quibus *Brumae* diem, ſeu hiemalis *Solſtitii*, deſignat; quae apud *Pergamenos* & *Aſianos* cum menſis *Peritii*, ſeu *Poſideonis* ab aliis dicti, initio erat *Decembris* Romani XXIV; prout vel ex meo *Hemerologio* conſtat.

5. Eundem *fluvium*, qui Urbem *perfluebat*, τὸν ἀϕ' τῆς πόλεως ῥέοντα, memoraverat pag. 522. "ubi de ſomnio, quo jubebatur Ariſtides conſcenſis Bigis juxta illum progredi, do-"nec extra oppidum veniſſet. Is nimirum erat SELINUS, qui, *Plinio* Lib. V. c. 30. ſcribente, *Pergamum intermeat, praefluit CETIUS, profuſus Pindaſo monte.* Ille cernitur in *Aelii* Caeſaris Nummo, quem ut ſuum Cl. Vaillantius[3] ſic deſcribit: ΣΕΛΕΙΝΟΣ ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ· *Fluvius imberbis virili habitu decumbens dextra arundinem, ſiniſtra cymbam tangit, urnae innixa.* At male eum *Troadis fluvium* vocat. Nec melius, quod addit, *Cujus aquae, ob vada tumultuantes, curſu rapidiſſimo fluunt*[4]; *ideo pro torrentem aequante accipitur a Strabone Lib. XIII. p.* 616. Etenim ibidem Strabo de *Ceteio* loquitur, nullibi *Selinum* Pergami memorans. Equidem cum Ariſtides in *Selino* lavaret, tum fluvius *lapides volvebat*, ut hi *foliorum inſtar circumfluerent*, atque *ſonitus eſſet ſtrepituſque gravis.* (p. 533.) Verum ſuperius obſervaverat, non modo *hiemem* fuiſſe, ſed & flumen *imbribus multum creviſſe.*

6. Abſonum porro non erit, ſi pauca ſuperaddiderim de alio inſigni Nummo, in quo Celeberr. Antiquarii autumarunt, ſe utriuſque fluminis *Selini* & *Cetii* nomen effigiemque reperiſſe; cum tamen ego ipſis meis viderim oculis aliter ſe rem habere. Scilicet protulerat vir eximius *Ezech. Spanhemius* libro de Praeſt. Numiſm. (p. 485. Ed.

1 Hinc apud *Ovidium* Metam. Lib. II. v. 243. *Teuthrantaeuſque Caicus*; atque *Plin.* Lib. V. c. 30. *ex Myſia veniens, & in Teuthrania ortus* dicitur, &c.

2 Rem, ſeu fabulam, fuſe tradunt *Strabo* Lib. XIII. p. 915. *Pauſanias* Lib. VIII. c. 4. p. 606.

3 De Numm. Impp. Gr. p. 39, 350.

4 Verba ſunt *Tho. Smithii*, Vaillantio tamen innominati, *Notit.* Sept. Eccleſ. p. 12. Ubi teſtatur, ſuperiorem Pergami partem allui a *Selino*, ita ut ex alterutra parte habitaretur; eundemque verſus *Carbam* (South-weſt wind) in *Caicum* ferri.

in 4°.) ex *Chriſtinae* Reginae Gaza[1], Nummum ſub M. Aurelio a Pergamenis ſignatum, *in cujus averſa parte* Aeſculapii *Statua Cippo innixa*; *utrinque duo Fluvii recumbentes*, *cum ramis Apii*, *ut videtur*, *aquatilis*; *infra duae Coronae*; *haec inſcriptio*: ΕΠΙ CTPA ΚΑΛΛΙCΤΕΟΥC CΕΛΕΙΝΟ ΚΗΤΕΙΟC ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ Β. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. *Sub Praetore Calliſteo*, *Selinus*, *Ceteius*, *Pergamenis bis Neocoris*[2]. Ex eo deinceps eandem Inſcriptionem *Harduinus* Lib de Popp. Num.[3] mutuatus eſt. Similem, ſi pauca excipias, Cl. *Vaillantius* exhibet, (L. C. p. 55, 351.) ex ejuſdem *M. Aurelii* Nummo in M. Ducis Hetruriae Gaza: ΕΠΙ CTPA ΚΑΛΛΙCΤΕΟΥC CΕΛΕΙΝΟC ΚΕΤΙΟC ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ ΔΙC ΝΕΩΚΟΡΩΝ. *Aeſculapius Cippo impoſitus*, *hinc & inde Fluvius decumbens*, *dextra ramum*, *ſiniſtra Cornucopiae*.

Verum haec haud parum erronea hic obiter veniunt emendanda, bonuſque vir & Doctus *Triſtanus* merito vindicandus, ut qui ſolus, uti & primus, optime, una tantum littera excepta, Nummum repraeſentavit; etiamſi Cl. *Spanhemius*, & poſt eum *Harduinus*, affirmaverit, illum Nummi, *praeter alia*, *veram Scripturam haud eſſe aſſequutum*, &c. Profecto cum ego Nummum in Gaza Medicea aſſervatum diligenter tractaverim, ſancte poſſum aſſeverare, eundem in aere primi moduli ſatis integrum & elegantem tum fuiſſe, atque haec clare cernenda prae ſe ferre: In anteriore nimirum parte circum M. AURELII cap. Laureatum legitur, ΑΥΤ. ΚΑΙ. Μ. ΑΥΡΗΛ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟC CΕΒ. Dein in averſa ſignantur *duo fluvii decumbentes*, *columna intermedia*, *cui Aeſculapius inſiſtit*; infra ſub fluminibus ab *utraque columnae parte duabus lineis* CΕΛΒΙΝΟ ΤΙΩΝ: ΠΕΡΓΑ ΜΗΝΩΝ. *in ipſa columna quatuor lineis* ΔΙC, ΝΕΩ, ΚΟΡ, ΩΝ. *in ambitu ſup.* ΕΠ. Β. ΚΑΛΥCΤΕΟΥ. Apud *Triſtanum* vero in Nummi delineatione ΔΥC modo male ſcribitur, quod ipſe tamen agnovit pro ΔΙC eſſe. Hic igitur nuſquam apparet ΚΗΤΙΟC, *fluvius* ille, ſi *Plinio* fides, qui Pergamum *praefluerit*; quamvis antiquior & accuratior *Strabo* expreſſis ſcribat verbis (Lib. XIII. pag. 916) *In Elaitide TORRENS paene amnem aequans nomine CETIUM*, ΚΗΤΙΟΝ, *is in alium haud diſſimilem*, *hic rurſus in alium talem illabitur*; *denique CAICUM augent ſuo influxu.* Neque alii hoc in Nummo fluvii ſunt quaerendi, praeterquam CAICUS, ac SELINUS, a quo SELINOTII ibidem cognominantur *Pergameni*. At de his alibi opportunius & fuſius diſſerendum.

ANNO { *Urb. R. DCCCCXVII.*
Aer. Vulg. CLXIV.
Ariſtid. Aetat. XXXV, XXXVI. Morbi V.
M. Antonini & L. Veri IV.

COSS. M. Pompeio Macrino & P. Juventio Celſo[4].

1. Cum proxime viderimus, *Ariſtidem* exeunte anno in *fluvio* Pergamum intermeante lavantem, tuncque tam debili fuiſſe corpore, ut *per longum tempus* non prodiiſſet in publicum; his proinde videtur annectendum eſſe, quod p. 524. ſeqq. tradit ſibi contigiſſe *hieme*, *Pergami*, & *cum jam per MULTOS MENSES decubuiſſet*, propter *nimiam corporis debilitatem*. Χειμῶνος τὲ ὥρα, χ) ἅμα τῳ ἄχει ἀδύνειαν σκληὸν τ σώματος·

1 In ejus tamen Catalogo, poſtea edito, non reperitur.

2 Eandem repetit in poſtrema illius Operis Ed. T. I. p. 508. ſicut & ante in Epiſt. IV. ad *Morellium*; ubi plura profert ad iſtius Nummi illuſtrationem, quae illa p. 508. omittit, quod eſſent *alibi opportunius reponenda*; etſi nec T. I. nec II. habeantur.

3 In voce ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ· ubi ſimul aſſerit, eundem Nummum reperiri & apud *Triſtanum*, *ſed mendoſe*, *& apud Sponium*, *in Itiner.* At hic ad *Caracallam* refert Nummum, &c.

4 Ex Latere apud *Fabrettum* Inſc. p. 507. ſic ſupplendi Faſti.

MH-

ΜΗΝΩΝ γὰρ συχνῶν ἐκείμλω ἔνδον. Narrat nempe ſomnia *Philadelpho*, uni ex Aeſculapii *Neocoris* [1], atque ſibi ab Aeſculapio immiſſa, quibus tandem perſuaſus eſt *Abſinthium aceto temperatum* bibere, & quidem per duos dies, ac *quantum ante nemo.*

2. Poſt *Pharmacum* melius ſe habuiſſe Noſter indicat; ideo *Lotionem*, quae in Catalogo ſequitur, ELAEAE factam, (quo, ut *in Mari lavaret*, eum *Aeſculapius miſerat*) ad *hiemis* exitum referimus; quod inſuper teſtetur, tum *vehementem* adeo fuiſſe *Boream*, ut ipſe *egreſſus neceſſario contegeretur*, p. 534.

ELAEA vero, ΕΛΑΙΑ, teſte *Strabone*, (Lib. XIII. pag. 914.) NAVALE fuit [2] *Pergamenorum*, CXX. *ſtadiis diſtans Pergamo*, ac XII. ſtadiis a flumine *Caico*, meridiem verſus [3]. Inde eſt quod Noſter alibi, (Tom. I. p. 620.) iter ſuum *Smyrna* praedictam uſque Civitatem deſcribens, doceat, poſtquam ELAEAE ſomnum ceperat, *die ſequenti*, τῇ ὑπνώσῃ, *Pergamum intraviſſe.*

3. Deinde, juxta *Lotionum* Catalogum, *Ariſtides* cum *ſub dio unctus in ſepto Templi* fuiſſet, ἐν τῷ περιβόλῳ τοῦ Ιεροῦ, *lavit in ſacro PUTEO*; κὴ ἐλούμεν τῷ φρέατι τῷ ἱερῷ, &c. (p. 541. ſeq.) Mox ad reliqua progrediens addit; Ην ἰσημερία ἡ μὴ χειμῶνα. *Cum ſub Aequinoctium Vernum luto ſe homines in honorem Dei conſpergerent, nec mihi ſine mandato liceret ex loco diſcedere, abſtinui: ac tempus, quantum memini, valde calidum erat. Poſt dies paucos tempeſtas oritur, Borea totum impellente coelum, — ac nova redit hiems. Tum vero luto me juſſit uti, juxta ſacrum PUTEUM,* περὶς τῷ ΦΡΕΑΤΙ τῷ ἱερῷ, *atque ibi lavare*, &c. *Subſequente vero nocte jubet iterum luto conſpergi, ac ter circum Templa currere,* κὴ δραμεῖν κύκλῳ περὶ τὸς Νεὼς εἰς τρὶς. *Erat autem Boreas immenſus, & frigus immenſum*, &c. p. 543. ſeq.

4. Poſt haec, inquit, *vernam egimus diem*: Ημεῖς δὲ ἤδη τὸ μὴ τῦτο πρωινὸν ἤγομεν ἡμέραν. p. 544. Quantum tamen & quamdiu vires recuperaverit, haud ulterius indicat; nec quid egerit ante *Lotionem* in Catalogo proxime ſequentem, *hieme* pariter factam; quam proinde ad anni ſubſequentis initium alligabimus. Utrum vero *Pergami* continuo per medium iſtud intervallum degerit, definire nequeo. Nulla quoque ex ejus *Orationibus* neceſſario videtur huic, potius quam ſubſequentibus annis, aſſignanda.

ANNO { *Urb. R. DCCCCXVIII.*
Aer. Vulg. CLXV.
Ariſtid. Aetat. XXXVI, XXXVII. Morbi VI.
M. Antonini & L. Veri V.

COSS. M. Gavio Orfito, & L. Arrio Pudente.

1. Exeunte anno ſuperiore & hoc ineunte, *Pergami* degentem, *febri*, per *quadraginta dies, atque etiam plures*, Ariſtidem *laboraſſe*, teſtatur, narrando quae ad *hiemalem* illam *Lotionem*, modo indicatam contigerunt; *Rurſum*, (inquit p. 544.) *hieme*, αὖθις ὁ χειμῶνος ὥρᾳ, *cum glacies eſſet, ac ventus frigidiſſimus, jubet me, ſumpto luto, in Aula ſacri Gymnaſii ſedere. — Nec minori fuit admirationi, quod cum per dies quadraginta atque etiam plures,* ἡμέρας τεσσαράκοντα κὴ ἔτι πλείυς, *febri laboraßemus; atque portus & littus, quantum ad mare Elaiticum patet venientibus Pergamo, eſſet concretum*; κὴ τὸ περὶς Ελαίᾳ θαλάττης

1 In ejus vero Collegae, cujus nomen tacet, *Aedibus tum agebat; cum quo pleraque SOLITUS erat communicare ſomnia*: κὴ ἅμα εἰώθειν κοινῶσθαι πὶ πολλὰ τῶ ἐνυπνίων αὐτῷ. p. 526.

2 Illuc deſcendente & in ſinum *Elaiticum* illabente *Caico*, ad quem *Pergamus* ſita. Adde *Ariſtid.* Tom. I. p. 544.

3 Congruenter *Mela* (Lib. I. c. 18.) *Caicus*, ait, *inter Elaeam decurrit & Pitanen*; ſcil. in *Sinum* inde *Elaiticum* dictum, *poſt Pitanen*, (a Troade, ſeu ſeptentrione ſi cum Strabone progrediamur) *ſtadiis* XXX. Dein *trans Caicum* XII. *a flumine ſtadiis Elaea eſt, urbs Aeolica*, &c. Strab. p. 914.

ὅσον

ὅσον ἐκ Περγάμε καπίντι ὁ αἰγιαλὸς ἐπίχει· *tum Deus lineam duntaxat tuniculam imperavit ſumere, in eaque de lecto egreſſum, in fonte extra Urbem lavare*, &c.

2. Hic quoque notandum, quod ſubdit de ſuo per *hiemes* more, *nudis pedibus* continuo incedendi, atque *decumbendi* in quacunque Templi parte, & *ſub dio* quidem, *ac ubicunque videretur, nec raro in via Templi, ſub ipſa DEAE* [Lunae, puta] *Lampade*. Ἀδελφὰ ὧν τούτων [Lotionum] καὶ αἱ τῶν ΧΕΙΜΩΝΩΝ ἀνυποδησίαι αἱ συνεχεῖς, καὶ ἁπλῶς πάντος τοῦ Ἱεροῦ καταυλίσεις, ἐν ὑπαίθρῳ τε καὶ ὅπου τύχοι· καὶ οὐχ ἥκιστα δὴ ἐν τῇ ὁδῷ τοῦ Νεῶ, ὑπ' αὐτῷ τῷ ἱερᾷ λαμπάδι τῆ Θεᾷ γεγομένη. (p. 545.)

3. Dein & de ſuis *Lotionibus* ab Aeſculapio imperatis hanc generalem ſubjungit obſervationem; *Jam quoties Fontibus, Fluviis, aut etiam Mari nos uti, vel ante vel poſt iſthaec*, ἢ πρότερον τούτων ἢ ὕστερον, *juſſerit, partim ELAEAE, partim SMYRNAE, & quibus temporibus, infinitum eſſet narrare ſingula*. Ideo illis & II. *Sermoni Sacro* coronidem imponit, narrando, quae *nuper* ſibi contigerant *Epheſi*; quaeque proinde longo poſt haec tempori ſunt aſcribenda.

4. Caeterum quae hactenus juxta ſeriem ab *Ariſtide* ſervatam variis aſſignavimus annis, haud parum confirmantur ex alio *primi Sermonis Sacri* loco, ubi *Diarium* conficit per duos menſes, *Poſideonem*, ac *Lenaeonem*, quorum ille *Decembris* Romani XXIV. die incipiebat: & quidem cum *Quadratus* Aſiam regeret; cujus Proconſulatum hoc iniiſſe anno, proxime demonſtramus. Ibi nempe (p. 503.) recitatis, quae ad *Menſes* illos ſpectabant, ſcribit, ſe *jam illuviei*, ſeu a Balneo abſtinentiae, *aſſuefactum* fuiſſe *per QUINQUE continuos ANNOS, & aliquot inſuper MENSES*, πέντε ἐτῶν συνεχῶς, καὶ πρὸς ἔτι μηνῶν· *niſi cum HIEME in MARI, FLUVIIS, vel PUTEIS lavare juſſit* Aeſculapius. *Similiter*, addit, & *ſuperiori purgatione*, ὡς δ' αὖτως καὶ τὸ τῆς καθάρσεως τῆς ἄνω· *circiter per duos annos, ac totidem menſes ſum uſus, cum infinitis Clyſteribus, & venae ſectionibus; idque exiguo fultus alimento, nec niſi neceſſario.*

Jam vero ſi *annos quinque* & *menſes aliquot*, i. e. tres ſaltem quatuorve, ab initio anni ſubſequentis, Ch. CLXVI. (cujus Feb. XX. die exibat menſis iſte Aſianus *Lenaeon*) retro ſupputemus; ſic ad exitum deveniemus anni Chr. CLX. quo ſupra diximus Ariſtidem, primo deſinente morbi anno, ex Italia Smyrnae reducem ad *Thermas*, huic Urbi vicinas, ab Aeſculapio miſſum, ac *nudis pedibus* ire juſſum fuiſſe, cum jam *hiems* eſſet. Illinc itaque recte procedit *quinquennium* illud cum *aliquot menſibus* abſtinentiae a Balneis. Quo proinde intervallo contigerunt illae *Lotiones* extraordinariae in Mari, Fluviis, &c. quae ſupra ordine Chronologico recitavimus, & quantum licuit ſuis reddidimus annis.

5. Ex iiſdem porro calculis patet, QUADRATI Proconſulatum ſexto Ariſtidis Morbi anno coepiſſe; quandoquidem illius mentio fit in illo *Poſideonis*[1] Diario, ut qui jam Aſiam ſub regimine teneret. Deinde, uti vel ex *Dione* (Lib. LX. p. 672, 676.) conſtat, qui Provincias *ſortiebantur*, i. e. Proconſules, *Roma diſcedere ante medium Aprilem* tenebantur ex legibus ab Imp. Claudio latis. Nec ultra annum Provincias, praeſertim Aſiam & Africam, adminiſtrabant.

6. Praeterea probare, *Quadrati* Proconſulatum ad hoc tempus pertinere, poſſumus ex iis, quae in eodem *Diario* de Somniis, menſe *Lenaeone* habitis, recitat[2]. Ad diem enim *quintum* (i. e. Januarii Rom. XXVIII.) ſibi videbatur ad *Imperatorem, qui in Syria tum erat*, eſſe miſſum, atque *ad eum acceſſiſſe*: καὶ μὴ τοῦτο ἐγίγνετο ἢ πρεσβευτὸς ἢ πρὸς τὸν Αὐτοκράτορα, ἐπεπόμφειν ὑπὸ πρὸς τὸν ἐν τῇ Συρίᾳ τότε Αὐτοκράτορα. Dein ad diem XII[3]. *ANTONINUS, Imperator ſenior, & Hoſtium REX* (quem mox *Vologeſum*, Βολόγεσον appellat)

1 Tom. I. Serm. Sacr. I. pag. 489. ad *Poſideonis* VII. a fine, hoc eſt *Januarii* Rom. XVII. ex *Hemerologio* Noſtro.

2 Ibid. p. 492. ſeq.

3 Hoc eſt *Februarii* Rom. IV.

pellat) *FOEDERA inter ſe & amicitiam contrahere videbantur.* Illis nimirum *L. Verum* indigitat, qui ab anno Chr. CLXII. labente, ad CLXVI. in *Syria*, Parthico praefectus bello, degit. Poſterioribus vero verbis manifeſte ad *Pacem*, hoc anno cum *Volegeſo* Parthorum Rege ſancitam, alludit *Ariſtides*, quaſi haec, dum fieret, ſibi divinitus praenunciata fuiſſet.

7. Aliud argumentum pro *Quadrati* Proconſulatu ad hoc tempus alligando haud invalidum, nobis *Acta* Martyrii S. *Polycarpi*, *Chronicon Alexandrinum*, &c. ſuppeditant. Iis enim docemur ſanctum huncce *Smyrnenſis* Eccleſiae Epiſcopum mortem obiiſſe ſub QUADRATO Aſiae Proconſule, & quidem die *Xanthici ſecundo*, qui tum erat dies SABBATHI, ſeu feria ſeptima. Atqui juxta N. *Hemerologium* iſte *Xanthici* dies *ſecundus* erat in Anno *Aſiano* idem ac dies *Februarii* Rom. XXIII. Is vero a *Graecis* Chriſtianis celebratur tanquam S. *Polycarpi* emortualis; atque idem Anno Ch. CLXVI. in diem *Sabbathi* cadebat. Quae ſi omnia ſimul rite conferantur, manifeſtum, ni fallor, vel invitis Criticis, erit, *Ariſtidis* teſtimonium maxime juvare S. Martyris Hiſtoriam, hancque viciſſim illud confirmare. Cum autem hic locus non ſinat, ut longius quae ad S. *Polycarpi* Martyrium pertinent pertractemus, atque difficultates a plurimis doctiſſimiſque viris hac de re motas ſolvamus; ideo ſatius viſum eſt, *Mantiſſam* ad calcem ſubjungere, ut aliquando tandem totum hoc negotium, tenebris, quibus hucuſque fuit involutum, expulſis, in clariſſima luce ponatur.

8. Illis ita diſcuſſis, jam expeditior fiet *Ariſtidis* narratio, quae ad haec tempora ſpectat. Hoc igitur anno labente rurſus SMYRNAM ſe contuliſſe, ex illis intelligimus, quae ibidem ipſi evenerunt, cum jam *Quadratus* in Aſia Proconſul verſaretur; & quidem *ineunte anno*, videlicet Aſiano, atque proinde *Autumno*, quo principium annus iſte ſumebat, *Septembris* nempe Romani XXIV. die, prout ante indicavimus. Etenim *Sermone Sacr.* IV. honores a variis Aſiae Proconſulibus ſibi tributos recenſens, haec *Quadrato* Proconſule peracta, hic neceſſario tranſcribenda, quamvis prolixiora ſint, habet: (Tom. I. p. 613. ſeq.) ὁ Σοφιστὴς, ᾧ μικρῷ πρόσθεν ἐμνήσθην, ἦρχεν. *Sophiſta, cujus paulo ante* (p. 579.) *memini, Provinciam regebat*[1]. Ἰσημβρίᾳ δὲ τῷ ἔτους, καὶ γινομβρίης Ἐκκλησίας τῇ πρώτης· *Ineunte autem anno, cum prima haberetur Concio, venerunt ex Populo,* ἐκ Δήμου, *qui me vocarent; cum quia longo poſt tempore adveneram,* ἀφ' χρόνου τε ἀφιγμβρον, *tum quod renuntiabant, ſe mea cauſa publice ſacrificaturos eſſe, quemadmodum jam ſaepius ante fecerant. Poſtquam in Concionem,* εἰς τὴν Ἐκκλησίαν, *veni, & Populus more ſolito plauſum edidit; tum qui ad eam rem ſubornati erant, COMMUNE TOTIUS ASIAE SACERDOTIUM,* τὴν Ἱερωσύνην τὴν κοινὴν τῆς Ασίας ἀναθέντες μοὶ, *mihi detulerunt nec difficulter Populum in ſuam perduxere ſententiam. Quin etiam Magiſtratus,* αἱ Ἀρχαὶ, (Archontes) *me circumſtiterunt, alius aliunde laudantes ac acclamantes, & cum Populo certatim nos adhortantes. — Facta vero dicendi copia, perſuaſi Populo, ut, hac ablata dignitate, AESCULAPII SACERDOTIUM,* Ἱερωσύνην, *libenter mihi decerneret: cum quidem Templum, quod eſt ad exteriorem PORTUM, extrueretur. Quin & reſponſum noſtrum ſatis placuit. — Verum poſtea SENATORES*[2] *SMYRNAEI in SUPERIOREM PHRYGIAM ſunt profecti, ac nomen meum in publico CONCILIO,* ἐν τῷ Σωσιδρίῳ τῷ κοινῷ, *erant oblaturi. Id ego praeſentiens, Nutritium miſi ZOSIMUM; ac tertio, vel quarto loco ſum electus. Deinde provocavi; vocavit PROCONSUL; vocavit SERVATOR* [Aeſculapius] *PERGAMUM; cum in ſolito PRAE-*

1 Non vero, ut perperam *Canterus* vertit, *Praeturam gerebat.* Sic & pag. 614, 615. quater Ἡγεμὼν ipſi *Praetor* eſt; quam vocem & alibi ſaepius uſurpat, cum ubique *Proconſulem* dicere debuiſſet. Quod hic ſemel obſervaſſe, ſatis erit.

2 Σωσίδρες Σμυρναίων vocat; male vero Canterus *Judices.*

DIO[1] *tunc temporis verſarer, quo me ille miſerat,* διτταῖον δ' ἐν τῷ ΧΩΡΙΩ τῷ ἐωθόπι τοῦτον ἤδη ἢ χεῖνον, αὐτὸς γε πέμψαντος.

9. Ex iſto autem loco plurima docemur notatu digniſſima, praeter illa, quae in anteceſſum exinde probari affirmavimus, quaeque adeo manifeſta ſunt, ut longius iis immorari haud ſit neceſſe. In primis obſervanda, quae de *Templo* ibidem habentur, quod *Smyrnenſes* tunc aedificabant *Aeſculapio*, nec adhuc penitus abſolutum erat: ἐπὶ δ' ἦν ἐν κατασκευῇ τότε ὁ Νεὼς ὁ πρὸς τῷ ἔξω Λιμένι. At perfectum jam fuerat, cum *Pauſanias*, qui Ariſtidi Coaevus[2], (probaturus omnem Aeſculapii cultum ex *Epidauro* ab aliis Populis acceptum fuiſſe) haec Lib. II. de *Corinthiacis* Cap. 26. ſcriberet: Ἀπὸ δὲ τῶν Περγαμήνων Σμυρναίοις γέγονεν ἐφ' ἡμῶν ΑΣΚΛΗΠΕΙΟΝ[3] τὸ ὄπιθι Θαλάσσης. *Ad Pergamenorum imitationem SMYRNAEI Templum Aeſculapio, Noſtra Aetate, fecerunt, quod ad MARE ſitum.* Idem Auctor locum accuratius deſcribit Lib. VII. c. 5. p. 535. Ἐποιήθη δὲ κατ' ἐμὲ Σμυρναίοις Ἱερὸν Ἀσκληπιοῦ, μεταξὺ κορυφῆς τε ὄρους, καὶ Θαλάσσης ἀμιγοῦς ὕδατι ἀλλοίῳ. *Meo autem tempore conſtructum eſt a Smyrnaeis Aeſculapii Templum inter Montem & Mare.* Scilicet, juxta *Smyrnae* Topographiam apud *Strabonem*, (Lib. XIV. p. 956.) Urbis *pars in MONTE*[4] *erat aedificata, major in PLANITIE ad PORTUM & Magnae Matris Templum*[5] *ac Gymnaſium*: μέρος μέν τι ἔχουσα ἐπ' ὄρει τετειχισμένον, τὸ δὲ πλέον ἐν πεδίῳ πρὸς τῷ λιμένι, καὶ πρὸς τῷ Μητρῴῳ, καὶ πρὸς τῷ γυμνασίῳ. Unde ſimul intelligitur, quomodo Ariſtides (pag. 486) dicere potuerit, iſtud *Aeſculapii Templum* Smyrnenſe fuiſſe *in Gymnaſio*, ἐν τῷ Γυμνασίῳ, id eſt, intra ejus ſeptum. His addere licet ex ipſomet *Ariſtide* deſcriptionem Urbis, (*Orat. de Concord.* Urbb. Aſiae, Tom. II. p. 306.) ubi Smyrnam comparat *quadrato oblongo*, cujus *baſis erat ad littus*, *vertex* vero ad ſuperiorem partem, *Urbe a planitie pedetentim aſcendente.* Dein paucis poſt lineis, *Portuum* in plurali numero meminit, totum Urbis ornatum dicens eſſe ἐξ Ἱερῶν, ἐκ Λιμένων, ἐκ Λιμένων, ἐκ Δρόμων. Quibus etiam docemur, quare priori loco collocaverit Aeſculapii Templum ad *exteriorem Portum.* Confer. & T. I. p. 405, 410, 411.

Perperam porro Clar. *Harduinus* (de Numm. Popp.) autumat, *Ariſtidem* praedicta *Orat. de Concord.* teſtari, *Smyrnae fanum Aeſculapii fuiſſe.* Nam quod de *Aeſculapio* habet (pag. 305. non 307. ab Hard. citata) ad *Pergamum* ſpectat. Nec melius aſſerit[6] Numiſma *Antonini Pii* in Regis Galliarum Gaza, inſcriptum ΜΕΙΛΗCIΩΝ CMΥΡΝΑΙΩΝ, exhibere inſculptos *Apollinem Mileſiorum*, & *Smyrnaeorum Aeſculapium.* Nam id ipſum, jam inter ejuſdem Gazae Numiſmata maximi moduli editum, cernendos praebet

1 Illud nempe, quod ſupra prope *Smyrnam* & in ejus *Suburbio* fuiſſe oſtendimus.

2 Profecto Librum V. haud ante annum Chr. CLXXIII. exaravit; ſiquidem Cap. 1. a *Corinthi* reſtitutione (*Julii Caeſaris* auſpicio facta, vid. Lib. II. c. 1, 3. atque ultimo ejus Imperii anno, ſeu U. C. DCCX. ex Dione) numerat annos CCXVII. quorum ultimus, ſi utrumque aſſumas extremum, coincidet cum An. U. C. DCCCCXXVI. ac Chr. CLXXIII. Quin & Lib. VIII. ſcribebat, cum jam *M. Aurel. Antoninus* domuerat SAUROMATAS, a quibus SAUROMATICI cognomen ferre coepit in Trib. Poteſt. XXIX. quae incipit *Februar.* 25 die anni Ch. CLXXV.

3 Sic, aut Ἀσκλήπιον, ac Ἀσκληπίειον ſingulari numero Graeci vocabant *Aeſculapii* Templum; ut *Sylburgius* ad iſtum *Pauſ.* locum pridem notaverat, & poſtea Clar. *Spanhemius* ad Morell. Epiſt. I. pag. 79. cum ludi dicerentur, ΑΣΚΛΗΠΙΑ, ΑΣΚΛΗΠΕΙΑ, ΑΣΚΛΗΠΙΕΙΑ.

4 Qui, prout Recentiores in ſuis deſcribunt Itinerariis, ad Orientem eſt, e regione Maris Sinuſve Smyrnenſis, &c.

5 Ejuſdem Μητρῴου Ariſtides mentionem injicit Tom. I. pag. 65, 405. Quod ex iſto *Strabonis* loco, ac *Plin.* Lib. XIV. c. 5. uti & Lib. XVI. c. 27. recte ab Harduino emendato, patet fuiſſe extra *Smyrnae* muros. Erat autem iſta Dea *Cybele*, a Smyrnaeis dicta CIΠΥΛΗΝΗ, teſtibus Nummis & Marmoribus plurimis, non vero *Iſis*, ut Harduinus cenſet, male ad *Ariſtid.* T. I. p. 490. provocans, ubi memoratur *Iſidis Sacerdos Smyrnae*: cum & *Iſis* ea in urbe Templum habuerit, ubi & *Serapis* cultus; quod diſerte declarat Noſter, pag. 567. *Cum*, ait, *Iſidi & Serapidi quondam ſacra feciſſem in ISIDIS TEMPLO SMYRNAE*, &c. Ejuſdem Μητρῴου mentio in antiquo Smyrnaeorum & Magnetum Foedere, Marm. Oxon. p. 10.

6 Lib. de Numm. Popp. p. 465. Edit. in 4°. & p. 159. col. 1. Edit. in fol.

Apol-

Apollinem & Serapidem ſtantes, &c. Quod ipſemet Harduinus in Noviſſima Operis Editione ad vocem ΜΙΛΗΣΙΩΝ fatetur; quamvis nihil ad vocem ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ mutaverit.

Etiamſi vero *Ariſtides* iſtud *Aeſculapii Sacerdotium* a *Smyrnaeo* Populo petierit, idque ipſi *decretum*[1] fuerit libentiſſime; attamen eo functus non videtur. Addit enim, ſe *Smyrnaeis* poſtea reſpondiſſe, *ſe conſecrari nolle, priuſquam Deum ſciſcitatus eſſet*, idque illos *conceſſiſſe*; & manifeſtum fuiſſe, quod *Deus nondum iſta ſinebat perfici*, ſiquidem Smyrnaei Σωέδροι ad Publicum profecti *Concilium* ejus nomen detulerunt, ut ipſi aliud tribuerint *Sacerdotium*, quod nunc venit breviter conſiderandum.

10. Alteram hanc dignitatem ipſemet *Ariſtides* vocat τὴν ἱερωσύνην τῆς Ἀσίας. Quae ſimul cum ſubſequentibus manifeſte docent, *commune* iſthoc & totius *Aſiae* (Proconſularis nempe dictae) *Sacerdotium* idem fuiſſe, ac quod apud *Modeſtinum*[2] ΑΣΙΑΡΧΙΑ nuncupatur, velut univerſae *Gentis Sacerdotium*; uti & BITHUNARCHIA, CAPPADOCARCHIA: Ἔθνους Ἱερωσύνη, οἷον Ἀσιαρχία, Βιθυναρχία, Καππαδοκαρχία. Unde qui munere illo decorati fuerant, ASIARCHAE, ΑΣΙΑΡΧΑΙ, appellantur in antiquis Scriptoribus, non ſecus ac in Marmoribus & Nummis. Hi a ſingulis, quibus *Aſiae Communitas* conſtabat, oppidis[3], primum nominabantur in publica concione, ſub anni cujuſque initium, hoc eſt, ſub Aequinoctium Autumnale, habita. Deinde miſſis legatis, ſeu ΣΥΝΕΔΡΟΙΣ, ad *Commune Gentis Concilium*[4], ΚΟΙΝΟΝ ΣΥΝΕΔΡΙΟΝ, nomen ejus, qui Domi electus fuerat, renuntiabatur, tumque *Concilii* ſuffragiis unuſquiſque *Aſiarcha*, ſuo quidem ordine, confirmabatur. Iſthaec certa ſunt vel ex hoc Ariſtidis loco; quemadmodum jam doctis aliquot viris obſervatum, & in primis Eruditiſſ. *Henr. Valeſio* ad *Euſebii* Hiſt. Lib. IV. c. 15. nota, quam verbatim fere exſcripſit *Harduinus*[5], uti Ill. *Noriſius* ei merito exprobravit[6].

11. Plura vero hac de *Dignitate*, partim falſa, partim incerta, ſuperadduntur ab iiſdem, quae prolixe hic tractare non licet. Sine teſte v. g. affirmant, 1°. *Decem circiter* Aſiarchas a *Synedris* in communi Provinciae Concilio fuiſſe deſignatos[7]: 2°. Ex eorum numero Aſiarcham a *Proconſule Romano* electum eſſe.

Falſum porro eſt, 1°. *Unum* duntaxat Aſiarcham quotannis iſto functum ſacerdotio fuiſſe. Hanc *Valeſii* ſententiam Cl. *Spanhemius* eatenus probat, *ut tamen ſtatuendum ſit omnino, aut per vices hoc munus plures impleviſſe, aut vero unum Aſiarcham, ut reliquorum Principem conſtitutum.* Hoc eximius vir addidit temperamentum, quod plurium ſimul *Aſiarcharum* mentio occurrat *Actor. Apoſt.* XIX. 31. atque Ariſtides diſerte teſtetur, ſe *tertium aut quartum* Aſiarcham a Concilio electum eſſe. Quibus *Strabo* pondus ſatis grave ſuperaddit, ſcribens Lib. XIV. p. 960. ex Trallibus *SEMPER aliquos fuiſſe, qui Primates erant Provinciae, quos ASIARCHAS vocant*: ἀεὶ ΑΕΙ τινὲς εἰσὶν ἐξ αὐτῶν οἱ προεστῶτες τῆς τῶν Ἐπαρχίων, οὓς ΑΣΙΑΡΧΑΣ καλοῦσιν. Quod ut ad ſuam trahat Valeſius ſententiam, male Strabonis verba torquet, quaſi diceret, *Aſiarchas FERE ex Trallianis ſumptos fuiſſe, propterea quod ejus Urbis Cives totius Aſiae opu-*

1 Ἐψηφίζετό μοι ἡ Ἱερωσύνη τῆς Ἀσκληπιοῦ, &c. p. 614.

2 Leg. VI. §. 14. D. de Excuſat.

3 Numero XIII. fuiſſe, Cl. Harduinus (de Numm. Popp. V. *Aſia.*) affirmat ex Antonini Pii Nummo; in quo tamen *Commune* tantum *Ioniae*, dictum PANNONIUM, non vero *Aſiae* Proconſularis, cujus iſta Regio pars modo fuit, ſignatur; uti recte jam obſervavit eximius *Spanhemius* Tom. I. p. 644.

4 Quod cum variis in Provinciae locis ſucceſſive haberetur, hoc anno in *ſuperiore Phrygia* congregatum fuit.

5 Lib. de Num. Popp. p. 422. Ed. 1. & f. 146. Ubi tamen nova proponit ſomnia, quae ſunt amente prorſus digna.

6 Lib. de Epoch. Syromac. p. 257.

7 Sic Valeſius, quem ſequuntur Harduinus, & Noriſius locis cit. Iſtud forte ex *Tacito* Ann. IV. c. 55. colligebat; quod ibidem ſcribatur, *Undecim Aſiae Urbes certaſſe, ambigentes quanam in Civitate Templum* [Tiberio, Liviae, Senatuique ſacrandum] *ſtatueretur.* Sed locus rem nequaquam evincit.

lentiſſimi eſſent. Quae interpretatio Strabonis menti penitus repugnat. Nec juvat *Smyrnaeorum* de Polycarpi morte Epiſtola, ubi S. Martyr dicitur paſſus, ſi Valeſio credimus, *ſub Philippo Aſiarcha*, Proconſule autem Aſiae Statio Quadrato. Unde vir doctiſſ. ſic quidem ratiocinatur: *ſi plures erant Aſiarchae, non unus tantummodo nominari debuit.* Verum ibidem reapſe ſcribitur, Polycarpum Martyrio coronatum eſſe, *ſub ſummo ſacerdote Philippo*, ἐπὶ ΑΡΧΙΕΡΕΩΣ Φιλίππου, qui tamen paulo ſupra vocatur Ασιάρχης, quod nempe tum eſſet *Aſiarcha* ſimul & *Pontifex* Smyrnae.

12. Equidem Praeſtantiſſ. Spanhemius[1] ex hoc loco Epiſtolae Smyrnaeorum, probare voluit, *Aſiarchas* fuiſſe ſimul *Summos Sacerdotes*. Quod & ex Nummis adſtruere conatur, in quibus *Fronto* ſignatur *Aſiarcha*, & Pontifex, ΑΡΧΙΕΡΕΥΣ. Furius vero *Sacerdos* & *Aſiarcha*, ΙΕΡΕΥΣ ΚΑΙ ΑΣΙΑΡΧΗΣ. At miror, virum eruditum ſic ratiocinari potuiſſe. Paucis dicam, potuit certe aliquis, *Pontifex*, ſeu *Sacerdos*, ſimul & *Aſiarcha* dici, licet utroque nomine varia deſignarentur munera; quemadmodum & alii in Nummis occurrunt, qui una forent ΣΤΡΑΤΗΓΟΙ, *Praetores* in aliqua Civitate, atque ΑΣΙΑΡΧΑΙ, ſeu ex Provinciae *Sacerdotibus*. Deinde hoc etiam obſervandum, quod alibi demonſtrabo; unum ſcil. inter *Aſiarchas* fuiſſe *Primarium* & *Principem*; qui tamen proprio vocabatur titulo ΑΡΧΙΕΡΕΥΣ ΤΗΣ ΑΣΙΑΣ· dum alii ejus Collegae appellarentur duntaxat ΑΣΙΑΡΧΑΙ. Inde eſt, quod in Marmoribus tot reperiantur *Pontifices Aſiae*. Eorum nomine & auctoritate tantum decreta circa Ludos & Caeremonias dabantur, aliorum *Synaſiarcharum* nominibus omiſſis. Hoc invicte probatur *Reſcripto, quo Apollonius Eurycles Pontifex Aſiae deſignatus, & ſimul Templorum Smyrnae*, mandat *Aphrodiſienſibus*, quid eſſet agendum *circa Ludos*, quos FLAVIUS quidam *Lyſimachus* Teſtamento conſtituerat[2], ſumma Pecuniae ſatis ampla ad id propoſitum relicta. Illud Antiquitatis inſigne Monumentum, Imperante *Commodo* erectum, Cl. V. *Gul. Sherard* cum Comitibus deſcripſit, ex *Aphrodiſienſi* Marmore; idque proculdubio ejuſdem cura aliquando tandem publici juris fiet. Interim fas erit hoc exinde principium proferre: ΑΓΑΘΗ ΤΥΧΗ. ΜΑΡΚΟΣ ΟΥΛΠΙΟΣ ΑΠΠΟΥΛΙΟΣ ΕΥΡΥΚΛΗΣ ΑΡΧΙΕΡΕΥΣ ΑΣΙΑΣ ΑΠΟΔΕΔΕΙΓΜΕΝΟΣ ΝΑΩΝ ΚΑΙ ΤΩΝ ΕΝ ΣΜΥΡΝΗ ΤΟ Β. ΑΦΡΟΔΙΣΙΕΩΝ ΑΡΧΟΥΣΙ ΒΟΥΛΗ ΔΗΜΩ ΧΑΙΡΕΙΝ. ΒΟΥΛΗΘΕΝΤΩΝ ΥΜΩΝ ΠΡΟΝΟΙΑΝ ΠΟΙΗΣΑΣΘΑΙ ΜΕ ΚΑΙ ΤΩΝ ΚΑΤΑ ΤΟΥΣ ΑΓΩΝΑΣ ΔΙΑ ΤΕ ΤΗΝ ΠΡΟΣ ΤΟΝ ΜΕΓΙΣΤΟΝ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑ ΕΥΣΕΒΕΙΑΝ ΜΑΡΚΟΝ ΑΥΡΗΛΙΟΝ ΚΟΜΟΔΟΝ ΑΝΤΩΝΙΝΟΝ ΣΕΒΑΣΤΟΝ ΚΑΙ ΔΙΑ, &c. Caetera hanc materiam ſpectantia opportunius alibi proſequemur, virorumque alias doctiſſimorum hallucinationes emendare nitemur.

13. Cum porro Sophiſta N. ad Proconſulem *Quadratum* provocaſſet, ut iſto *Aſiae Sacerdotio* liberaretur; quod ſcilicet graviſſimum eſſet onus, cum Aſiarchae ad editionem Munerum, Ludorum, &c. conſtringerentur[3]; ideo, ſtatim ac novit, ſe in conſilio electum fuiſſe, *Pergamum* ſe contulit, ubi tum Proconſul verſabatur, Juridico Conventui dans operam. Hanc Urbem petenti, & quidem *Aeſculapii* juſſu, ſi illum audire velis, *altero poſt die, quam erat profectus, allata eſt Proconſulis Epiſtola. Ea*, inquit, *lecta, ego me jam a Deo vocatum eſſe dixi, currentemque incitari*, &c. Deinde ſignificat quidem benigne a Proconſule fuiſſe receptum, verum rem ulterius non apperit. (p. 615.) Adeo ut nullibi diſerte doceat, ſe revera fuiſſe a praedicto munere liberatum.

1 De Numm. T. II. p. 417.

2 In ipſo lapide ſic; ΑΓΩΝ ΜΕΝ ΔΗ Ο ΕΚ ΤΩΝ ΦΛΑΒΙΟΥ ΛΥΣΙΜΑΧΟΥ ΔΙΑΘΗΚΩΝ. Idem certamen in alio Marmore occurrit nomine ΛΥΣΙΜΑΧΗΩΝ ΑΓΩΝΩΝ, quorum *Perpetuus Agonotheta* dicitur alius ex eadem familia, *Fl. Antonius Lyſimachus, Sophiſta, Pontifex*, &c.

3 Id ipſum vel ex *Philoſtrati* loco patet, quem jamdudum in hanc rem protulit laudatus *Valeſius*. Ille enim *Sophiſt.* Vit. Lib. I. §. 21. de *Scopelliano* ſcribit; *Pontifex Aſiae fuit ipſe, Majoreſque ejus, filio ſuccedente Patri in eo Officio. Maxima autem haec Dignitas, magniſque impenſis conſtat*; καὶ ἔστιν πολλῶν χρημάτων.

14. Ad

14. Ad initium vero *Quadrati* Proconſulatus, pertinet, quod *Ariſtides* alibi (p. 597.) de ſuis ad eum *Litteris* narrat. *Cum Quadratus*, ait, *Orator ad Aſiae Proconſulatum veniret*, Αφικομένε γὰρ Κοδράτε ἐπὶ Ρώμης ὅτι τάχιστα ἐπὶ τὴν Ασίαν ἀρχήν, *exiſtimavi me ejus alloquendi occaſionem eſſe habiturum; cum praeſertim aliquot ſuperiorum temporum negotiis,* πραγμάτων ὄντων μοι πρὸς ἐκ τῆς ἄνωθεν χρόνων, *de quibus mox dicam, implicitus eſſem. Itaque ſcripſi ad eum de ſtatu meo, ac ſtudio univerſo.* Deinde, ſomnio hac de re narrato, addit, ſe nolle, ne arrogantiæ inſimularetur, dicere, quam bene fuerint *Litterae* ab ipſo *Proconſule* acceptae, & quo ſtudio ab aliis, dum publice legerentur, auditae; nec quid tum ille ad eas reſcripſerit, aut poſtea, *ſub finem Proconſulatus*; καὶ οἷα πλουτῶν ἐπεσεῖτο ὁ Αρχῆς ἐξιών. (p. 599.) Caetera, in Diario Menſium *Poſideonis* & *Lenaeonis* notatu digna, cum maximam partem ad ſubſequentem annum ſpectent, eo ſunt referenda.

15. Ex illo tamen hic obſervare eſt, Ariſtidem haud longam *Pergami* moram hac vice feciſſe, poſtquam ad *Quadratum* Smyrna veniſſet. Etenim eum per Menſes iſtos haud amplius Pergami, ſed in *Patria* degiſſe, patet ex variis, quae in eodem Diario profert, ſomniis, quibus aliquoties ſibi *videbatur* hac in Urbe, aut in Pergameni Aeſculapii Templo fuiſſe; atque praeſertim ex diſertis ejus verbis[1]. *Cum*, ait ibidem, *de itinere PERGAMUM verſus cogitarem*; ὅμως δὲ ἔτι διεσκοπούμην περὶ τῆς ὁδοῦ τῆς εἰς ΠΕΡΓΑΜΟΝ *propter ſuperiora ſomnia*; [de quibus modo dixi] *hic aperte ſum inhibitus. Nam cum circa veſperam aliquo viderer progredi, factum nolui; quod impoſſibile foret Hadrianotheras aſſequi*; ὅτι ἀδύνατον εἴη Αδριανοῦ Θήρας καταντῆσαι. *Quin & videbatur aliquis Hadrianotheris cum nonnullo Menandri libro venire, ac lutoſam eſſe & lacunoſam viam dicere, nec tranſiri poſſe. —— Et ego, quid tum, inquiebam, ſi Deus manere juſſit*, &c. His adde quae (p. 496. ſeq.) ad diem *Lenaeonis* XVIII. habet de *Sacerdote Jovis Olympii*, (qui ſcil. *Patrius* erat, ut §. III. n. 10. oſtendimus) de *Nutrice*, quae *contra ejus Aedes habitaret*, & de *corona*, quam proxima poſt ſomnium die ſibi appoſuit, & quae *ſumpta* fuit *de Templo Jovis Aeſculapii*[2], quod nempe, ſicut & Jovis Olympii, ante paternas Aedes erat, ex pag. 590. & ſeq.

ANNO { *U. Rom. DCCCCXIX.*
Aer. Vulg. CLXVI.
Ariſtid. Aet. XXXVII, XXXVIII. Morbi VII.
M. Aur. Antonini & L. Veri VI.

COSS. Q. Servilio Pudente, & L. Fufidio Pollione.

1. CUM exeunte anno ſuperiori, uti modo oſtendimus, Ariſtides in *Patriam* ſe contuliſſet, multum *Ventriculi* laboravit affectione, quam *Sermone Sac.* I. deſcribit, *ſingula* per duorum Menſium, POSIDEONIS ac LENAEONIS, *dies* computando. *Menſis*, (inquit p. 481.) *erat Poſideon, hieme, qualem noſtis*: Ην μὲν γὰρ Ποσειδεὼν[3] μὴν, ἵστε οἷος χειμῶνος, *cum ſtomachus per noctes ſingulas laborabat, me ſupra modum vigilante, adeo ut nec minimum quicquam poſſem concoquere. Cujus rei non erat minima cauſa frigus continuum. — Ita ut & ſudor hoc toto tempore conſiſteret, niſi cum LAVAREM.* Attamen DIARIUM, quod ſequitur, totum fere eſt in diebus adnotandis, quibus imaginabatur ſibi ab Aeſculapio in ſomniis imperari ILLUVIEM, ΑΛΟΤΣΙΑΝ, ſeu a Balneo abſtinentiam, uti & VOMITUM. Incipit a *duodecima*

1 Serm. Sacr. I. Tom. I. p. 500.
2 Gemino hoc nomine eum vocat & pag. 511, 8 9. idque haud temere fieri docet p. 67.
3 Is perperam *Decembr* dicitur *Cantero*, Interpreti Latino, ac uterque pari dierum numero decurrens, non ſecus ac *Lenaeon* cum *Januario*, exhibetur. Quas hallucinationes aliaſque jam animadvertit Ill. *Noris* de Epochis p. 32, 34.

Menſis illius *die*[1], quae in *Hemerologio* N. coincidet cum quinta *Januarii* Romani; licet *Poſideon* a *Decembris* XXIV. ineat; quod nempe bis *prima* illius dies repetitur, ad XXIV. & XXV. *Decembris*.

2. Moleſtum vero Lectoribus, non minus quam inutile fieret, ſi quidem ſingula *Diario* contenta huc transferrentur. Sat erit, illa tantum inſuper addere, quibus Ariſtidis Hiſtoria, ſimul & Inſtitutum noſtrum, illuſtrari poteſt. In primis igitur obſervanda mentio, quam facit QUADRATI, ceu tum *Proconſulis*. Deſcribens enim prolixum, quod die *Poſideonis* XXIV[2]. habuit, ſomnium; *Haec*, addit, *poſtea quoque apud QUADRATUM Proconſulem*, περὶ ΚΟΔΡΑΤΟΝ τὸν Ηγεμόνα, *narrare videbar, tanquam ſomnium*, &c.

3. Deinde ejuſdem Menſis die XXV. ſibi videbatur ſomnio[3] ad *Imperatorem* accedere, & ſimul colloquium habere, comite *Alexandro Praeceptore* ſuo, ἅμα Αλεξάνδρῳ τῷ Διδασκάλῳ, de quo jam (§. V. n. 3, — 7.) diximus. Cum vero Ariſtides hic non indicaverit, nec aliunde pateat, *Alexandrum* jam ante hoc tempus obiiſſe; hinc veriſimile ſaltem fit, eum revera hoc anno adhucdum in vivis fuiſſe, atque Sophiſtae N. *Orationem* in illius obitum ad inferiora ablegandam eſſe.

4. Ad diem porro *Lenaeonis* V. ſomnium refert, quo videbatur ad *Imperatorem in Syria* verſantem miſſus, ac ad eum fauſte acceſſiſſe: ἐπιπέμφειν δὲ περὶ ἡ ἐν τῇ Συρίᾳ TOTE Αὐτοκράτορα, καὶ συμβῆναι καλῶς. Poſtea "*duodecimo die*, ANTONINUS, Imperator ſe-"nior[4], & hoſtium Rex, VOLOGESUS, videbantur foedera & amicitiam inter ſe "ſancire, Σπονδὰς καὶ φιλίαν ποιεῖσθαι πρὸς ἀλλήλους, atque ipſe cum illis ſermones habere, & "Orationem coram recitare, &c. p. 492, — 495.

Iſthaec quidem jam ſupra memoravimus, at hic confirmandum nobis eſt Ariſtidis teſtimonium, quo diximus palam fieri, Imp. L. VERUM hoc tempore adhucdum in *Syria* degiſſe: maxime cum Cl. *Anton. Pagi*[5] contendat, VERUM anno proxime ſuperiori, Ch. CLXV. *Orientem reliquiſſe*, confecto jam bello Parthico; etſi fateatur, eum cum M. AURELIO triumphum de Parthis hoc tandem anno, Ch. CLXVI. duxiſſe.

5. *Capitolinus* autem ſcribit, (in M. Aurel.) Verum *poſt QUINQUENNIUM reverſum* eſſe Romam; atque (in L. Ver.) *poſtquam Antiochiam venit, ipſum quidem ſe luxuriae dediſſe, Duces autem confeciſſe Parthicum bellum — per QUADRIENNIUM*; & *per QUADRIENNIUM* Verum *hiemem Laodiceae, aeſtatem apud Daphnen, reliquam partem Antiochiae*. Atqui, eodem teſte, *Vologeſus* Romanis *bellum, paratum* quidem ſub *Pio*, nonniſi tamen quam *Marci & Veri tempore, indixit*, hoc eſt, poſt *Martii* VII. diem, Antonini Pii emortualem, *fugato Atidio Corneliano, qui Syriam tunc adminiſtrabat*. (in M. Aur.) Igitur haec Parthorum expeditio vix Romae noſci ante adultam anni Ch. CLXI. *Aeſtatem* potuit. Supponamus ſaltem tum omnia fuiſſe ad *Veri* in Syriam Profectionem parata; vix tamen Italiam reliquit ante *Autumnum* etiam adultum. Poſtquam enim Verus *ad Parthicum bellum, Senatu conſen-*

1 Quam, & duas ſeqq. *Domi* ſe continens & *ambulans*, velut in *Feſto* peregit, cum Aeſculapii *Pervigilium*, ἡ τῆ Διὸς Παννυχὶς, incidiſſet *in priorem diem feſtum Neptuni*, τὴν πρώτην ἱστάμενον, τὴν τοῦ Ποσειδῶνος. Hujus autem ſolemnis feſtivitas apud *Atticos* initium menſis occupans, nomen Menſi dederat. At eadem ſorte, cum Aſiani annum aſſumpſerunt Solarem, in *Poſideonis* fixi XII. diem tranſlata fuit, quod tum diei Poſideonis Atticorum Lunaris *primo* reſponderet, atque intra certum a Solſtitio Brumali tempus eſſet celebranda.

2 Tom. I. p. 488. Ἐνάτην, ſcil. φθίνοντος, ut habet p 491, ubi de die menſis XXVIII. τρίτη φθίνοντος, *ſeptima* & *tertia* a fine; juxta Graecorum morem, quo menſem in duas praeſertim partes dividebant, ἱσταμένου & φθίνοντος.

3 Ibid. pag. 489.

4 Cujus & alterius *junioris* inferius meminit, ex ſomnio ad XIX. *Lenaeonis* immiſſo, p. 497, — 500.

5 Critic. in Annal. Baron. Tom. I. ad An. Ch. 166. n. 11.

tiente,

tiente, miſſas, eumque *Marcus Capuam uſque proſequutus* erat, ille *Canuſii* aegrotavit; quo *Marcus*, qui jam Romae redierat, cum ejus morbum audivit, *ad eum viſendum contendit, ſuſceptis in Senatu votis, quae poſtquam Romam rediit* Marcus, *audita Veri tranſmiſſione, ſtatim reddidit.* Quae duos vel tres circiter Menſes requirere videntur; maxime cum *Capitolinus* (in Vero) addat, Verum *in Apulia venatum eſſe.* Adeo ut vix ille ante *Autumni* finem ex Italia ſolverit; nec in Syriam appulerit ante *Vernum* tempus anni ſequentis Ch. CLXII. cum hanc hiemem in itinere totam conſumſiſſet. Etenim, eodem Hiſtorico teſte, *Cum interfecto Legato, caeſis Legionibus, Syriis defectionem cogitantibus, Oriens vaſtaretur, ILLE* [Verus] *in APULIA venabatur, & apud CORINTHUM & ATHENAS inter Symphonias & Cantica navigabat: & per ſingulas maritimas Civitates ASIAE, PAMPHYLIAE, CILICIAEque clariores, voluptatibus IMMORABATUR.* Jam vero cum ipſemet *Pagius* concedat *ſex aut ſeptem menſes, ad varias illas regiones perluſtrandas, in iiſque ALIQUANTULUM* [N. B.] *immorandum*; neque *veriſimile* ſit, ut ullo abſque fundamento opinatur, *verno tempore*[1] anni Ch. CLXI. Verum *itineri ſeſe commiſiſſe*: ita nequaquam veriſimile eſt, primam hiemem Laodiceae tranſactam, *a menſe Novembri* iſtius anni *deducendam eſſe*; quamvis *Pagio* daremus, Verum eo anno Roma profectum eſſe.

Imo *Nummi*, teſtes hac in re locupletiſſimi, cum Hiſtoricis collati evincunt, *Verum* haud ante annum Ch. CLXII. iter ſuſcepiſſe. Plures certe cum *Veri* capite & nominibus in variis Europae Gazis diligenter tractavi ſic inſcriptos in averſa parte: PROFECTIO AUG. TR. P. II. COS. II. circa *Imperatorem in Equo*, cum haſta, quem aliquando Miles praecedit pedes, aliique ſequuntur. Atqui annus iſte *Tribunitiae Poteſtatis* ſecundus iniit die *Martii* VII. anno Ch. CLXII. Nec ullum id genus Numiſma hucuſque viſum, cum prima TRIB. POTESTATE. Alia, quae *Pagius* objicit Numiſmata cum TR. POT. III. facile poſſunt de Veri PROFECTIONE intelligi, quum ex Syria in Aſiam Proconſularem Epheſumque ſe contulit, ut *Lucillam*[2] uxorem reciperet, ineunte circiter anno Ch. CLXIV. quo *Tribunitia Poteſtas* III. deſinebat.

Itaque *hiems*, quam Verus *Laodiceae* primum egit, ad finem anni Ch. CLXII. & initium ſubſequentis attinet; ideoque *quarta* poſtremaque ad exitum anni CLXV. ac principium CLXVI. quo *Ariſtides* eum adhucdum in *Syria* verſantem nobis repraeſentat.

6. Hoc ipſum rurſus confirmatur ex tempore *Triumphi* de Parthis ducti, hoc nimirum anno CLXVI. & quidem XII. *Octobris* die. Nam Capitolinus tradit, (in M. Aur.) Verum poſt ſuum ex Syria reditum *petiſſe, ut ſecum Marcus triumpharet*, atque *ut filii Marci Caeſares appellarentur.* At Lampridius (in Com.) narrat, Commodum *nominatum inter Caeſares quarto Iduum Octobris, Pudente & Pollione Conſulibus.* An vero quis ſerio cogitare poteſt, huncce Triumphum tamdiu dilatum fuiſſe, ſi reapſe Verus jam anno praeterito Ch. CLXV. Romae fuiſſet redux?

1 Quo ſcilicet, ut hoc obiter inferam, cum Antoninus Pius obiiſſet, ac Verus una cum M. Aurelio Imperium ſuſcepiſſet, plurima fuerunt Romae ab utroque peragenda, quae aliquod tempus exigebant, antequam Verus in Syriam mitti potuerit. Cujus generis inter alia ſunt, quae ad *Pii* funus & Conſecrationem pertinebant, *Munus funebre*, (de quo Capitolinus) Ludi Certaminave, in Columnae *Pio* a Fratribus conſecratae Baſi repraeſentata, & adhuc Romae cernenda. His adde *primam Tiberis inundationem*, quae *ſub illis graviſſima* fuit, & eorum Imperii jam ſuſcepti *felicitatem ac ſecuritatem interpellavit*, ob *graviſſimam famem* & alia mala quae peperit, & quae *Marcus & Verus ſua cura & praeſentia temperaverunt*, teſte *Capitolino* in M. Aurelio, ſimul ſcribens, *eos Imperium adeptos, ita civiliter ſe ambos egiſſe, ut lenitatem Pii nemo deſideraret.* Quae profecto aliquot ſaltem *Menſes* indigitant, ante Veri Profectionem, Romae peractos.

2 Quam *medio belli tempore* ad Verum a Marco Patre miſſam, refert Capitolinus in M. Aur.

Ea-

Eadem ab Hiſtoricis tradita corroborantur, ſi haec ſimul *Capitolini* (in M. Aur.) verba cum *Nummis* conferas: *Profligato*, inquit, *bello, uterque PARTHICUS appellatus eſt; ſed hoc quoque Marcus delatum nomen repudiavit; quod poſtea recepit.* Plurimos autem L. Veri Nummos habemus, quibus in ſua TR. P. V. inſcribitur IMP. III. ac PARthicus MAXimus[1]. Quod cognomen deinceps alii ſemper ferunt. Et quidem in TR. POT. VI. percuſſorum nonnulli cum IMP. III. COS. II. cernendum exhibent *Trophaeum*, ad quod alligatur Captivus *Parthus*, pileo ſcil. acuminato tectus. In aliis cum Pacis typo legitur PAX TR. P. VI. IMP. III. COS. II. vel, PAX TR. P. VI. IMP. IIII. COS. II. In pluribus: VIC. PAR. TR. P. VI. IMP. IIII. COS. II. cum Victoria ſtante, dextra ramum palmae, ſiniſtra Clypeum arbori Palmae appenſum, vel nixum, in quo priores inſcribuntur voces: VIC. PAR. id eſt, *Victoria Parthica*, quae nunquam cum TR. POT. V. occurrunt. Iſta vero TR. POT. VI. coepit die *Martii* VII. anno Ch. CLXVI. ſimul cum *M. Aurel. Antonini* TRIB. POT. XX. qua ſignati plures ejus Nummi titulum modo ARMENIACI[2] eidem tribuunt; cum in aliis, circa caput dicatur ARMEN. PARTH. MAX. & circa Typum averſae partis legatur, TR. P. XX. IMP. IV. COS. III; atque interdum addatur PAX. vel VIC PAR.

Ex quibus ſimul collatis haec ſunt manifeſta: 1°. VERUM per aliquod tempus, ac partem Tribunitiae Poteſtatis V. ideoque jam ab anno Chr. CLXV. deſinente, vel CLXVI. ineunte PARTHICI cognomen tuliſſe; antequam idem aſſumeret M. AUR. ANTONINUS labente TRIB POT. XX. ac anno Ch. CLXVI. poſt VII. *Martii* diem: 2°. PACEM, uti & VICTORIAM PARTHICAM ſignari duntaxat in utriuſque Imperatoris Numiſmatibus cuſis poſt eundem *Martii* diem VII. anno Ch. CLXVI. currente; atque idcirco tum tandem illam utramque PACEM & VICTORIAM, fuiſſe completam ratamque, ſive *Reditu* Veri, ſive *Triumpho*, qui ambo utique ab hoc anno dmoveri nequeunt. Quo pacto *Ariſtides* & antiqua Hiſtoriae Monumenta ſibi lucem viciſſim praebent.

7. Unum ſupereſt ex praedicto Ariſtidis *Diario* hic notandum, quod ad ejus *ſtudia* pertinet. Cum enim frequentes per memoratum Bimeſtre & *illuvies* & *vomitus* recitaſſet, atque obſervaſſet, ſe jam illuvièi aſſuefactum fuiſſe *per quinque continuos annos & aliquot menſes*, atque *ſuperiori purgationi*, hoc eſt vomitui, *per annos circiter duos, ac totidem menſes*, tumque *exiguo fultum alimento, nec niſi neceſſario*; hanc ſubjungit animadverſionem, qua coronidem *Diario* apponit. *Caeterum* (inquit p. 503.) *omnia iſthaec jejunia, quae ante & poſt hoc nobis HAC HIEME contigerunt, in litteris fere conſumpſimus*: Αλλὰ τὰς γε ἀσπλίας αὐτὰς ἁπάσας, ἢ ἔτι τότον σφόδρα, ἢ μετὰ τῦτο ῥρομθύας ἡμῶν ἐν τῷ χειμῶνι τότῳ χαδὸν διημερεύσαμεν σφὶ λόγες, *ſcribendo, dicendo, & ſcripta examinando. Quin & in medias plerumque noctes lucubravimus; dein poſtridie ſingularum dierum ad ſolitum opus reverſi, cibum tandem ſumebamus, quantum oportebat. Quandocunque etiam poſt vomitum jejunandum erat, haec nos occupatio conſolabatur.* Jam autem aliquot ante annis Ariſtidem *Orationibus ſcribendis* dare operam, *nec tantum ſubito dicere* diſputareve, juſſerat Aeſculapius, cum poſt primum Morbi annum Pergami, ejuſdem mandato rediiſſet ad ſtudia, ac ſeſe declamationibus extemporaneis frequentibus & fere continuis aſſuefeciſſet: (vid. T. I. p. 581. & quae ſupra ad II. Morbi annum protulimus.)

1 Cum in aliis eadem TR. POT. V. cuſis dicatur ſolum ARMENIACUS, ac IMP. II. ſcilicet hicce *Imperatoris* titulus numero augebatur ob victorias ab ipſis Principibus, vel ſub eorum auſpiciis relatas.

2 Una cum IMP. III. qui numerus jam in TRIB. POT. XIX. Cum qua & alii Nummi habent tantummodo IMP. II. Adeo ut titulus iſte Imperatorius unitate fuerit in illa *Trib. Pot.* XIX. Sicut & iterum TRIB. POT. XX. Cum qua IMP. IIII. jungitur. Idem liquet ex VERI Nummis, ſupra memoratis. Sed haec alibi prolixius tractanda.

8. Illis

8. Illis Noſter deſcriptionem infarcit TUMORIS, φύματος, qui *multis ante annis* contigerat; "& qui, poſtquam *fluxio*, τὸ ῥεῦμα, ad inferiora deſcendiſſet, praeter ul-"lam cauſam manifeſtam apparuit, primum quidem vulgari magnitudine, dein in im-"menſum crevit, inguine & omnibus membris craſſeſcentibus, magno cum dolore, & "*febri dierum aliquot.* Cum vero Medici varia mandarent, at *Deus contra reſiſtere, & tumorem alere juberet*, huic obtemperare maluit Ariſtides. *Tumore* tamen *creſcente magna cum anxietate, Amici vel patientiam mirabantur, vel ut nimis deditum ſomniis* eum *incuſabant. In hoc autem ſtatu* MENSES *circiter* QUATUOR *permanſit; eoque tempore caput & venter ſuperior ita levia erant, ut licebat optare. Quin & Domi publicus quaſi conventus habebatur,* παννύχεις ἦν ἐν τῷ οἰκίῳ· *ſiquidem Amici, qui Principes Graecorum iſtius aevi erant,* τὰ πρῶτα τῶν τότε Ἑλλήνων ὄντες, *inviſerent quotidie, & Orationibus intereſſent, quas e lecto indidem habebat.* Inter porro miranda ei ab Aeſculapio tunc imperata, CURSUS fuit, *quem nudis pedibus* HIEME, χειμῶνος ὥρᾳ, *peregit, atque rurſum equitatio,* ἡ πάλιν ἱππασία. Imo cum *Portus ex Africo vento aeſtuaret, fluctuarenturque navigia; ipſi in alteram ripam trajiciendum fuit, & melle ac glandibus comeſis vomendum*; quo pacto *perfecte purgatus eſt*, &c. vid. Tom. I. p. 504, — 507.

Quae ſi cum illis ad annum Morbi ſecundum diſcuſſis conferantur, perſpicuum ſatis fiet, non modo Ariſtidem, hoc *Tumore* laborantem, *Pergami* jam degiſſe, ſed & *Orationibus* ſubitaneis aſſuetum fuiſſe; atque ideo ea omnia recte ad finem ſecundi, vel potius initium tertii anni, ejuſdem Morbi poſſe referri. Quod vero ſimilius videbitur, ſi mecum animadverteris, Ariſtidem narrando, quae ſibi acciderant poſtquam ſecundo Morbi anno *Pergamum* venerat, ac ad ſtudia redierat, diſerte teſtari, tum pro CURSU Orationem habuiſſe, cum Aeſculapius eum *currere juſſiſſet*: (pag. 579.) Quo modo patebit, revera *multos* fuiſſe *annos*, ut ait Noſter, inter *Tumorem* iſtum, ac *Ventriculi* affectionem, ſcilicet circiter *quadriennium*, ab anno incluſive Ch. CLXII. ad initium uſque anni, in quo verſamur, Ch. CLXVI. ſupputatum.

9. Caeterum an multo longiorem in *Patria* moram hoc anno, poſt *Lenaeonem* ſeu Februarium, Ariſtides fecerit, omnino me fugit. Nec notius eſt, num ad hoc iter annectendum ſit, quod ad ejuſdem *Serm. Sacr.* I. finem inſerit, de *Philumena* Nutrice chariſſima, quam Aeſculapius *mortuam quondam reſuſcitavit, cum Pergamo eum amandaſſet*, &c. pag. 511. Incerti quoque temporis, etiamſi huic convenire poſſent, quae *Serm. Sac.* III. principio declarat ſibi eveniſſe, cum HADRIANIS verſaretur, *quo Deus ipſum miſerat*: Ibidem nempe *multis urgebatur & continuis difficultatibus*; adeo ut *nec cibum ſumere poſſet, nec, ſi quid guſtaſſet, continere*, &c. Jam vero, nec multo ante, *prima* ſua in Aeſculapii honorem *Carmina* compoſuerat. Somnium enim, quod *Hadrianis* tunc habuit, narrans; *videbar*, (inquit pag. 548.) *per Alexandriam tranſiens, puerorum videre Scholas, qui legerent & canerent carmina, quae prima fere ſunt de noſtris, quae Deo compoſuimus: ideoque mirari, quomodo in Aegyptum JAM perveniſſent*, &c. Denique *poſt magnos labores vix liberatus*, Pergamum *ſalvus rediit.* (vid. p. 547, 549.)

ANNO { *U. Rom. DCCCXX.*
Aer. Vulg. CLXVII.
Ariſtid. Aet. XXXVIII, XXXIX. Morbi VIII.
M. Aur. Antonini & L. Veri VI.
COSS. L. Aur. Vero Aug. III. & Quadrato.

1. Deficientibus apud Ariſtidem temporis Characteribus certis, affirmare nobis minime licuit, eum ex *Patria* praeterito, potius quam hoc anno, *Pergamum* repetiiſſe; quam-

vis id verisimilius videatur. Ita haud certo scimus, ad quem horum annum aliud alligari debeat iter, quod ad Aquas *aestate media* suscepisse tradit, postquam *Hadrianis* salvus *Pergamum* redierat, uti ante, loco postremum prolato, significaverat. Mox enim eadem pag. 549. subjungit: *Alio autem itinere ad Aquas aestate media sum profectus,* εἰς τὰ ὕδατα ἐν ἀκμῇ θέρους· *cum praedictum esset, ut statim post lotionem redirem, & Cinnamomum contusum collo*[1] *illinerem. Ita quadraginta simul & ducenta*[2] *absolvi stadia in summo calore: & facilius sitim tuli, quam alius ex Balneo domum rediens.* Eas autem *Aquas* fuisse CALIDAS, indicant sequentia; *Cumque rursum me dimisisset ad bibendam FRIGIDAM, bibi totam.*

2. Ad alterutrum etiam annum, videtur ex narrationis serie, potius quam ad superiora tempora, pertinere iter, quo LEBEDUM, Aesculapii jussu, Aristides *Pergamo* profectus est. Nam statim apud eum ibidem sequitur; *Tum LEBEDUM sum missus, postquam in Templo Servatorum* [Aesculapii, Telesphori, Sanitatis] *quemadmodum & ipse* [Aesculapius] *jusserat, decubueram: cum adeo infirmus essem, ut ne in lecto quidem domi durare possem. Erat eo tempore Satyrus Medicus PERGAMI, non infimus, ut aiebant, Sophistarum,* &c. Is cum audivisset, *quoties sanguinem* Aristides *emisisset, illud non amplius fieri jussit,* ne corpus dissolveretur; atque *Cataplasma* dedit, *stomacho & hypochondriis imponendum.* —— *Postquam autem* Noster *LEBEDUM praeter omnem spem venit, auxilio assiduo opus ipsi erat, nec AQUIS*[3]*, nisi parce, utebatur.* (pag. 550.)

"Dum ibidem versaretur, ac in memoriam revocasset, quod *Colophonium Deum*[4] de "hoc praesenti negotio, totoque morbo non consuluerat, eo *Zosimum misit*; cum *haud multo abesset Lebedo Colophon, & instaret nox sacra:* ἀπέχει δὲ ἡ Κολοφὼν τῆς Λεβέδου ὁ πλοῦς, ἡ δὲ νὺξ ἐπύγχανεν ἡ ἱερὰ[5] ὀπτεμβρίη. Scilicet *Lebedus a Colophone distabat stadia* CXX. teste Strabone Lib. XIV. p. 952. *Cum vero nox* [illa nempe sacra] *advenisset, hoc Oraculum,* τὸ Μαντεῖον, de Aristide *datum Zosimo fuit*: "Morbum tuum sanabit Aesculapius, qui "Telephi praeclarum honorat oppidum, Mysi Caici non procul de flumine; quibus involucris indigitabatur *Pergamenus* Aesculapius, ut qui solus Aristidem sanare potis erat. Etenim, ut vel ex Nostro (T. II. p. 304.) liquet, *Telephus* velut antiquissimus Pergami conditor ab incolis habebatur, quippe qui primam ex Arcadia Coloniam cum suis in istam regionem deduxit.

3. LEBEDUS autem ita fuit e regione SMYRNAE sita, ut illam petere, nisi per hanc transiret, impossibile fuerit Aristidi ex *Pergamene* venienti. Ideo facile crederem, Sophistam Nostrum *Lebedo* redeuntem, postquam *Smyrnae* aliquandiu moratus fuerat, hinc rursus illud iter inisse, quod *Smyrna* Aesculapii mandato *Pergamum* versus, ac deinceps in *Patriam*, & quidem *Aestate* factum particulatim delineat *Serm Sac.* V.[6] quem sic orditur; Θέρους ὥρᾳ, κ. τ. λ. *cum Aestate laborarem e stomacho, & dies noctesque sitirem, ac immenso sudore corpus dissolveretur, & vix duo vel tres, cum erat sur-*

1 Τὸν τραχήλου κύκλῳ, quia nempe, ut superius dixerat, cum *Hadrianis* proxime aegrotaret, morbus praesertim circa *fauces* erat; adeo ut *sine sanguine* liberatus non fuerit; *siquidem,* (ait p. 547.) *abradebatur meatus, & erat instar vulneris.*

2 Haec distantia, haud melius quam tota descriptio, nobis indicat, ubinam illae fuerint *Aquae,* seu *Thermae.*

3 De quibus *Pausanias* Lib. VII. c. 5. pag. 535. Λεβεδίοις δὲ τὰ λουτρὰ ἐν τῇ γῇ θαύμασιν ἀνθρώποις ὁμοῦ καὶ ὠφέλειαι γίνεται, *Lebediorum Balneae hominibus admirandae aeque ac salubres.*

4 Μὴ χρήσασθαι τῷ Θεῷ, τῷ ἐν Κολοφῶνι. Is nimirum erat *Apollo* nomine *Clarius* dictus a *Claro,* sive olim oppido, sive monte, at certe loco prope *Colophonem,* in quo *Lucus* cum *Manteio,* ut Plinius etiam habet, Graeca voce retenta, Lib. V. c. 30. vid. *Strab.* L. XIV. &c.

5 Hic adnotandus est *Pausaniae* Lib. III. c. 14. pag 243. locus, quo iste haud parum illustratur. *Fiunt,* ait, *cum apud ipsos Colophonios, tum Spartae inter Ephebos,* nocturna *de more* sacra: Νυκτεναι ἧς αὖ τε Κολοφωνίων θυσίαι, &c.

6 Tom. I. pag. 617, — 622.

gendum,

gendum, me de lecto tollerent; mihi Deus significavit, tunc temporis Smyrnae versanti, ut statim exirem. Itaque via Pergamena sum egressus: καὶ ἐξιέναι μὲ τῇ ὁδῷ Περγάμου. Dein cum iter, per Lariſſam, Cumam, Myrinam [1], Grynium [2], Elaeam ſingulatim deſcripſiſſet, atque tertio die *Pergamum* intraviſſe dixiſſet, addit; *Eo autem animo eram, quasi manendum illic esset: at somnium superveniens praecepit, vel mox sub vesperam, vel post diem unum aut alterum pergere — Experrectus igitur nihil morandum duxi*, &c. Aliquot poſt lineis addit; *Secundo vel tertio post die*, [quam Pergamo profectus erat] *cum AEDES PATERNAS praeteriissem*, παρελθὼν τὰ πατρῷαν οἰκίαν, *in Templum JOVIS OLYMPII veni, atque ibi, antequam iter absolverem, sacrificavi*, καὶ θύω πρὶν καταλῦσαι τὴν ὁδὸν, *quemadmodum initio mihi SMYRNAE praedictum fuerat, ut in Jovis agrum*, εἰς Διὸς χωρίον, *recta tenderem. Deinceps autem facilior jam fuit vivendi ratio.*

4. Ea ſane, ſi ad annum ſuperiorem cum itinere *Lebedeno* vix pertinere exiſtimentur, huic ſummum Ch. CLXVII. aſſignanda cenſerem; maxime quod Ariſtides immediate ſuum ſubjungat iter ad CYZICENORUM ſolennem pro Templo Feſtivitatem, quod alterum praecedit, iſto poſterius *quinquennio*, & citiſſimum anno Ch. CLXXI. affigendum; prout inferius ad eundem oſtendere nitemur. Interim nonnulla his temporibus prorſus congrua ſuppeditabit *Oratio*, quam Sophiſta N. *Cyzici* in priore illo itinere habuit. At in anteceſſum obſervare eſt, Ariſtidem diſerte nobis indigitare, iter illud *Aeſtate*, non ſecus ac ex *Patria* peractum fuiſſe; atque eidem locum vix in alia antecedentium annorum *Aeſtate* reperiri poſſe; ſi quidem rite perpendantur, quae hactenus ſigillatim & temporis ordine recenſuimus.

5. Itaque Noſter ſuo in Patriam adventui haec ſubnectit, pag. 622. Προϊόντι δὲ τοῦ ἔτους, καὶ μηνὶ μάλιστα, θαῦμα ἦγον Κυζικηνοὶ τὴν Ἱερομηνίαν, τῷ ὅτι τοῦ ΝΕΩ· *Adveniente autem anno ac mense, quo Cyziceni festum diem, eorum Templi gratia sacrum, brevi erant celebraturi; cum* mihi ſomni eſſent difficiles, & concoctio vix tandem *postridie fieret.* —— *Itaque somnium venit.* Hoc poſtea recitat, ut quo excitatus fuerit, ad ſeſe ſine mora *Cuziceno* itinere committendum, & eo quidem modo, quem jam §. III. n. 7. ob lectoris oculos poſuimus, ut *Hadrianorum* ab Urbe *Cyzico* diſtantia definiretur. *Erat autem*, addit, *in itinere solatium, quod in Oratione esset occupatus* [3], *quam Cyzici secundum somnii praedictionem erat habiturus.* Eam magno ſtudio fuiſſe *exceptam, non solum quando in CURIA*, ἐν τῷ Βουλευτηρίῳ, *sed & in publico Conventu*, ἐν τῇ Πανηγύρει, modeſte ſignificat, pag. 624.

6. Nullum vero dubium eſt, quin haecce *Oratio* ſit eadem, ac quae etiamnum inter Ariſtidis Opera [4] ſupereſt; quippe quae pariter, & ex Aeſculapii per ſomnium mandato, & in ſacro *Cyzicenorum* Templi *Feſto* fuit dicta, prout in ipſamet diſertis habetur verbis. Adde quod Ariſtides nullam publice habuerit Orationem, cum ſecunda vice *Cyzici*,

1 Bis quidem p. 618, 619. Σμύρναν vulgati Codices habent. At *Μυρίναν* omnino legendum, ex contextu ſtatim cuivis animum advertenti liquet; adeo ut emendatio nec mira nec nova mihi fuerit, cum eam apud *Palmerium* poſtea vidi, *Exercit.* pag. 471.

2 Ubi ſe *Apollini* ſacrificaſſe dicit, prout *solitus erat, sive abiret, sive rediret.* Strabo quidem Lib. XIII. Γρύνιον vocans Myrinaeorum oppidulum, ſimul jungit, Ἱερὸν Ἀπόλλωνος, καὶ Μαντεῖον ἀρχαῖον, καὶ νῦν πολυτελὴς λίθῳ λευκῷ. Noſter vero ſic habet, p. 620. καὶ βαδίζειν εἰς τὸ τοῦ Ἀπόλλωνος Ἱερὸν εἰς Γρυνεῖον· moxque, ἡνύσθη δὲ ἐν Γρυνείῳ, θύσας τῷ Ἀπόλλωνι. Adeo ut dubitare poſſis, an *Urbem* appellaverit Γρυνεῖον, quod fuerit idem ac Strabonis Γρύνιον, pro Graecorum his maxime temporibus more, quo paſſim *ει* pro *ι* ſimplici ſcribebant; vel potius ipſummet *Templum*; quemadmodum Apollo exinde Γρυνεύς Scriptoribus nuncupatur, aliaque Templa dicuntur, Ἀσκληπιεῖον, Καισαρεῖον, Σεβαστεῖον, &c. Hallucinatur autem *Harduinus*, autumans Ἀπόλλωνος ἱερὸν hoc loco ſumendum *pro Oppidi nomine*; vid. Lib. de Num. Popp. pag. 64. Edit. 1. & f. 26. Edit. 2.

3 Attamen magnam partem paene ex tempore dixit; praeſertim quae de Templo habet, quod, ſtatim ac viderat, in Oratione deſcripſit. Confer pag. 413, 432.

4 Tom. 1. p. 412, — 432. hoc titulo; ΠΑΝΗΓΥΡΙΚΟΣ εἰς Κυζικὸν περὶ τοῦ ΝΑΟΥ.

quinquennio poſt haec, in pari ſolennitate fuit. Nunc ſi temporis notas, quas haec prae ſe fert *Oratio*, inveſtigare velimus, facile videre licebit, eam tum fuiſſe recitatam; 1°. cum *Ariſtides* jam aliquandiu aegrotaſſet; 2°. cum duo *Fratres*, M. nimirum *Aurel. Antoninus* ac *L. Verus*, ab aliquo tempore *Imperii* ſimul participes eſſent; 3°. cum etiam *plures magnaſque* reportaverant victorias. De quibus ſigillatim breviter dicemus.

7. Primum Noſter perſpicue declarat, ſub *Orationis* principium, cauſas, quas dicendi habebat, recenſens. *Tempora*, ſubdit p. 412. *ſunt etiam longe optima & praeſtantiſſima; & mihi quidem maxime, ac cum vitae noſtrae conſuetudine conjuncta*, καὶ τῆς συνηθείας ἅμα τῷ βίῳ τῷ ἡμετέρῳ. *Aeſculapius enim cum dicere me jubeat, jam nec imbecillitatem corporis*, ὅτ' ἀδύνατον σώματος, *apud ipſum Servatorem*, Σωτῆρα, *licet cauſari, nec argumenti magnitudinem, tanquam viribus majorem, pertimeſcere.* —— *Alioquin etiam* NON PRIMUM NUNC *ejus vires experimur, verum &* ANTE EX MULTIS *rebus magniſque, ac* NOSTRIS *quidem, non alienis, cognovimus, quanta ſit ejus facilitas*, &c. Haec clare ſignificant, Ariſtidem jam ab aliquot annis aegrotaſſe, atque etiam pluries in ipſo morbo publice dixiſſe.

8. Articulus deinde ſecundus patefit in prolixo per plures pagg. (421,—429.) Encomio, quo *Imperatores* exinde praeſertim laudat, quod unus fratrum, exemplo antehac inaudito, voluerit *Imperium* cum altero communicare; & *ſolus ex omni memoria non regnum prius, quam Regem regno aſſumere.* (p. 423.) Sed ſatis fuerit, hanc modo Sophiſtae exclamationem verbatim protuliſſe; Ω θαυμαστὸν ἅμα καὶ μηδὲν δίχα βασιλεύειν, εἰ μὴ σὺν τῷ ΑΔΕΛΦΩ· ὦ τοῖς ἴσοις ἀλλήλους ἀμείψαντες. *O mirabilem virum, qui nihil, niſi cum* FRATRE, *velit regere! O qui pares vobis invicem vices retuliſtis!* (pag. 424.) Imo & eos jam aliquot annos rerum potitos fuiſſe, haud obſcure Ariſtides ſignificat, cum (p. 421.) bonae Cyzicenorum Fortunae gratulatur, qua contigit, ut eorum *Templum* fuerit perfectum iſtis Imperatorum *temporibus, in quae res inciderant omnium pulcherrimae, ac pro quibus tale gratitudinis Monumentum merito Diis eſſet erigendum; ſiquidem majus invenire non erat.* Ηκει δὲ ὑμῖν τὸ ΕΡΓΟΝ ὡσὲ τέλος ἐν τοῖς καιροῖς· οἳ τὰ καλῶν οὐ χείλιστα εἰλήχασι, καὶ ὑπὲρ ὧν δικαίως ἂν ΧΑΡΙΣΤΗΡΙΟΝ τοσοῦτον ἱερὸν εἴη τοῖς θεοῖς, ἐπειδήπερ ἡ ῥᾳδίου ἦν μεῖζον ἐξευρεῖν. Paulo poſt (p. 422.) addit, eoſdem Impp. *proverbium iſtud longiſſime extendiſſe, & maximis operibus*, καὶ ἀφ' ὧν μειζόνων ἔργων, *comprobaſſe*; "Amicorum revera communia "eſſe omnia." Idem ex ſequenti articulo liquebit.

9. Denique de Imperatorum *Victoriis* ſic (p. 428.) loquitur; Τὶς ἀνθρώπων ἅμα τοσαῦτα τε ἐνίκησεν, καὶ ἔτω λυσιτελῆ τοῖς νικωμένοις; *Quis unquam tantas ſimul ac tam utiles victis obtinuit victorias?* Quibus ſaltem ad victorias de *Armeniis* ac *Parthis* relatas reſpicit; praeter quas & alia anno Ch. CLXVI. alicubi in Germania, & forſan de *Marcomannis*[1], reportata fuit, uti merito ex eo colligitur, quod uterque eo anno titulum *Imperatorium* unitate auxerint, ac IMP. IV. ſalutati fuerint; quemadmodum ſuperius notavimus. Id autem ob *victorias* fieri ſolebat.

10. Quod ipſum ſpectat *Templum*, Ariſtides id magnificis extollit verbis. Cum enim initio dixiſſet; Τὸ μὲν ἔργον, ἐφ' ᾧ τὴν ΙΕΡΟΜΗΝΙΑΝ ποιεῖτε, μέγιστον δὴ εἰς ὅλην ἁλὸς τῶν ἀνθρώπων· *Opus vero, propter quod hanc celebratis ſolennitatem, maximum eſt omnium, quae inter homines viſa ſunt*; poſtea pluribus, Oratorie tamen, idem deſcribit; adeo ut certo nequeat colligi, qua in parte fuerit ſitum, in *Inſula*, vel in *Continente*[2]; quanquam

1 Etenim *dum Parthicum bellum geritur, natum eſt Marcomannicum*, teſte Capitolino in M. Aur.

2 In utraque enim Urbs *Cyzicus* erat, uti vel ex Noſtro patet, p. 414, — 417. Ubi haec praeſertim adnotanda: *Quin & Urbem ipſam poſſis vocare, tum Inſulam, tum Peninſulam*, ἂν ἐθέλῃς, *atque adeo juxta Continentem pluſquam Peninſulam. Cum enim nec ad collum tranſitum habeat, nec ab auguſtiis progrediatur, ſed in longum juxta Continentem protenſa, utroque crure cum ipſa* [Continente] *coniungatur. — Verum haec* [Inſula] *tam procul a Continente abeſt, ut vel Inſula videri poſſit; atque ſublatis Aggeribus & Pontibus, ad eam ex*

Con-

hoc ſit vero ſimilius, ex his p. 419. verbis; Απορήσαι δ' ἂν τις, πότερον ἐνταυθοῖ μετενήνεκται τ' Νήσου τὸ πλέῖσον, ἢ ἔτι χώρᾳ μένει. *Nec immerito dubitare quis poſſit, utrum HUC* [ubi Templum, de quo ibidem ſermo fit] *major Inſulae pars tranſlata ſit, an vero integra* [haec Inſula] *adhucdum maneat*; quod nempe tot Marmora ex Inſulae viſceribus ſeu lapidicinis *Templo* conſtruendo fuerint eruta. Utut ſit, quam altum & amplum eſſet, ſequentibus indicat. *Antea quidem ſolebant ex Inſularum verticibus,* ἢ κορυφαῖς, *conjicere vectoras,* οἱ πλέοντες· *& vel Cyzicum, vel Proconneſum ipſam, vel quaſcunque alias viderant, deſignare: Nunc autem TEMPLUM eſt montium loco,* τοῦ δὲ ὁ ΝΕΩΣ ἀντὶ τ' ὀρῶν ἀρκεῖ· *atque adeo vobis ſolis,* [alloquitur Cyzicenos] *nec lampadibus, nec facibus, nec turribus*[1] *appellentium cauſa opus eſt. Sed Templum, quicquid eſt aſpectabile complexum, Urbem ſimul & Incolarum magnanimitatem demonſtrat. Quale tamen eſt, pulchrius quam majus* dicendum: καὶ τοῦτο, κάλλιον ἔστιν ἢ μείζων. Et paulo inferius; *Lapides quidem ſingulos dixeris inſtar Templi totius eſſe,* ἀντὶ ΝΕΩ τοῦ παντός· *Templum inſtar totius ambitus,* ἀντὶ τ' παντὸς περίβολου· *ambitum autem Urbi integrae ſufficere poſſe.* Addit Templum, ad inſtar Aedium ac *Triremium*, quae tres habent contignationes, *natura triplum,* τριπλοῦν τῇ φύσει, fuiſſe; adeo ut eſſet καπάγεως, ὑπερῴος, μέσον δ' ἢ νενομισμένη, &c.

II. Cuinam vero Numini conſecratum fuerit illud *Templum*, nuſquam Noſter indicat; licet diſerte ſcribat, (pag. 417. ſeq.) *Urbem OMNIBUS DIIS conſecratam videri; quaſi per ſortes DIIS eſſet OMNIBUS attributa: cum tota ſit ita diviſa, ut eam Templa diſtinguant; ac ſi pro ejus ſalute Dii inter ſe contenderent.* Neque etiam Ariſtides ſignificat, idem Templum jam ante ſtetiſſe, tuncque reſtauratum duntaxat fuiſſe. At hoc innuere videtur *Xiphilinus*, qui cum *Dionis* Hiſtoriam in compendium contraheret, vel potius excerpta exinde delibaret, atque deficientem in *T. Antonino Pio* reperiret; pauca ex aliis ſubſtituit. Inter quae ſic de Templo Cyziceno loquitur; "Ferunt ſub ANTONINO in Bithynia atque in HELLESPONTO valde "horribilem terrae motum eſſe factum, eaque de cauſa complures alias Civitates labo- "raſſe vehementer, ac penitus eſſe collapſas, & praeſertim CYZICUM, ejuſque "Urbis TEMPLUM maximum omnium, ac pulcherrimum, corruiſſe: καὶ ἐξαίφνης πλὴν ΚΥΖΙΚΟΝ, καὶ τ' ἐν αὐτῇ ΝΑΟΝ μέγιστον τε καὶ κάλλιστον ΝΑΩΝ ἁπάντων καταπεῖσθαι. "Erant "columnae ejus *Templi* craſſitudine quatuor ulnarum, altitudine cubitorum quinqua- "ginta, ſingulae ex ſingulis lapidibus: caetera quae in eo Templo erant, magis admi- "rari, quam laudare quis poſſit. Haec quidem *Templi* deſcriptio ita laudibus, quibus Ariſtides ipſum exornat, congruit, ut nullum ſit dubium, quin de uno eodemque *Templo* uterque loquatur. Attamen non poſſum quin ſimul ſuſpicer, bonum *Xiphilinum*, alias virum judicii haud admodum acris, hic egregie hallucinatum fuiſſe; atque ad *Antonini Pii tempora* retuliſſe *terrae motum*, quem Auctor ſuus Imperante *M. Aurelio* contigiſſe, ſcripſerat; quique idem ac ille fuerit, quo *Smyrna* pluresque Aſiae Civitates poſt haec corruerunt. Niſi malueris *Malalam*, infra citandum, audire. Profecto ne vocula quidem apud *Ariſtidem* occurrit, qua vel minima ſuſpicio poſſit enaſci, *Cyzicum* ante haec tempora, & ſub *Antonini Pii* Principatu, *penitus* cum ſuo Templo *collapſam* eſſe. Adde quod *Pauſanias*, qui locis ſupra laudatis teſtatur, ſub hoc Imperatore *Urbes Cariae & Lyciae*, praeter *Rhodum & Coon*, vehementiſſimo terrae motu fuiſſe *everſas*, & infinitis hujus Principis ſumptibus *reſtitutas*; prorſus tamen de *Helleſponto*, ac *Cyzico* taceat, etiamſi paulo poſt de *Cyzicenis* alia tradat. Ut *Capitolini* de *Cyzico* ſilentium ul-

Continente licuat enatare. Quae ſi obſervaſſent *Stephani* Commentatores, in dubium non revocaſſent ejus teſtimonium, quo *Cyzicus* dicitur χειρὸς ἐπὶ χεῖρονος. Confer *Strab.* Lib. XII. &c.

1 Attamen in Nummo Gazae *Devonienſis* cernitur id genus *Turris*, in cujus vertice tres ſtant figurae cum facibus in manibus, & circum, KYZIKHNΩN NEOKOPΩN. In antica parte, circum Capdiadem. imberbe, KYZIKOC.

terius urgere neceſſe non ſit. Verum Malala[1] nos ad *Hadriani* Principatum remittit, quo, ſi credere fas eſt, *Novembris X. nocte divinam iram experta eſt CYZICUS*, ἥτις δὴ Μητρόπολις μεγάλη τῆ Ἑλλησπόντου ἐπαρχίας, *quae Metropolis eſt magna Provinciae Helleſponti. Imperator autem*, addit ille, *Urbi inſtaurandae plurima ſuppeditavit, Incolaſque ſuperſtites pecuniis & dignitatibus donavit*, ἐχαρίσατο χρήματα, τῇ ἀξίας.

12. Tum porro, & poſt tandem iſtum Terrae motum, ab ipſo *Hadriano* conſtructum fuit mirandum illud *Cyzicenorum* Templum, ſi *Malalae*, Scriptorique *Chronici* Paſchalis Alexandrinive, fidem adhibere ſit animus. Ille enim ſubjungit; Ἔκτισε δὲ ὁ αὐτὸς Ἀδριανὸς ἐν τῇ αὐτῇ ΚΥΖΙΚΩ ΝΑΟΝ μέγαν πάνυ, κ. τ. λ. *Extruxit etiam Hadrianus, in eadem Urbe CYZICO, Templum plane ingens, & Mundi Miraculis annumerandum: in cujus ſummo, ſtatuam ingentem Marmoream*[2] *ſibi poſuit*; *quae*[3] *hanc habet Inſcriptionem, DIVI HADRIANI, atque adhucdum ſtat.* In *Chronico* quoque *Alexandrino* legimus ad Conſules anni Aer. Vulg. CXXIII. *Hadrianum Nicomediae & Niceae Fora condidiſſe*, atque *praeterea Cyzici Templum excitaviſſe, & pavimentum marmore ſtraviſſe.* Si vero Scriptores illi forent integerrimae fidei, ſic tempus nobis eſſet notum, quo ingens illud *Cyzici* Templum conſtrui coepit; quemadmodum ab *Ariſtide* docemur, quo tempore perfectum fuit. Et hic quidem DIVI titulus *Hadriano* tribui potuit ab ejus poſt mortem ſucceſſoribus.

13. Caeterum utriuſque Scriptoris, vel antiquioris, a quo id mutuati ſunt, teſtimonium confirmare quodammodo poteſt alter etiam Chriſtianus Auctor, *Socrates*, narrans, (Hiſt. Eccl. Lib. III. c. 23.) *Hadrianum a Cyzicenis tertium decimum Deum fuiſſe appellatum*; quod nempe multa ab illo accepiſſent beneficia. Nec leve his pondus additur, quod certum ſit, *Cyzicenos* ſua quoque certamina habuiſſe quinquennalia, OLYMPIA nuncupata, ut inferius probabimus; quae proinde, non ſecus ac in aliis Aſiae Civitatibus, JOVI OLYMPIO ſacrata fuere, & hoc utique nomine ipſimet *Hadriano*, cui cognomen OLYMPII paſſim Graeci dederunt, uti jam ante praenotavimus.

14. Sed cum de his jam ſatis ſit dictum, nunc de *Ariſtidis* reditu ex Urbe *Cyzico* cogitandum. De quo haec praeſertim apud ipſum obſervanda veniunt, p. 624. *At*, inquit, *cum reditum injunxit*, [Aeſculapius] *tum BALNEI laudibus*, ἐπαινέσας τὸ ἐν Βαλανείῳ ὕδωρ, *inſtar alterius cujuſdam Strophae, additis, diſceſſimus.* —— *Nuſquam interquieſcens, ſub mediam noctem impranſus in VILLAM quandam meam perveni, QUADRINGENTA*[4] *ſimul emenſus ſtadia*; *atque poſtridie in BALNEUM.* Hic quidem εἰς Λανεῖον ferunt vulgati codices; ideoque doctiſſ. *Palmerius* (Exercit. pag. 471.) *credit fu miter*, ſuperius etiam legendum ἐν Λανείῳ. Verum patet, hic non agi de *Laneo*, haud procul *Smyrna* ſito, ut ante oſtendimus; ſiquidem Ariſtides in *Patriam* rediiſſe diſertiſſime docet, nec niſi poſtea, ut ſubjungit, *Smyrnam* ire juſſus eſt. Igitur ex ipſo contextu ita perſpicuum mihi videtur, ultimo loco legendum eſſe, εἰς Βαλανεῖον[5], non vero Λανεῖον, ut his longius immorari prorſus ſupervacaneum exiſtimem.

1 Chronogr. P. I. pag. 364.

2 Στήσας ἑαυτῷ τέλλα Μαρμαρέλλα Σταδιαῖα μεγάλα πάνυ ὑψηλά, εἰς τὴν ἐμφάνειαν τοῦ Ναοῦ. Graeca adpono, ut eruditus lector de Latina interpretatione judicet, uti & de ſignificatione, quam *Meurſius* in Gloſſ. voci Σταδιαῖα aſſignat; quae mihi non admodum placent.

3 Ἐς ὃν, ſcil. Ναὸν, ἐπιγράφει, Θείῳ Ἀδριανῷ.

4 Confer §. III. n. 7.

5 Ut ſcil. reſponderet ſomnio, quod reditum injunxerat, atque etiam *Balnei* uſum, ut colligere eſt, ex laudibus in *Balneum* carmine ſcriptis, de quibus ſuperius dixerat.

ANNO

COLLECTANEA HISTORICA.

ANNO { *Urb. Rom. DCCCCXXI.*
Aer. Vulg. CLXVIII.
Ariſtid. Aet. XXXIX. Morbi IX.
M. Aur. Anton. & L. Veri VIII.

COSS. Aproniano II. & Paulo II[1].

1. Ariſtides, recitato *priore*, ut vocat, *itinere*, ad *Cyzicenorum* Urbem & Solennia, de quo proxime diximus, aliud immediate ſubjungit, quo ex *Patria* rurſum *Smyrnam* petiit, & quidem Aeſculapii juſſu, atque ſub anni *Romani* principium; unde ad hunc annum id referre neceſſe fuerit, ſi ſuperiora ad annum proxime praeteritum pertineant, ut vero ſimilius viſum fuit. Igitur Noſtrum *hieme jam labente rurſus Smyrnam miſit* Aeſculapius: Επιλθόντος δὲ τ χειμῶνος, ἦγε πάλιν πρὸ ὅτι Σμύρνης. *Et primus quidem dies valde clemens fuit.* At cum *ſequenti nocte deſcendiſſet in Campum*[2], ὡς δὲ κατέβαινεν εἰς τὸ πεδίον, immiſſis ſomniis, quibus pluvia ſignificabatur futura, ibidem ſubſtitit. *Cum autem*, ſubdit, (p. 625.) *per dies aliquot*, ἡμέρας πλείους, ibi manſiſſem, *nunciatum eſt Nutricis filiam*[3] *graviter aegrotare.* Miſſo ad eam Medico, ipſe ubi primum licuit iter perſequutus eſt uſque ad *Apollinis Templum*, πρὸς τὸ Ιερὸν τ Απόλλωνος[4]; ubi cum ſacrificaviſſet, variaque habuiſſet ſomnia, & *Puellae* mortem audiviſſet, *ſexto* tandem *die, cum imperatum fuiſſet, PERGAMUM profectus eſt, eo quidem die profeſto qui ROMANIS eſt Anni principium*: Ην Ρωμαῖοι πρόσθην ἄγουσι τ ΕΤΟΥΣ. *HIEMS autem erat tam aſpera, ut eam ne domi quidem ferre poſſent.* (p 628.) Attamen cum *Boreas a tergo flaret frigidiſſime*, Ariſtides *longe ab aliis ſegregatus ad Templum* [Pergamenum] *pergit, trecenta circiter ſtadia, comite uno famulo, permenſus. Ac tempus quidem erat ultra ſacras Lucernas*; καὶ ἦν μὲν τῆς ὥρας τὸ μὴ λύχνους τὸς ἱερὸς, &c. (p. 629.)

2. Etiamſi vero *ſtudium* erga Sophiſtam Noſtrum *Pergami* eſſet, & *conventus*, ἡ σύνοδοι κατὰ τὸς λόγους, *ad Orationes* fierent, atque *metuerent ne citius inde diſcederet*; attamen haud longam ibidem feciſſe moram, moxque *Smyrnam* ſe contuliſſe, ſignificat. Qua in Urbe, ait, *eadem*, ac in illa, *contigiſſe*; imo *antequam Urbem ingrederetur, quoſdam ad rumorem occurriſſe. Tum*, pergit, *juvenes nobiliſſimi ſeſe nobis dederant, & forma quaedam Diſputationis jam conſtituta fuerat, cum omnium vocatio perficeretur*: καὶ τύπος τις ἤδη τεταγμένος ἀφετεῖτο ἦν, καὶ ἀφ-πάντων ἡ κλῆσις ἠκείετο. (p. 629.)

"Circa idem tempus *Aegyptius* quidam homunculus in *Urbem* [Smyrnam] irruperat, "ac tum *Senatores*, τ τε Βελευτῶν, quoſdam corruperat, tum Idiotis aliquot perſuaſerat "fore, ut aliquid rei gereret, &c. Cum haec Ariſtides *ſero* tandem audiviſſet (quippe "qui Domi cum neceſſariis verſaretur) atque *Aegyptius* eſſet venturus in ODEUM, "εἰς τὸ ΩΔΕΙΟΝ, ut diſputationem haberet; tum Sophiſta Noſter ex ſomnio in CU-"RIA dixit. *Quamvis autem*, aſſerit, *tam repente acceſſiſſem, ut id ignorarent plerique, ita tamen referta fuit CURIA*, Βουλευτήριον, *ut nihil praeter hominum capita conſpiceres, nec vel manum uſquam potuiſſes inſerere. Quin applauſus & benevolentia, vel potius enthuſiaſmus tantus per omnes extitit, ut nemo nec ante certamen, nec in ipſo*

1 Haec nomina ferunt antiqui omnes Faſti; ſed *Graeci* in Florentina M. Ducis Bibliotheca numerum ſecundum utrique aſſignant Conſuli.

2 Quis fuerit, vix definiri poteſt: patet tantum unius circiter diei itinere a Sophiſtae Patria ſemotum fuiſſe; atque in *Montanis* fuiſſe *Hadrianorum* Urbem; ſiquidem exinde *deſcendendum* fuit, ut in *Campum* veniret.

3 *Philumena* vocabatur, ejuſque Pater erat *Alcimus*, ut Noſter docet, pag. 626. ſeq. Confer §. V. n. 2.

4 Nec facilius eſt dictu, qua in regione peculiariter fuerit; neque utrum ſolummodo *Templum*, vel etiam *Urbs*. Ex Ariſtidis narratione colligimus duntaxat, id in *monte* fuiſſe, atque *ſub monte* aedes ſaltem aliquas fuiſſe, ſiquidem ille ibidem *per quinque dies* moratus eſt; imo idem 300. *circiter ſtadiis* diſtaſſe *Pergamo*. Vid. p. 625, — 629.

cer-

certamine conſederit; &c. At contra Aegyptius, etſi *ante tres dies* ſcripſiſſet, ſe iſto die in *Odeo* dicturum eſſe, *Auditores* tamen modo *decem & ſeptem in univerſum habuit.* (p. 630, 631.)

3. Poſtea narrat, ſe *non longe poſt*, ἐ πολλῷ δ' ὕστερον, EPHESUM fuiſſe miſſum ab Aeſculapio, *qui Coronas, quaſi Athletae, promittebat.* Quae vero illic peracta ſunt, prae modeſtia tacet. At exinde *Smyrnam* eſſe regreſſum, ibique aliquandiu manſiſſe, in ſequentibus ſignificat; (pag. 632. ſeq.) narrans *contentionem* magnam, *poſtea Smyrnae* factam. Cum ſcilicet ſomnio juſſus, ut *pranſus* in Curiam ingrederetur, contigit, ut *quidam Curiae Cuſtos*, τὶς τῦ Βυλευτηρίυ φύλαξ, *vir inſigni proceritate, prior voluerit de more cum Diſcipulis congredi*, συγγενέσθαι· ſicque Sophiſtam Noſtrum *ad meridiem uſque diſtulerit.* Tum autem Ariſtides *ingreſſus, exaggeravit locum communem contra Sophiſtas, jucundiſſime diem illum dicendo tranſigens*, &c. "Poſtquam vero finem dicendi fecerat, "ac *ſurrexerat*, ut diſcederet, abunde *Certamini* ſatisfactum putans; alii id non ſunt "paſſi, omnes uno quaſi ore manere jubentes, ac quaeſtiones accipere, & ſecundo de- "certare. Hoc quidem aliquandiu recuſavit, *quod praeſertim ſerum eſſet*, ἀλλὰ τὸ πρόσω "τῆς ὥρας ἦναι· verum, illis violentius hortantibus, certamen redintegravit, & tandem "diſceſſit *paulo ante ſolis occaſum. Poſtridie ibidem rurſum diſputavit.* (p. 633. ſeq.)

4. POLLIONEM hoc anno *Proconſulem* in Aſia fuiſſe, certo novimus ex eo, quod Ariſtides totidem verbis ſcribat, negotium, quod ſub hoc Proconſule habuit, contigiſſe *anno* ante illa, *Severi* Proconſulatu (qui ad decimum Morbi annum attinet) tranſacta. Cum enim ea recenſuiſſet, haec (p. 611.) addit; Οἷον δ' αὖ καὶ τὸ πρόσθεν τότων ἐνιαυτὸν ἔδοξ' ἡμῖν γενόμενον ὅτε Πολλίων[1] Ἀσίας ἦρχεν. *Illis quid ſimile accidit anno circiter ante, cum Pollio Aſiae Proconſul eſſet.* "Tum nempe, cum in *Curiam* ad dicendum "ingreſſus fuiſſet, COACTOR, ἐκλογεύς, electus eſt Ariſtides: at cum res ad *Lega-* "*tum*, ὅτι ἦν Περγαμηνῷ, veniſſet, is electionem confirmavit *Philadelphiae*, Ariſtide *ab-* "*ſente*; ἐν Φιλαδελφίᾳ δικαστηρίοις ἀπόντος ἐμοῦ. Deinde recitato in Urbis Concilio, ἐν τῇ Βυλῇ, "*Legati decreto*, Noſter *Romam* provocavit, atque ad *ipſum Pollionem* ac *Legatum* "litteras miſit. Hae quidem cum redderentur *Philadelphiae*, jam *dies erat dimiſſoria*, "*ut ajebant*: ἡ ἦν μὲ ἀφέτιμος, ὡς ἔφασαν, ἡμέρα. At *Pollio*, litteris lectis, ac *Legati* cognita "ſimplicitate, *jubet eum mox dato judicio decretum corrigere*: κελεύει παρευθὺς τὸν δῆμον, κα- θίζεσθαι καὶ ἐπανορθώσασθαι τὸ γράμμα. *Quod Legatus fecit, hacque de re ſola judex ſedit*: ποιεῖ ταῦτα ὁ Περγαμηνὸς, ἡ καθίζει ἐκεῖνος ἕνεκα τότου. *Atque alias ad Urbis Senatum*, πρὸς τὴν Βυ- λὴν, *dedit litteras*; *quae cum eſſent perlatae, ARCHON, qui acerrime* Noſtro *reſti- terat, & contraria prius legerat Decreta, jam perturbatus & inops conſilii miſit ad Prae- ſides*, τοὺς Ἡγεμόνας[2], *qui de his rebus inquirerent. At illi nihil reſponderunt. Ipſe vero ad Ariſtidem venit, & veniam petiit. Tum* Noſter *in Curiam*, εἰς τὴν Βυλὴν, *ingreſſus, ab iſto MUNERE liberatus eſt*, ἡ τῆς τε Διαιτολογίας ἀφείθη, καὶ τὴν ἀτελείας ἔτυχεν. *& Immuni- tatem conſecutus eſt. Tunc ei primum & deinceps amiciſſimi facti ſunt Archon ac ipſe Legatus* (p. 611, —613.)

5. In hac Ariſtidis narratione, quaedam ſunt ulterius obſervanda. Et primum quoad *Munus*, ad quod *Smyrnaei*, (ut videtur, etiamſi ſint hic innominati) cum elegerunt, *vectigalium* quidem curam ſpectaſſe, vel ex ipſo nomine colligitur; at cujus naturae ſpecialiter fuerit, haud facile dictu. Nec vacat longiorem hac de re diſquiſitionem hic inſerere. Satis ſit ulterius adnotaſſe, id genus *Curatores*, ſeu *Praefectos*, a ſingulis Civitatibus, ſive earum *Archontibus*, electos prius fuiſſe; poſtea vero a *Proconſule* confirmatos, aut *immunitate* donatos.

1 Sic perperam in vulg. Codd. Ariſtidis, uti & in aliis, hoc nomen perperam ſcribitur; cum in Nummis recte legatur, Πώλλιων. Vide quae hac de re diximus in *Ovid.* vita, pag. 5.

2 Proconſulem nempe & ejus Legatum.

6. Deinde

6. Deinde abs re non fuerit Lectores monere, ex hoc loco palam fieri, *Philadelphiae*, tunc ſaltem temporis, *Forum* ſeu Juridicum Conventum, ab Aſiae Proconſule fuiſſe habitum; cum tamen aevo *Plinii* (vid. Lib. V. c. 29.) *Philadelphia* eſſet *Sardianae* juriſdictioni obnoxia. Nec certe Cl. *Spanhemius* animum ſatis attentum ad Ariſtidis verba advertit, dum exinde aſſereret[1], *Legatum Aſiae Proconſulis in eadem Urbe domicilium habuiſſe, atque in illius Urbis Tribunali electionem hujus Clariſſimi Oratoris pro* Coactore, *ſeu* Rationali, *confirmatam.* Quae ſimul cum aliis profert, probaturus, *Philadelphiam* inter nobiles *Aſiae*, & primarias quidem *Lydiae* Urbes extitiſſe; etiamſi nondum *Metropolis* appellata in reſiduis veterum Monumentis legatur. Alias Cl. viri hallucinationes hic proſequi non fert animus, ne tempus in his longius teramus, dum ad finem properamus.

ANNO { *Urb. Rom. DCCCCXXII.*
Aer. Vulg. CLXIX.
Ariſtid. Aetat. XL, XLI. Morbi X.
M. Aur. Antonini & L. Veri IX.

COSS. Q. Soſio Priſco & P. Caelio Apollinare[2].

1. Hoc quidem *anno* Morbi *decimo* Ariſtidem in *Patria* fuiſſe, certiores ex diſertiſſimo ejus teſtimonio ſimus. Verum quando huc rurſus redierit, nuſquam occurrit; quamvis in ſequentibus innui videamus, eum jam aliquandiu ibidem degiſſe, cum ea contigerunt, quae ab initio *Serm. Sacr.* IV. narrat. Ετει, (inquit p. 568.) ΔΕΚΑΤΩ περιόντι τὴν ἀδενείαν, κ. τ. λ. *anno morbi DECIMO recurrente, ſpectrum ad me accedens, ita locutum eſt; Ego cum eodem laboraſſem morbo,* φεύγοντι τὸ δεκάτῳ ἔτει, *vertente decimo anno, ad ea loca, in quibus erat morbus exortus, juſſu Aeſculapii profectus ſanitatem recuperavi. Haec pronunciabantur, & ſcripta videbantur, cum quidem nos etiamnum juxta Templum JOVIS OLYMPII verſaremur. Erat autem HIEMS, paulo poſt SOLSTITIUM:* χειμὼν δ' ἦν, ὀλίγον μὲν ΤΡΟΠΑΣ. Ideo ſtatim Ariſtides ad *Aeſepum* fluvium, & ejus *Thermas*, ſe contulit; ſiquidem ibi Morbus ejus coeperat, uti addit, & nos ſuperius ad An. Ch. CLIX. fuſe deduximus. Quo Morbi principio, & in *Italiam* itinere memorato, tempus iterum ſic deſignat: ταῦτα μὲν δὴ συγγενόμενα φέρειν ΕΤΕΙ ΔΕΚΑΤΩ· *& haec quidem ante DECEM annos acciderant.* Dein ſuum ad *Poemanenum*, χωρίον τῆς Μυσίας, iter deſcribit, quemadmodum § III. n. 6. explicavimus. Cum ibidem *Aeſculapii Templum* eſſet, *ſacrum & celebre,* ἅγιόν τε καὶ ὀνομαστὸν, Noſter *totum ſe Deo conſecravit, ac multa, tum in ipſum ſervatorem conſcripſit Cantica,* Μέλη, *dum in Curru ſedebat; tum in Aeſepum, Nymphas, & Thermenſem Dianam, Thermarum Praeſidem,* καὶ τὴν Θερμαίαν Αρτεμιν, ἣ ταῖς θερμαῖς ἔχει· ut eum tandem ab omnibus malis *liberarent, & priſtino redderent vigori.* Poſt aliquot morae dies *Poemaneni* eum Aeſculapius ad *Aeſepum* dimiſit, jubens *illis ibidem lavacris* abſtinere, aliamque diaetam quotidie praeſcribens. At in *Fluvio* Noſter *purgabatur certis legibus*, & *domi per vomitus. Poſt tres vel quatuor dies in ſomnio vox facta eſt, dicens, Abſoluta omnia, eſſeque redeundum.* (p. 569. ſeq.)

2. Ab hoc tempore melius ſe habere coepit Ariſtides; *adeo ut deinceps manifeſta per totum corpus & diaetam obvenerit mutatio,* atque *aerem ferret facilius, nec minus robuſtiſſimis iter faceret. Tum veſtes ſupervacuae ſunt ablatae, Catarrhis, venarumque & nervorum ſiderationibus ceſſantibus. Cibum quoque digerere quodammodo coepit, atque integra obire Certamina, partim domi, partim publice. Quin & Urbes, Deo Duce,*

1 De Numiſm. Praeſt. Tom. I. p. 632.
2 Uterque in Lap. cum An. poſt Rom. Cond. DCCCCXXII. apud *Gruter.* p. 300. n. 1. & ſecundus in fragm. apud *Fabrettum* Inſc. p. 494.

cum

cum bona fama & fortuna, adiit: καὶ δὴ τῆ Πόλει εἰσήλθομεν, ἡγεμόνι μὲν Θεῷ, μετὰ τῆς ἀγαθῆς φήμης καὶ τύχης. (p. 571.)

3. "Ut autem ab Aesepo rediit, *puerorum*, παιδίων, scil. Domesticorum, atque alio-"rum fausta exceperunt omina; *Nutrix* quoque mox surrexit, atque occurrit & con-valuit. Deinde cum Aesculapius jussisset Nostrum, *ut frigida lavaret*, id *Nive* factum est, quae *omnia occuparat, arbores, solum, fontes*. Quibus iterum significat, isthaec *hieme* fuisse peracta. (p. 572.)

4. Cum porro tunc temporis, ex Aristidis testimonio, SEVERUS Asiam Proconsul regeret; hinc necessario sequitur, eum jam anno superiore circiter medio, juxta horum temporum morem, in hanc venisse Provinciam. Subjungit enim Noster; *Isthaec autem in profectione ad Aesepum, & hinc reditu contigerunt, cum Asiae PROCONSUL,* Ἡγεμὼν τῆς Ἀσίας, *esset vir celeberrimus, SEVERUS, ex superiore Phrygia oriundus.* Sub cujus Proconsulatu *Mira* quaedam, θαυμαστὰ, ut Sophista vocat, transacta, plu-ribus post paginis[1] narrat; unde & nos proxime, quae ad institutum respiciunt, excerpemus. Quae vero hic dicitur ἄνωθεν Φρυγία, & p. 614. Φρυγία ἄνω, eadem proculdubio fuerit, ac quae *Straboni* (Lib. XII.) Phrygiam Magnam describenti memoratur, ut quae nuncu-paretur *Phrygia Montana*, ἐν ᾗ ἐστὶν ἥτις Παρώρειος λεγομένη Φρυγία, & quae contermina *Ga-latiae*, sic a *Gallis*, partem etiam Magnae Phrygiae occupantibus, appellatae. Unde haud immerito suspicari possumus, eundem cum hoc SEVERO Proconsule, ex ista Phrygia oriundo, esse CAICUM JULIUM SEVERUM, in Marmore *Ancy-rae* Galatarum reperto laudatum, & cujus in alio Lapide, ibidem quoque prostante, UXOR dicitur CARACULAEA EX REGIBUS [scil. Galatarum] ORTA. Illam quidem jam supra §. VI. n. 7. memoravimus; sed integram hic lubenter exscri-beremus, ut aliquot viri Eruditiss. hallucinationes[2] in ejusdem interpretatione admis-sas, corrigeremus; nisi longior fieret excursus, quam nunc patitur opus; quod jamjam, praeter consilium, sub manibus nimis crevit.

5. Igitur ad ea nos convertamus, quae sub *Severi* Proconsulatu Aristides sibi eve-nisse deinceps (p. 601. seq.) tradit. *Cum autem*, infit, *apud Aesepum tunc temporis, & rursum circa Jovis Templum versarer, ita mecum* [Severus] *egit.* Ἐπέμπετο τοῖς Ἡμιόσι κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους ἀφ' ἑκάστης πόλεως, ἑκάστου ἔτους, ὀνόματα δέκα ἀνδρῶν τῶν πρώτων, κ. τ. λ. *Mit-tebantur quotannis eo tempore ad Proconsules ex Urbibus singulis nomina decem viro-rum primorum*; *quae Proconsul* considerans, unum ex omnibus deligebat, quem *Pacis custodem constitueret*, καθιστάναι φύλακα τῆς εἰρήνης. *Itaque cum ex Mysiae quodam oppidulo, cujus nomen dicere nihil est opus, ad eum* [Severum] *prolata fuissent delecta nomina*; *ille, qui nihil adhuc rerum mearum cognosceret, nisi quod audierat me agros circa istum locum habere, ac fortasse non infimi esse ordinis*; *rejectis omnibus, quotquot missa erant nominibus, mihi Magistratum detulit*, προσήκειν ἄρχειν ἐμέ· *cum non cogitasset, me ad Smyrnam multo prius pertinuisse, quam spem de me formare Urbs illa posset,* ὅτι τῇ Σμύρνῃ προσήκειν πολλοῖς πρότερον χρόνοις, πρὶν ἐκείνης ἡμᾶς ἐρᾶσθαι πόλεως, *& ad eam rem prorsus in-eptum esse. Mittit deinde Archontibus Epistolam, non illis quidem, sed mihi datam*; *quam ii ad me venientes reddiderunt, & quae jubebat, me Paci praeesse,* προστῆναι τῆς εἰρήνης. "Ea magnopere perculsus Aristides, cum ad ipsum Proconsulem provocare nol-"let, siquidem nullus esset adversarius; ad ipsos *Archontes* ex eorundem consilio pro-"vocavit. Interea *paucis post diebus*, ἡμέραις δὲ πολλαῖς ὕστερον, *venerunt* ad eum *ex Italia Regum litterae, tum Imperatoris ipsius, tum ejus Filii*; *quae praeter alias, quas conti-*

1 Quibus interim alios honores a Deo tributos enumerat, & eos praesertim, qui ad *Eloquentiam* pertinent, a secundo inchoans morbi anno, quo ad studia reversus. Unde jam collecta fuere, quae ad antecedentes annos ordine, quantum fas erat, retulimus.

2 Palaeogr. Gr. pag. 159, 160.

nebant,

nebant, Laudes, IMMUNITATEM confirmabant, propter Eloquentiae ſtudium, ſi operam ei dare vellet. Αλλας τε σύφημίας ἔχουσι, καὶ ἢ ἀτέλειαν, ὅπισφραγιζόμεναι [ἐπιστολαὶ] ἢ ὅτι τοῖς λόγοις, εἰ πυγχάνοιμι χρώμενος αὐτοῖς [1].

6. Hos vero *Principes*, quibus Ariſtides, pro ſolito Graecorum more, Βασιλέων nomen adſcribit, alios non eſſe, praeter *M. Aurel. Antoninum*, cui Αὐτοκράτορος titulum tribuit, & *Commodum* ejus filium, ſatis patet; nec ullus hac in re haerere dubius poteſt. Hoc quidem tempore duo ſuperſtites erant *M. Aurelio* filii, anno Ch. CLXVI. Octobri menſe *Caeſares* [2] appellati: at *Verus* natu minor vix tum *quinquennis*; quippe quem, *Capitolino* teſte, (in M. Aur.) pater amiſit *ſeptennem*, ſub *ipſis Profectionis* ad bellum Germanicum *diebus*, anno Ch. CLXX. labente.

7. *Commodus*, fateor, haud multis major annis tunc erat, ut qui die Auguſti 31. An. Chr. CLXI. natus [3], annum proinde aetatis *octavum* modo agebat, ineunte anno Chr. CLXIX. ad cujus principium iſta referimus. Unde difficultas, quam diſſimulare nolumus, adverſus hanc hypotheſin oriri poſſet: maxime quod Ariſtides hoc loco unius ſolum *Imperatoris* meminerit, atque *L. Verum* omiſerit, alterum Imperii Collegam, qui hoc tandem anno exeunte, *media* ſcilicet *hieme*, ut habet *Galenus*, exceſſit. Ut hi autem nodi ſolvantur, haec paucis obſervanda putamus. 1°. Vix ac ne vix longi Ariſtidis morbi principium poteſt ab illa removeri Epocha, quam eidem aſſignavimus. Quod plura ſuperius deducta probant, & prae aliis quae de *Quadrati* Proconſulatu, ac rebus Noſtri ſub eodem, annoque Ch. CLXVI. oriente tranſactis diximus; ex quibus palam fit, Ariſtidem tunc jam per *quinque* minimum annos & menſes aliquot aegrotaſſe. Quo pacto neceſſe eſt, ut *decimus* ejus morbi annus cum hoc Ch. CLXIX. congruat, non ſecus ac quicquid ad illum Ariſtides ipſe de *Principum Litteris*, &c. alligat.

2°. *Commodum* Pater, ab ineunte pueritia, *& ſuis praeceptis, & etiam magnorum atque optimorum virorum, erudire conatus eſt. Habuit Litteratorem Graecum, Oneſicritum; Latinum, Capellam Antiſtium*, &c. quae *Lampridius* in ejus vita ſcribit; ne advocem *Herodianum* [4], aut *Pollucem, qui Onomaſticum* inſcripſit *Commodo Caeſari*, adhucdum tali *opera indigenti* [5]. Mirum idcirco videri nequit, ſi nomine *Commodi* etiamnum pueri, aliquis ex Praeceptoribus Graecis, plerumque vanis, Epiſtolam tum Ariſtidi miſerit, cum una eidem ſcriberet Pater *M. Aurelius*, qui id genus homines deperibat, & cui ideo alii palpare ſemper erant parati. Quin & hac via rem explicare tenerentur, qui vellent, abſque validis tamen argumentis, ad ſubſequentes annos amandare has *Commodi* Epiſtolas, quibus conſcribendis aeque foret ineptus, etiamſi pluſquam *decennis* ſtatueretur.

3°. *L. Verus* omnino Luxuriae & *Crapulae* deditus, praeſertim poſt ſuum ex Syria reditum [6], viros ſtudiis operam & vitam navantes parum curabat; adeo ut *M. Aurelius*, eo etiam vivente, facile potuerit ſolus ad id genus homines litteras ſcribere, aut eorum negotia cordi habere ac conſtituere. Adde quod & Oratione de *Concordia* ad Aſiae civitates, quae certiſſime *L. Vero* adhucdum vivente ſcripta, Noſter tamen de uno tantum *Rege* Maximo loquatur, ut qui ad eaſdem Urbes ſub *initium Imperii* ſcripſerit ea de re. Vide ad An. ſeq. n. 3.

4°. Anno quidem Ch. CLXVIII. deſinente *M. Aurelius* in *Italia* fuit; ſicque potuit, ibidem *Epiſtolas* ſcribere, quas Ariſtides hoc CLXIX. inchoante, haud longe poſt *Sol-*

1 Haec poſtrema *Canterus* ſecus interpretatur: *Immunitatem propter litteras, ſi ipſorum* [ſcil. a quibus ſcriptae fuerant Epiſtolae, Principum &c.] *uteror conſuetudine, mihi confirmabant.* Quam verſionem ſane jocularem ſatis confutat ſola Graecorum inſpectio.

2 Hinc nomine Βασιλέων apud Graecos veniebant, ut hic apud Ariſtidem *Commodus* una cum Patre.

3 *Pridie Kalend. Septembris, Patre Patruoque Conſulibus*, ſcribit Lampridius in Com. c. 1.

4 Hiſt. Lib. I. c. 2.

5 Lib. I. Proem.

6 Vide Capitolinum in L. Vero.

ſtitium hiemale, acceperit. At Imperator ille hoc ipſo labente anno rurſus ad bellum Germanicum Roma profectus, exinde in *Italiam* non rediit, niſi ſub ultimum ejuſdem anni exitum, atque in reditu *Altini*, Regionis Venetae, *L. Verum* Collegam amiſit, & quidem *hieme media*, id eſt expirante *Decembri*, ſi non labente *Januario*[1] ſequenti. Vix ſaltem ante medium hunc menſem potuit cum *Veri* corpore Romam ingredi. Deinde funebri ejus Pompae, diviniſque honoribus ei decretis intentus, vix tum, vel ſtatim poſtea, litteras ad Sophiſtam ſcripſerit. Nec etiam hae potuiſſent in *Aſiam* Roma tam cito tranſvolare, ut Ariſtidi redderentur *paulo poſt hiemis Tropas*. Haud melius convenirent ſubſequentes anni; ſiquidem Ch. CLXX. currente *M. Aurelius* egreſſus *Italia* per quinquennium in *Pannonia* degit, Germanico bello impeditus.

8. Illis ita diſcuſſis, quibus noſtra ſententia haud invalide corroboratur, ad Ariſtidis narrationem pergimus. *Ab Heliodoro quoque* (ſubdit, p. 602.) τῶ τ Αἰγύπτε Ὑπάρχε γνωμάϛε, *qui fuerat Aegypti Praefectus, litterae una cum Regiis venerunt, partim ad me datae, partim ad Proconſulem de me honorificae ac ſplendidae.* Quae [N.B.] *dudum quidem, ante hoc negotium ſcriptae fuerant*: Γραφέντα μὲ πολλῷ πρότερον τ χρείας ταύτης· *tunc autem opportune ſunt redditae.* Heliodorus autem ille pater *Avidii Caſſii*, qui rebellis anno Ch. CLXXV. arma contra M. Aurelium in Syria movit, ex *Cyro*, Civitate iſtius Provinciae, oriundus, *ob Rhetoricae peritiam ad Aegypti Praefecturam pervenerat*, teſte *Dione* apud Xiphilinum Lib. LXXI. Hinc amicitia & commercium inter Heliodorum atque Sophiſtam Noſtrum: Caeterum Hiſtorici de *Caſſii* rebellione agentes ne verbum quidem de Patre ceu tum vivente faciunt. Unde fas eſt credere, eum paulo poſt iſthaec, & ante filii facinus obiiſſe.

9. Iſtas porro Epiſtolas ad *Severum* miſit Ariſtides una cum ſuis totum declarantibus negotium. *Poſtea Severus ex ſuperioribus locis*, ἐκ τῆς ἄνωθεν χωρίων, *EPHESUM deſcendit ad agendum Forum*, δικῶν ἀγορὰν ἄξων, lectiſque *litteris*, *eo nos venire juſſit. Itaque miſi qui irent.* Antequam vero *Syndici* loqui coepiſſent, *Severus*, laudato publice Ariſtide, *Cupio*, dixit, *ut mecum imperet* [Ariſtides,] *atque jus immunitatis ipſi confirmo, ac manet*; Αἰτοῦμαι δ' αὐτὸν ἔφη συνάρξαι μοι· τὰ δὲ δίκαια τῆς ἀτελείας αὐτῷ κ βέβαια, καὶ μένει. *Haec publice dixit, & Commentariis*, ſeu publicis decretis *inſcripſit*: ταῦτ' ἐνέγραψε τοῖς Ὑπομνήμασι. (p. 603, 604.)

10. Decretum tamen illud nequaquam *Ariſtidi* placuit; ideoque poſt ſomnium, quod ut & caetera fuſe recitat, (p. 605, 606.) juſſus ab Aeſculapio *Pergamum rediit.* Ibi *Rufinus* ejus Amicus tum degens, cum rem audiviſſet geſtam, litteras ei dat, ad *Proconſulem* ſcriptas. Itaque Noſter *Smyrnam tempore DIONYSIORUM*, Διονυσίοις, *venit*; *aderatque Feſto Severus, atque una Legatus*, qui ejus admodum familiaris, & quodammodo *ſcriba* erat: κ γὰρ ὢν ὑπηρετεῖ γραμματεὺς αὐτῷ. Is tum in jure *Smyrnaeis* dicendo occupatus[2], audito tamen negotio, & *ſomnio* ante memorato, Ariſtidem ad Proconſulem deduxit. *Severus* autem, lectis *Rufini* litteris, & aliis *Pardali, ei a pueritia familiaris & contubernalis*[3], quibus ad eum multa de Ariſtidis Eloquentia erant ſcripta, haec dixit: *Nullus de Eloquentia quaerit*; *cum aliud ſit eſſe Graecorum primum, & Oratorem ſummum*, κ ἄκρον ἐν λόγοις· *atque aliud huic rei operam dare, & HABERE DISCIPULOS*, κ ἕτερον ἀφαιρεῖσθαι ὅτι τούτῳ κ μαθητὰς ἔχειν. *Paulo poſt ad Senatum*, πρὸς τὸν Βουλὸν, *juſſit me ire, ac Civibus perſuadere*; *ſimulque adhortatus eſt, ac ad juniores admittendos incitavit*; κ παρήνει προτρέπων τὸς νέους. *At ego nihil eſſe admonitione opus reſpondi, cum Deus hac de cauſa me dimiſiſſet, cui neceſſario foret obtemperandum.* (p. 607, 608.)

1 Profecto de iſtius Menſis die *decimo*, *Ovidius* Faſt. Lib. I. v. 459. *Poſtera lux hiemem MEDIO diſcrimine ſignat*, &c.

2 Καὶ γὰρ ἐπὶ τ Διοικήσεως τ περὶ Σμύρναν. p. 607.

3 Οἰκεῖος δ συνήθης ἐκ παίδων. p. 608.

11. Ex

11. Ex iis iterum liquet, negotium illud prioribus anni Romani menſibus in agitatione fuiſſe; quandoquidem iſta *DIONYSIA* celebrata *Smyrnae primo vere*[1] fuerunt, uti vel ex Noſtro (p. 402.) diſcimus. Eadem vero ad *Antheſterionem menſem medium* refert *Philoſtratus*[2]. Qui menſis eo nomine apud *Atticos* appellatus reſpondebat Menſi apud *Aſianos* dicto *Lenaeoni*; tunc temporis, ut ſuperius adnotatum, a 24. *Januarii* Romanorum incipienti. Sic nempe vocabatur a *Baccho Lenaeo*, Ληναίῳ Διονύσῳ, cui Feſtum Λήναια vocatum conſecraverant, & quotannis celebrabant *Athenienſes*, quorum *Colonos* ſe dicebant *Smyrnaei*. Apud hos etiam medio circiter *Lenaeone* peracta fuiſſe *Dionyſia*, alius Ariſtidis locus evincit. In hujus enim menſis *Diario*, de quo fuſe ad An. Ch. CLXVI. ſic habet: Ογδόη ὅτι ἦν, *octavo decimo die videbatur Metrodorus Poeta certare Smyrnae in POETICO CERTAMINE; quod & in eundem fere diem incidebat*, &c[3]. Jam vero eruditiſſ. *Meurſius*[4] probavit ex *Ariſtophane*, ejuſque *Scholiaſte*, & *Diogene Laertio*, &c. *CERTAMEN POETARUM* fuiſſe in illis LENAEIS. Octavus autem decimus *Lenaeonis* dies in *Februarii* Romani diem *decimum* incidebat. Quo circiter tempore *Ver* apud Romanos initium ſumebat, ſcilicet[5] *Sexto die ante Februarias Idus*, ſeu octavo Februarii.

12. Poſt *Severi* decretum, & antequam Ariſtides ex ejus Conſilio in Smyrnenſem Curiam ingrederetur, & hac de re verba faceret, aliud ei ſupervenit negotium. *Nam cum haberentur hoc tempore Comitia Prytanea*, Ἀρχαιρεσίαι Πρυτανεῖαι, *eum nominavit Senatus, duobus vel tribus ſubſcribentibus.* "Ita cum Smyrnaeis ea forent perſuadenda, de qui-"bus Noſtrum ad eos miſerat Proconſul, rurſus ab illis ad Proconſulem cogebatur pro-"vocare. *Pergamum igitur profectus* eſt Ariſtides; ubi cum die judicii e Templo in "Urbem deſcenderet, & accederet ad Proconſulem, is ut illum venire vidit, ſtatim "*Lictores*, Ῥαβδούχους, obviam miſit. Dein ab ipſo omni reverentia, & a *Judicibus*, καὶ "παρὰ τῆς Συνέδρων, & Oratoribus, Ῥητόρων, aliiſque cunctis exceptus fuit; adeo ut *De-"clamationis* potius quam *Judicii* ſpecies appareret, cum & benevolentia eſſet magna, "& audiendi ſtudium manibus ac voce ſignificarent. Cum *autem ad quinque menſuras* "*dixiſſet*, πεντὲ ὕ μέτρων[6] ἐκπεραθέντων, atque ex *Urbanis Syndicis unus* breviter & cum "laude Ariſtidi reſpondiſſet; *Severus* denique eum *ad Senatum rurſus cum litteris honorificis remiſit*: πέμπει με αὖθις εἰς τὴν βουλὴν μὲ γραμμάτων ἐντίμων. *Tum vero*, pergit, *non Immunitas mihi tantum eſt confirmata, ſed & cum honore tanto atque decore, ut aliorum nemini hac in re cedere viderer.* (p 608 — 610)

13. His pauca veniunt addenda de utroque *Munere*, ad quod Ariſtides electus fuit, & cujus *vacationem*, ſeu immunitatem magno molimine impetravit. Prioris quidem erat, *Pacem* cuſtodire, atque ideo ſeditioſos homines & pacis publicae turbatores comprehendere, ac praemiſſa notoria ad Tribunalia Judicum perducere; prout jamdudum ex D. *Auguſtini* Epiſt. 140 & 159[7], Doctiſſ. *Henr. Valeſius* notavit ad *Euſeb.* Hiſt. Lib. IV. c. 15. ubi *Herodes* quidam Smyrnaeorum *Irenarcha*, Εἰρήναρχος, dicitur, cum S. *Polycarpus* fuit apprehenſus. Creabantur autem *Irenarchae*, prout Cl. vir ibidem ſubjungit, ex corpore Curiae, ut indicat Lex 49. in Codice Theodoſiano de *Decurionibus*, in qua *Praepoſiti Pacis* dicuntur. Alia apud eundem lege. Obſervandum tamen ex Noſtro, electionem factam *Irenarchae*, non ex *Decurionibus*, ſed modo ex *Primatibus* in ſin-

1 Καλῶσι γάρ σε Ηρος ὥρᾳ πρώτῃ Διονυσίοις, &c.
2 De Sophiſtis Lib. I. §. 25. p. 531.
3 Tom. I. Serm. Sacr. I. p. 495, 496.
4 Graecia Feri. Lib. V. p. 195.
5 *Plin.* Lib. II. c. 47, &c.
6 Tempus nempe aquae menſura, quae *Clepſydra* inde nuncupata, metiebantur. vid. *Plin.* Epiſt. XI. Lib. II. & II. Lib. VI. *Philoſtrat.* de Sophiſt. Lib. II. c. 1. n. 11. pag. 561, &c.
7 Addi potuiſſet L. unic. Cod. de *Irenarchis*, unde liquet, eos *debuiſſe, ad tutelam Provincialium, quietis & pacis concordiam facere.* Unde & in L. 18. §. 7. ff. dicuntur *Diſciplinae publicae & corrigendis moribus Praefecti.* vid. Cl. *Pet. Burman.* Diſſ. de Vectig. p. 177.

gulis Urbibus, inter quos *Decem* ab Archontibus eligebantur, horumque nomina ad Aſiae Proconſulem mittebantur, ut unum ex illis, pro libitu, *Paci* praeficeret. Hunc Noſter φύλακα τῆ εἰρήνης [1] appellat, Marmora vero antiqua [2], non ſecus ac Scriptores, ΕΙΡΗΝΑΡΧΗΝ.

14. Alterum vero *Munus* indicatur ab Ariſtide, dum ſcribit, ſe a *Senatu* Smyrnenſi nominatum, cum haberentur Comitia PRYTANEA. Nullum enim eſt dubium, quin in id genus Comitiis electus fuerit PRYTANIS, quales *Smyrnae* fuiſſe plures, docent vel ipſa ibidem reperta Marmora; quae jamdudum Eruditiſſimi viri de hac dignitate agentes protulerunt, in primis Ill. *Spanhemius* [3], & Doct. *Anton. Vandale* [4], quos hic exſcribere non vacat. Satis ſit adnotaſſe, illud PRUTANUM Munus, partim *Sacerdotio*, & quidem *Veſtae*, inde ΠΡΥΤΑΝΙΔΟΣ dictae, partim *Magiſtratu* Politico, conſtitiſſe; atque aut *Annuum*, aut *Perpetuum* fuiſſe. Quod vero Cl. Viri ex priſcis jam probaverunt Monumentis, PRYTANUM nempe unum fuiſſe, qui eorum Conſilii foret Caput ac Praeſes, dictus ὁ ἐφ' ὅτος Πρύτανις, dum alii velut ejus Adſeſſores, οἱ σὺν Πρύτανιν, vocarentur; id inquam confirmatur ex Inſcriptione adhucdum inedita Marmoris, quod *Mileti* a Cl. V. *Gul. Sherard* repertum, & quod Imp. *Severo* TRIB. POT. III. IMP. VII. COS. II. id eſt, An. Ch. CXCV. cum jam ARABICUS & ADRIABENICUS cognominatus eſſet, dicatum, *curante Archieprytani Cteſio cum ſuis Adſeſſoribus*: ΕΠΙΜΕΛΗΘΕΝΤΟΣ ΤΟΥ ΑΡΧΙΠΡΥΤΑΝΙΔΟΣ ΚΤΗΣΙΟΥ ΤΟΥ ΚΙΣΙΟΥ [5]: ΚΑΙ ΤΩΝ ΣΥΝΑΡΧΟΝΤΩΝ ΑΥΤΟΥ ΕΣΤΙΑΙΟΥ ΤΟΥ ΕΠΙΓΟΝΟΥ Τ. Β. [6]: ΒΥΒΙΑΝΟΥ ΤΟΥ ΝΙΚΑΝΔΡΟΣ: ΑΓΑΘΟΠΟΔΟΣ ΤΟΥ ΣΤΡΑΤΟΝΙΚΟΥ: ΑΦΡΟΔΕΙΣΙΟΥ ΤΟΥ ΠΟΣΙΔΟΝΙΟΥ: ΕΡΜΟΥ ΤΟΥ ΔΙΟΝΤΣΙΟΥ. Ubi mendum in voce ΑΡΧΙΠΡΥΤΑΝΙΔΟΣ, pro ΑΡΧΙΠΡΥΤΑΝΕΩΣ, ut vulgo in vetuſtis Scriptoribus legitur, ſuſpicatus eſſem, niſi ſuccurriſſet *Athenaei* locus Lib. XI. p. 477. quo bis τῆ Πρυτανίδος, & ὧδε Πρυτανίδι habetur. Septem in illo quidem lapide *Prytanes* apud Mileſios videmus; verum an totidem *Smyrnae* aliiſve in Urbibus fuerint, incompertum mihi eſt.

15. Alia tandem *dignitas*, & quidem ΑΡΧΗΣ nomine, at obſcure ſatis, a Sophiſta Noſtro ſubindicatur [7], in qua eum *Severus* velut *Collegam* ſibi aſſociare voluerit, publice haec declarans: Αἰτοῦμαι δ' αὐτὸν ΣΥΝΑΡΞΑΙ ΜΟΙ. *Cupio ut* Ariſtides *mecum ejuſdem Poteſtatis ſit particeps*. Quid hoc ſibi velit, haud omnino certus ſum; niſi ſignificetur, Aſiae *Proconſules* habuiſſe nonnullos Συμβούλους καὶ Συνέχοντας, *Conſiliarios & adminiſtrationis Collegas*, quales *Dioni Syracuſano* fuiſſe ſcribit *Plutarchus* in ejus vita p. 981. quod jam ſummus vir *Ezech. Spanhemius* [8] notavit; addens, alioquin Συμβούλους e numero Ἀρχόντων fuiſſe apud Thurios, doceri ab Ariſtotele Polit. Lib. V. c. 7. Quin & recte obſervat, id unum in genere voce Συναρχία ſignificari, ſocietatem nempe ejuſdem Collegii ſeu Magiſtratus; indeque Συνάρχοντες Graecis dici, qui in eodem Imperio, ſeu Magiſtratu, vel Belli vel Pacis Collegae erant. Quibus Nummos illuſtrat *Antiochiae* in Caria ſub Impp. *Auguſto* & *Claudio* cuſos, cum ΣΥΝΑΡΧΙΑ ΑΤΤΑΛΟΥ & ΜΥΩΝΟΣ. His alius ſimilis in *Devonienſi* Gaza proſtat, in cujus prima facie circum *Auguſti* caput, ΣΕΒΑΣΤΟΣ, in averſa vero circum *Palladem ſtantem*, ΠΑΙΩΝΙΟΥ ΣΥΝΑΡΧΙΑ ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ.

1 Quomodo πανηγύρεως Εἰρήνης Φύλαξ, *Conſtitutus Pacis Cuſtos*, Zenobius quidam in Epiſtolis Libanii ineditis; Cl. Spanh. de Pr. Num. T. I. p. 710.

2 Sic Ancyranum apud Gruter. p. 448. n. 1. & aliud Aphrodiſienſe ineditum, ΕΙΡΗΝΑΡΧΗΣΑΝΤΑ.

3 Diſſert. de Num. Smyrn. ad calc. *Seguini* ſelect. Numiſ. dein auctior. in Graev. Theſ. Tom. V. pag. 659. vid. & de Praeſt. N. IV. T. 701.

4 Diſſert. Antiq. V. C. II. p. 389. ſeqq.

5 Cum in Apographo, quod ab Illuſtriſſ. nec unquam ſatis laudato Comite *Pembrochiae* habui, ΚΙ ſit in extrema linea, neſcio annon potius legendum, ΚΤΗΣΙΟΥ· ut filius ejuſdem nominis ac Pater fuerit.

6 Hoc eſt ΤΟ Β. ſeu *ſecundo*, ut iſte *Eſtiaeus* tunc iterum *Prytanis* Mileti fuerit.

7 Pag. 604, 605, 610.

8 De Praeſt. Numiſ. T. I. p. 696.

16. Utut

16. Utut ſit, hujus Muneris ſicut & aliorum IMMUNITATEM, Ariſtides a Proconſule *Severo* impetravit, imo & perpetuam VACATIONEM. De qua ut hic pluribus agam, neceſſe non videtur; cum jam alii fuſe ſatis hac de materia commentati ſunt, & haud ita pridem Doctiſſ. *Everardus Otto* Cap. 6. integro libri de *Aedilibus Coloniarum*: Ubi prae caeteris, pro inſtituto noſtro, notandum, quod *Rhetores* ac *Sophiſtae* immunitatem acceperint, *propter aſſiduam curam & diligentiam, quam juventuti Oratoriis Artibus imbuendae impendebant.* Eam enim rationem immunitatis in commune profert *Paulus* apud *Modeſtinum* in L. VI. §. 5. & Conſtantinus in L. III. Cod. Th. de Medicis & Profeſſoribus, *quo* ſcil. *facilius liberalibus ſtudiis & memoratis Artibus multos inſtituant.* Quod & ex Ariſtidis narratione manifeſtum eſt. Caeterum inſigne ſupereſt[1] Monumentum ex Lapide Smyrnenſi erutum, quo *Severi* & filii *Antonini* Reſcriptum ad Smyrnaeos, in *Claudii Rufini* Sophiſtae gratiam, datum habetur; & quo Imperatores provocant ad *divinas Anteceſſorum ſuorum Conſtitutiones*, quibus *Vacatio a publicis officiis promulgata* fuerat *Sophiſtis*, & quarum virtute *Proclus* ipſe eadem *immunitate* fruebatur: Ο ΔΙΑ ΤΗΝ ΠΡΟΑΙΡΕΣΙΝ Η ΣΥΝΕΣΤΙΝ ΕΠΙ ΠΑΙΔΕΙΑ ΚΑΙ ΤΟΝ ΕΝ ΛΟΓΟΙΣ ΣΥΝΕΧΗ ΒΙΟΝ ΤΗΝ ΠΡΟΚΕΙΜΕΝΗΝ ΤΟΙΣ ΣΟΦΙΣΤΑΙΣ ΚΑΤΑ ΤΑΣ ΘΕΙΑΣ ΤΩΝ ΠΡΟΓΟΝΩΝ ΗΜΩΝ ΔΙΑΤΑΞΕΙΣ ΑΤΕΛΕΙΑΝ ΤΩΝ ΛΕΙΤΟΥΡΓΙΩΝ ΚΑΡΠΟΥΜΕΝΟΣ,&c.

ANNO { *U. Rom. DCCCCXXIII.*
Aer. Vulg. CLXX.
Ariſtid. Aet. XLI, XLII. Morbi XI.
M. Aur. Antonini X.

COSS. M. Corn. Cethego, & C. Erucio Claro.

1. Poſt *Severum* quidem Ariſtides ſignificat, *Amicum* Aſiae Proconſulem fuiſſe, ſic de illo loquens, pag. 600. Σέβηρος ὁ τ Ασίας Ηγεμὼν ἦρξεν οἶμαι ἐνιαυτῷ πρότερον τ ἡμετέρου ΕΤΑΙΡΟΥ. *Severus Aſiae Proconſul* Provinciam *rexit, ut arbitror, anno ante AMICUM Noſtrum.* Quis iſte fuerit, vaticinari non datur.

2. Cum vero nihil amplius certi habeamus, quod pateat ad hunc annum pertinere; haud abs re fuerit, ſi hoc loco pauca dixerimus de nonnullis *Ariſtidem* ſpectantibus, quae ſolummodo videmus *Morbi* tempore, at ante *L. Veri* obitum peracta fuiſſe. Et primum quidem *Orationem*[2] ad *Rhodios* de Concordia ſcriptam poſtquam aegrotare jam coeperat, ipſius exordium clare docet; nec pluribus tamen *poſt* annis: Siquidem dubitat[3], num ad *Rhodios* jam perveniſſet valetudinis *ſtatus*, quem *diis committit, qui eum ad hoc uſque tempus* conſervaverant: τοῖς Θεοῖς ἐπιτρέπω δι' ὃς ἡμῖν τοῦτον ἐσώθη τ χρόνον. Unde colligere licet, hunc libellum, non niſi poſtquam Sophiſta *Pergami* degens ad ſtudia redierat, exaratum eſſe. Deinde (p. 386.) ut *Rhodiorum* diſſidia ſeditionemque avertat, ipſis ob oculos ponit periculum fore, ne *Libertatem* amittant, ſi diſcordia & contentiones ſic procedant; cum eſſet impoſſibile, ut id PRINCIPIBUS, τοῖς ΑΡΧΟΥΣΙ, ignotum foret, atque ab ipſis contemneretur. Nec vanus erat metus, quandoquidem, ut *Tacitus* obſervat, (Annal. XII. c. 58.) *Rhodiis libertas adempta ſaepe, aut firmata, prout bellis externis meruerant, aut domi ſeditione deliquerant.* Poſtremum *Veſpaſianus* eos libertate privavit, & in Provinciae formam cum plurimis aliis Inſulis redegit[4]. Quod Hieronymus in Chronico ad annum *Veſpaſiani* V. ſeu Ch. LXXIII. allegat. Paulo poſt tamen iterum *liberi* fuerunt facti; quippe *Rhodus* dicitur *libera* Plinio, (Lib. V. c. 31.) qui tribus quatuorve poſt annis ſcribebat. Et ſane *Trajano* Imperante *Dio* Chryſoſto-

1 Vid. *Th. Smith* Notit. Eccleſ. p. 55. *Spon.* Itin. T. III. p. 126. *Append.* ad Oxon. Marm. p. 304.

2 Tom. II. p. 374, — 402.

3 Επεὶ δ' ἴσως ἡμῖν ποθὲν ὑμᾶς ἀφῖκται λόγος, ὡς ἀλγεῖμεθα.

4 *Sueton.* in Veſp. C. 8. *Sex. Rufus* in Breviar. &c.

mus

mus teſtatur[1], *Rhodios* fuiſſe *liberos*, ac in *libertate* tum non ſecus ac *ſecuritate* vixiſſe.

3. Ante pariter *L. Veri* mortem elucubrata eſt altera Sophiſtae Oratio[2]; qua tres praecipuas *Aſiae* Civitates, *Pergamum*, *Smyrnam* & *Epheſum* exhortatur, ut invicem amicitiam concordiamque colant, nec de *Primatu* inter ſe contendant. Quod ut validius ſuadeat, in exemplum tandem ob oculos ponit, ut omnium validiſſimum, τὸς πάντα ἀείςους Βασιλεῖς, *Reges omnium optimos, quibus etiam pulcherrimum eſſe videtur, mutua invicem concordia & amicitia*: οἷς πολλῶν καὶ μεγάλων ὑπαρχόντων κάλλιςον εἶναι δοκεῖ ἡ πρὸς ἀλλήλους ὁμόνοια καὶ φιλία. (p. 337.) Quam *Concordiam* in fratribus, M. Aurelio & L. Vero, jam ſupra vidimus ab Ariſtide Cyzici laudatam. Etiamſi vero hic & mox ſemel ac iterum *Reges* plurali numero memoret; ſuperius tamen meminit (p. 335.) unius duntaxat ſummi & maximi *Imperatoris* ſeu *Regis omnium doctiſſimi*; τῦ κρατίςυ τῆς Βασιλέων, καὶ πάντας εὖ παιδεία παρελθόντος· qui *hac de re ſtatim poſt Imperii principium*, τὸ κατ' Ἀρχὰς εὐθὺς, *ſcripſerat, promittens ſe pro optimis ac fortiſſimis eos habiturum, qui Concordiam ultro fuiſſent auſpicati.* Quibus ſi phraſin addas, quam narrationi inſerit, καὶ ταῦτ' ὡς γε ἐγὼ μέμνημαι, *quantum ego memini*; manifeſtum ſatis erit, haec aliquot poſt annis exarata fuiſſe, quam *M. Aurelius Antoninus* ac *L. Verus* Imperium ſuſceperant, ſicut & antequam hicce obiret. Deinde Ariſtides Urbes illas de PRIMATU[3] certantes deſcribens perſpicue docet, ſe tum *Pergami*[4] degiſſe, in ejus CURIA hanc Orationem dixiſſe[5], atque jam ab aliquo tempore ſub *Aeſculapii* cura fuiſſe. *Ego certe* (inquit pag. 304.) *unus ex iis & ipſe ſum, qui non bis opera Dei vixerunt; ſed multas ac varias tranſegerunt vitas, & morbum ea de cauſa cenſent utilem*, &c. Multa vero ſunt in hac Oratione notatu digniſſima, quae tamen hic praeterire cogimur.

4. Ad idem *Morbi* tempus referendae ſunt *Orationes* in *Bacchum*[6], in *Herculem*[7], in *Aſclepiadas*[8], quae ex *Somniis* dictae. Ita & alia in *Puteum* Aeſculapii; (pag. 441 — 448.) quae recitata, cum jam ſaepius ex ejus aqua bibiſſet, & in ea laviſſet. Idem cenſeo de illa in *Alexandrum* Praeceptorem *Funebri*[9], quae mihi videtur haud multo ante Imp. *L. Veri* mortem dicta. Etenim ſupra vidimus, *Alexandrum* ab Ariſtide in ſomniis anno Ch. CLXVI. ineunte immiſſis memoratum eſſe, ut qui tum in vivis adhucdum eſſet. Verum de *Epiſtolis*, quas ſub initium anni CLXIX. ex *Italia* accepit, verba faciens, nullius ab *Alexandro* ſcriptae meminit. Ille certe *Romae* degebat, cum Ariſtides ſub *Morbi* principium illic decumberet; ſiquidem tum nihil omiſit, quae ad Sophiſtae ſalutem facerent, uti ad an. Ch. CLX. n. 3. praenotavimus. Quin etiam Noſter innuere videtur, *Alexandrum* Romae ultimis vitae annis docuiſſe, & obiiſſe. Notanda praeſertim hanc in rem ejus verba, pag. 148. *Quocirca nunquam ceſſabat*: *& ſi quando a munere vacabat, vel inter Principes viros, vel in ipſa Regia verſabatur*; ἢ ἐν τοῖς Δωριέως ἂν ἦν, ἢ ἐν αὐτῷ ΒΑΣΙΛΕΩΣ οἴκῳ· *iſtis tamen Regum*, τῶν ΒΑΣΙΛΕΩΝ, *convictibus obiter tantum utebatur*; *cum adepto jam per totam Graeciam Primatu, ac mille*

1 Orat. Rhodi. XXXI. pag. 345. & XXXII. ad Alex. p. 377, &c.

2 Tom. II. p. 297, — 339.

3 P. 302. "Age vero Civitates etiam commemoremus, quae de PRIMATU, περὶ ΤΟΥ ΠΡΩΤΕΙΟΥ, "nunc diſceptant, & a quibus praecipuum contentionis initium coepit: quanquam non ipſae peccarunt potius, quam aliae, quotquot de his inter "ſe diſſident. Et p. 330, 331. oſtendit, illas de illis rebus decertaſſe, quae erant inter eas *Communia*, de *Templis*, de *Certaminibus*, de *Conſiliis*. De quo *Primatu* fuſe, &, ut ſolet, erudite tractavit Cl. *Spanhemius* Tom. I de Praeſt. Num. p. 632, — 650.

4 Quam praecipue laudat ob *Aeſculapii* Templum & Cultum, p. 303, 304, 305.

5 Pag. 302. *Incipiam ab ea*, Urbe, *quae nos nunc excipit, & hiſce Sermonibus Curiam*, τὸ βουλυτήριον, *praebet.*

6 Tom. I. pag. 51 — 55.

7 Pag. 56 — 65. Hac etiam p. 65. innuere videtur ſe tum *Smyrnae* fuiſſe, ſcribens ſibi privatam quandam cum *Hercule* amicitiam eſſe, *ex divina quadam voce, quae videbatur ex METROO* [ſc. Matris Deorum Templo, quod ſupra ceu *Smyrnae* celeberrimum memoravimus] *procedere, ac PRAESENTES jubebat ferre CASUS*, &c.

8 Pag. 73 — 83.

9 Pag. 142 — 160.

editis

editis ſui ſpeciminibus, ita demum in Regis Aulam, & aures penetraſſet, ὅτου ἡ εἰς ΒΑΣΙΛΕΩΣ αὐλάς τε καὶ ἀκοὰς ἀφίκετο. Conſtat ſaltem hanc *Orationem* ad *Cotiaeenſes* ab Ariſtide *miſſam*, tum aegrotante. *Vellem* (ait p. 160.) *autem corpore eſſe firmiore,* —— *ut mea quoque opera uti alicubi poßetis.* Cum vero Noſter ſua vellet ſcripta *recognoſcere*, ita factum eſt, ut *Alexander* ante obitum nec libros *ejus deſcripſerit, nec legerit pleroſque. Judicium tamen de Orationibus, ſi non invidia majus, inſigne certe ſemper tulit.* pag. 160.

ANNO { *U. Rom. DCCCCXXIV.*
Aer. Vulg. CLXXI.
Ariſtid. Aet. XLII, XLIII. Morbi XII.
M. Aur. Antonini XI.

COSS. L. Septimio Severo II. & L. Alfidio Herenniano.

1. Hunc Morbi annum ipſemet Ariſtides diſerte notat in illo *Sermonis* Sacri VI. fragmento, quod modo ſupereſt, p. 646. *SECUNDO*, inquit, *anno poſt reditum ab AESEPO, a MORBO autem DUODECIMO*; Δευτέρῳ δ' ἔτει μετὰ τὴν ἀναχώρησιν τὴν ἀπὸ Αἰσήπου, δωδεκάτῳ δ' ἀφ' ἧς πρῶτον ἔκαμον, *multa mihi miraque contigerunt viſa,* φαντάσματα, *quae EPIDAURUM Deo* [Aeſculapio] *ſacram nos mitterent.* Deinde primam viſionem, vel potius primae partem recitat, cum caetera perierint. Ea videbatur aliquis *Muſonii* ſermonem repetere, quo *aegrotum quendam & deſperatum excitabat*, ut iret peregre. *Erant*, addit, *praeterea voces: Serva eum Athenienſibus. Id autem Graecos ſignificabat; & magna de rebus Italicis Oracula:* ἡ περὶ τὴν ἐν Ἰταλίᾳ μεγάλαι προῤῥήσεις. His cum fragmentum deſinat, vix poſſumus augurari, quid iſta, de *Athenienſibus*, Graeciſve, atque de rebus in *Italia* gerendis, ſignificent: Niſi dicamus, iis indicari, Sophiſtam N. poſtea ſe iterum in *Italiam* contuliſſe, quemadmodum inferius videbimus eum in *Graecia* & *Athenis* fuiſſe.

2. Utut ſit, *Epidaurum* certe petierit Ariſtides, & inde redierit ante *mediam aeſtatem*, ſi dicamus quidem eum hoc anno iterum ad *Olympia Cyzicena* profectum eſſe. Etenim ea anni tempeſtate & *Junio* circiter labente ſuſceptum eſſe ſecundum illud iter, clare ſatis docet Noſter in ſua ejuſdem deſcriptione admodum prolixa, *Serm. Sac.* V. p. 634 — 640. Ex qua primum obſervare eſt, quod initio diſerte teſtatur, ſe nimirum illud iter ſuſcepiſſe *quinto poſt* primum *anno, menſe eodem, atque iiſdem propemodum diebus, cum inſtarent OLYMPIA*, ΟΛΥΜΠΙΩΝ ὄντων· *nec longe a PRIORI diverſum* fuiſſe; ſiquidem *primo die* fuit inedia, vigilandumque *propter Muſcarum copiam*; atque *poſtridie* iter perfecerit.

3. Ex quibus liquido colligitur: 1°. Iter hocce ſecundum, non ſecus ac primum, ex *Patria* ſuſceptum ab Ariſtide, cum utrumque *duobus* peractum fuerit diebus; & 2°. quidem *Aeſtate*, ut indigitat *Muſcarum copia* hoc loco memorata: 3°. Cum certamina *quinquennalia* Cyzici eſſent celebranda, quae & ibidem *Olympia* vocabantur. Etenim totus Ariſtidis contextus manifeſte docet, de aliis non agi *Olympiis*. Ut certum ſit, Cl. *Spanhemium* haud ſatis ad narrationis tenorem advertiſſe animum, cum ad *Morellium* ſcriberet (p. 311.) hoc loco Ariſtidem *Smyrnaeorum Olympiorum*, quibus ipſe debebat intereſſe, mentionem facere. Praeterea id genus Certamina *Cyzici* celebrata, *Olympia* quoque fuiſſe nuncupata, demonſtratur ex duobus Marmoribus *Aphrodiſiae & Philadelphiae* deſcriptis a ſaepius memorato *Gul. Sherard*, ejuſque Comitibus. Primo laudatur quidam, cujus nomen periit, filius *Claudii Agathangeli*, qui in plurimis vicerat *Certaminibus* ibidem recenſitis, inter quae haec ad finem adponuntur: ΚΟΙΝΟΝ ΚΙΛΙΚΙΑΣ ΕΝ ΤΑΡΣΩ ΔΙΣ ΚΑΤΑ ΤΟ ΕΞΗΣ: ΚΥΖΙΚΟΝ ΟΛΥΜΠΙΑ: ΚΑΙ ΤΩΝ

ΚΑΤΑ

ΚΑΤΑ ΠΑΝΤΩΝ ΑΔΡΙΑΝΙΑ ΟΛΥΜΠΙΑ ΕΝ ΕΦΕΣΩ, &c. Secundo lapide Philadelpheno inter plura alia habentur hæc: ΑΔΡΙΑΝΕΙΑ ΕΝ ΕΦΕΣΩ: ΔΕΙΑ ΑΛΕΙΑ ΕΝ ΦΙΛΑΔΕΛΦΕΙΑ: ΚΟΙΝΟΝ ΒΕΙΘΥΝΙΑΣ ΕΝ ΝΙΚΟΜΗΔΕΙΑ: ΤΡΑΙΑΝΕΙΑ ΕΝ ΠΕΡΓΑΜΩ: ΟΛΥΜΠΙΑ ΕΝ ΚΥΖΙΚΩ: ΑΣΚΛΗΠΕΙΑ ΕΝ ΑΓΚΥΡΑ, &c. Unde palam eſt, ut id obiter adnotem, apud *Gruterum* p. 1090. ubi legitur n. 2. in Corona *ex olea*, ΚΥΤΙΚΟΝ ΚΟΙΝΗΝ ΚΩΜΩΔΩΝ, & n. 5. in Corona *ex violis*, ΚΥΤΙΚΟΝ ΚΟΙΝΗΝ ΤΡΑΓΩΔΩΝ, omnino reponendum eſſe, ΚΥΖΙΚΟΝ ΚΟΙΝΟΝ, &c. Quemadmodum in aliis ibidem Coronis caeterarum Urbium nomina conſtruuntur; v.g. ΝΙΚΟΜΗΔΕΙΑΝ ΔΙΑ ΠΑΝΤΩΝ: ΠΕΡΓΑΜΟΝ ΚΙΘΑΡΩΔΟΥΣ, &c.

4 Deinde cum Ariſtides tradat, iter iſtud *ſecundum QUINTO* poſt *prius* anno peractum, atque ſupra viderimus, vix *prius* ante annum Ch. CLXVII. perfici potuiſſe; ſequitur hocce iter *ſecundum* haud etiam ante annum Ch. CLXXI. peragi potuiſſe. Etenim ex Noſtro liquet, haec Olympia Cyzicena, ad aliorum Graeciae inſtar, fuiſſe *Quinquennalia*, id eſt, ſingula annis *quatuor* integris poſt antecedentia lapſis, & *quinto* vertente anno celebrata fuiſſe.

5. Superiora porro ex illis confirmantur, quae Sophiſta N. addit de valetudine ſua, dum *Cyzici* fuit, & poſt *reditum*. Hunc poſtquam dixerat [1] factum eſſe, quod ſomnio Aeſculapius diſceſſum imperaſſet, quodque *publicum Jovis Olympii ſacrificium*, in Patria [2] nimirum, *inſtaret*, cui intereſſe tenebatur; haec ſubjungit notatu digna: *Corpus etiam hoc tempore optime omnium, ex quo primum aegrotaveram, affectum fuit. Nam & quamdiu CYZICI fui, & SEX poſt reditum MENSIBUS continuis validiſſimo fui corpore, mane ſurgens, & longe ambulans, ac ſaepius in die, & ad priſtinam valetudinem proxime reverſus*, &c. Mox addit, *Morbum*, qui *interea per dies aliquot* eum *invaſit*, ſanatum mirabiliter ab Aeſculapio fuiſſe; cum ſcilicet *Autumno*, *Borea* flante, Ariſtides ex ſomnio, quod fuſe recitat, *decem ſtadia pedes cucurriſſet*, *ad fluvium*, qui *Praedium* [3] in quo tunc verſabatur, *praeterfluebat*, atque in eodem laviſſet. *Deinceps*, pergit [4], *uſque ad mediam hiemem fuerunt omnia facilia*: Καὶ τὰ ἀπὸ τούτου πάντ' ἦν εὔκολα εἰς μέσον χειμῶνα· τὰ δ' ἐν τῷ χειμῶνι, διαίτης τινὶ τάξει καὶ τύποις ἰᾶτο. *Per hiemem porro quibuſdam Diaetae conſtitutionibus nos ſanavit.* Quibus immediate addit ſuas cogitationes & ſecum ratiocinationes de ſtatu valetudinis priſtino, atque de ſua ab urbe Smyrna abſentia, quas §. IV. n. 7. memoravimus.

6. En igitur, vides, Sophiſta non modo ante *Autumnum* ad *Olympia Cyzicena* profectus erat, indeque in *Patriam* rurſus reverterat; ſed & ex illo tempore validius, quam unquam, corpus ejus ſe habuit, & quidem per *ſex menſes*, *ad mediam uſque hiemem*. Ab hac autem, ſive ab expirante *Decembri* Romano, ſi menſes totidem retro computes, ſic ad labentem devenies *Junium*, quo *Cyzicena Olympia* fuerint peracta; ad inſtar nimirum Olympiorum Graeciae. Imo & per alteram *hyemis* partem, atque idcirco per priorem anni ſubſequentis Romani, Ariſtides in *Patria* etiamnum fuerit, *Diaeta* uſus ab Aeſculapio ſanitatis recuperandae cauſa praeſcripta.

7. Ea porro vix ante XII. Morbi Ariſtidaei annum contigiſſe, inſuper confirmabitur, ſi conferantur cum aliis ſuperius diſcuſſis, atque exinde haec praeſertim obſerventur: 1°. Ariſtidem anno demum Morbi X. labente, poſt ſuum ab *Aeſepo* ejuſque Thermis reditum, coepiſſe melius ſe habere; 2°. tum *Smyrnae*, Pergamique fuiſſe, minimum ad *Aeſtatis* uſque initium. Jam vero ſi Rhetor N. anno ſubſequente, Morbi nempe XI. *Cyzicum* ſecunda vice profectus eſſet; an quaeſo *ſex* circiter poſt reditum *menſibus*, potuiſſet ſecum *cogitare quam diu Smyrna abeſſet*? Ἀναλογιζομένῳ δέ μοι τὸν γε χρόνον ὁπόσον τινα

1 Tom. 1. pag. 636.

2 Prout ex toto Ariſtidis contextu manifeſtum ſit. Ut nullum ſit dubium, quin Cl. *Ezech. Spanhemius* iterum hallucinatus fuerit, dum loco citato Epiſt. ad Morellium, iſthaec ad *Hadriana Olympia* Smyrnae celebranda referret.

3 Conf. quae ſup. §. III. n. 10. hac de re protulimus.

4 Tom. I. p. 640.

ἀπεῖναι

ἀπὸν ἀπὸ Σμύρνης, (p. 641.) Ita enim per annum modo & aliquot menſes *Smyrna* fuiſſet abſens; ſupponendo etiam, eum ſtatim ab hac urbe in Patriam regreſſum, poſtquam ſub aeſtatis principium litteras a Proconſule *Pergami*, immunitate confirmata, ad *Smyrnenſem* Senatum datas reddidiſſet. Adde quod, ſi anno Morbi XI. atque adeo Ch. CLXX. aſſignaveris *ſecundum* iſtud iter Cyzicenum, ſic & *prius* fuerit anno Ch. CLXVI. aſcribendum; quod tamen rebus tum tranſactis nequaquam congruere poſſe, ibidem oſtendimus. Itaque multo veriſimilius eſt, ſecundum illud iter haud ante hunc annum Ch. CLXXI. fuiſſe peractum. Nec etiam ulterius quam ad proxime ſequentem id differri poteſt; quoniam is eſt XIII. & ultimus morbi annus, ante quem tamen terminum illa ad iſtud iter ſpectantia contigerunt; atque anno ſubſequente Ch. CLXXIII. ſi non ipſomet antecedente CLXXII. *Peſtis* fuit, quam Ariſtides docet ſtatim poſt eveniſſe, quam *Oraculum* de XIII. Morbi ſui annis fuerat completum.

8. Equidem ex iſtis duobus annis mihi magis arridet Morbi XIII. ac Ch. CLXXII. tum propter Ariſtidis in *Graeciam* & *Epidaurum* iter anno Morbi XII. ac Ch. CLXXI. imperatum ab Aeſculapio; tum etiam quod illi anno Morbi XIII. & poſtremo melius convenire videantur, quae Sophiſta de valetudine fere poſt ſuum *Cyzico* reditum recuperata. Adde quod idem melius quadrat cum phraſi, qua narrationem ea de re orditur. *Age*, inquit, *Cyzicenum quoque iter narremus, quod NUPER ſuſcepimus*: φέρε δὴ καὶ τὴν εἰς ΚΥΖΙΚΟΝ ἔξοδον διαμνήσθητι, &c. p. 634. Verum perinde nobis erit, quiſquis Lectori erudito magis placuerit annus; ſive CLXXI. ſive CLXXII. fuerit.

9. Idcirco ſi ad alterutrum alligamus, quod Ariſtides de ſua aetate ſcribit, tum illas ſecum ratiocinationes de valetudine, atque ab Urbe *Smyrna* longiori abſentia; ſe nempe tunc fuiſſe adhucdum *aetatis mediae*; atque ſi vel ex anno Ch. CLXXI. exeunte retro calculos ineamus, ad annum Ch. CXXIX. deſinentem, cui melius convenire diximus (§. IV. n. 7.) Ariſtidis *Natalem*: ſic annus aetatis ejus XLIII. coeperit ſub exitum iſtius anni Ch. CLXXI. At vero tum inierit *quinquageſimus quintus*, ſi Sophiſtae *Natalem* ad annum Ch. CXVII. expirantem rejiciamus. Valde autem dubito, Sophiſtam Noſtrum ſe *mediae aetatis* dicere voluiſſe, cum LV. aetatis annum ageret. Profecto *Claudius* Suetonio Lib V. c. 10. dicitur *maximam aetatis partem* tranſegiſſe, cum *quinquageſimo anno* Imperium cepit. Sic *Ovidius* annos *quinquaginta* natus, cum exilium peteret, de ſe velut tum *ſene* loquitur, *Triſt.* Lib. IV. El. 8. v. 33.

Jamque, decem Luſtris omni ſine labe peractis,
Parte *premor* vitae deteriore *meae.*

Et Eleg. X. v. 93.

Jam mihi canities, *pulſis melioribus annis*, &c.

Nec aliter *Irenaeus*, Aſia quoque oriundus, & Ariſtidi partim coaevus; qui Lib. II. c. 39, 40. Chriſtum inter *Seniores* annumerat, exiſtimans, eum *jam XL. annos exceſſiſſe, quinquageſimum autem annum nondum attigiſſe.* Quin etiam ipſo affirmante; *Quia triginta annorum aetas primae indolis eſt JUVENIS, & extenditur uſque ad QUADRAGESIMUM annum; omnis quilibet confitebitur, a QUADRAGESIMO aut QUINQUAGESIMO anno declinat jam in AETATEM SENIOREM*, &c. Alia proferre teſtimonia, non eſt operae pretium. Confer modo quae §. IV. diſputavimus, & elige quicquid lubebit.

10. Poſt praedictas vero cogitationes ſomnium habuit Noſter, quod fuſe narrat a p. 641. ad 645. finemque *Serm. Sacri* V. quo ſcilicet ſibi videbatur *Athenis* eſſe, ac loca perluſtrare, &c. Quae ſic abſolvit; *Atque haec mihi de FUTURA gloria, & eodem in loco MANSIONE, praeter alia multa, ſignificata ſunt.* Haec autem illis ex fragmento *Serm. Sacr.* VI. ſuperius n. 1. congruentia, clare ſatis indigitant, Ariſtidem revera poſt-

haec *Athenis* per aliquod tempus degiſſe. Unde pariter deducitur, utrumque *Sermonem* non niſi poſtea ſcriptum eſſe.

ANNO {
Urb. Rom. DCCCCXXV.
Aer. Vulg. CLXXII.
Ariſtid. Aetat. XLIII, XLIV. Morbi XIII.
M. Aur. Antonini XII.
}

COSS. Maximo & Orſito.

1. Cum Ariſtides Oraculum retuliſſet, quo ſibi ſignificabatur, per XIII. annos aegrotaturum eſſe, uti ſupra memoravimus; dein (p. 526. ſeq.) *eventum* ejuſdem *Oraculi de annis*, ut vocat, connectens, haec profert, ad hoc tempus, in quo verſamur, pertinentia: *Atque illum quidem* [Aeſculapium] *per totum illud tempus*, [annorum ſcil. XIII.] ἅπαντα τὸν τοῦτον χρόνον, *nos conſervaſſe, diemque poſt diem donaſſe, adeoque nunc etiam eundem nos ſervare; quicunque vel exiguum quid rerum noſtrarum cognitum habent, ignorare non poſſunt. Verum poſtquam Oraculi tempus expiravit,* ἀλλ' ἐπειδὴ διεγράφετο χρόνος ὁ τῆς Προρρήσεως, ταῦτα ἐγένετο, *haecce contigerunt.* Mox *peſtem* deſcribit, quae proinde ad annum ſubſequentem alliganda venit.

2. Ea vero de XIII. Morbi annis toties apud Sophiſtam repetita, uti & diſerta anni XII. mentio, evincunt, *Canterum*, & poſt illum Cl. *J. Fabricium*, Bibl. Gr. Lib. IV. c. 30. hallucinari, ſcribentes, Ariſtidem cum morbis *per decennium* modo eſſe conflictatum.

ANNO {
Urb. Rom. DCCCCXXVI.
Aer. Vulg. CLXXIII.
Ariſtid. Aetat. XLIV, XLV.
M. Aurel. Antonini XIII.
}

COSS. M. Aur. Severo II. & T. Claud. Pompeiano.

1. Quando Ariſtides *Smyrnam* rurſus petierit, minime liquet. Verum ibidem erat, ſeu in *Suburbio*, ἐν τῷ περαστείῳ, (id eſt, proculdubio in ſua villa, nomine *Laneo*, ut jam ante vidimus) & quidem *aeſtate media*, κατὰ θέρος ἀκμὴν, cum *peſtilens morbus omnes fere finitimos invaſerat.* Poſtquam vero *de famulis ejus primum duo vel tres* aegrotaverant, *deinde plures*, ac denique *omnes tam ſenes quam juvenes mortui erant*; *poſtremo* tandem ipſemet *captus eſt.* Dein dum omnia deſperatione ejulatuque plena erant, atque ipſa etiam jumenta aegrotabant, Ariſtides quidem per aliquod tempus reſiſtebat, *non minus aliorum ſaluti, quam ſuae conſulens*; at poſtea graveſcente morbo, ita male ſe habuit, ut *diſceſſerint Medici, deſperantes, quaſi mox eſſet moriturus.* Attamen cum primum apparuiſſet Aeſculapius, deinde *Minerva* cum Aegide, ac eadem figura, qualis Athenis a *Phidio* repraeſentata fuit, Dea eum *conſolata eſt, & a morte ſervavit*, &c. (pag. 527,— 530.) *Poſt in Urbem* [Smyrnam] *vehiculo operto vectus, paulatim magna cum difficultate ſeipſum collegit. Nec tamen prius omnino febris ceſſavit, quam alumnus omnium cariſſimus moreretur*; & quidem *eodem die, quo morbus* Noſtrum *reliquit.* (p. 530.)

2. Alumnus autem iſte erat *Hermias*, uti docet Serm. Sac. V. p. 628. ubi illum nomine memorans, eadem de ejus morte repetit. Huc etiam ſpectant, quae *Serm. Sac.* IV. p. 571. habet, poſtquam ante de anno Morbi decimo, & de valetudine deinceps recuperata locutus erat. *Poſt aliquod*, addit, *tempus, PESTIS illa graſſari coepit, a qua me Servator* [Aeſculapius] *& Hera Minerva*, καὶ ἡ Δέσποινα Ἄθηνᾶ, *manifeſte ſervarunt. Cumque SEX deinceps MENSES novo quodam modo tranſegiſſem, ſecuta eſt ingens ſiccitas,*

citas, aliaeque moleſtiae, quae Deus tandem omnia compoſuit, idque quotidiana diaetae praeſcriptione. Qui ſex menſes ſi a *media* ſaltem *aeſtate*, qua Peſtis coepit, deducantur, ſic ad finem hujus anni Romani deveniemus: ita ut hinc Epocha reſtitutae ſanitatis inchoanda proprie veniat, & poſthac *Urbes cum bona fama fortunaque* viſitaverit.

3. Peſtilentia autem illa ſaeviſſima, ut ex Hiſtoricis diſcitur, per totum fere orbem, & praeſertim Imperium Romanum, graſſata eſt; & quidem per plures annos, ac praeſertim anno Ch. CLXIX. & ſequente, Romae, atque in Exercitibus contra varios Germaniae Populos bellum gerentibus. Quin etiam in *Euſebii* ſeu *Hieronymi* Chronico haec leguntur ad An. Ch. CLXIX. *Lues multas Provincias occupavit, Roma ex parte vexata.* Deinde ad An. CLXXIII. *Tanta per totam Urbem peſtilentia fuit, ut pene uſque ad internecionem Romanus Exercitus deletus ſit.* Tandem quae de hac Peſte Ariſtides tradit, ad hunc ipſum annum omnino eſſe referenda, inſuper demonſtrat, quod proxime ad An. Ch. CLXXV. producimus.

ANNO { *Urb. Rom. DCCCCXXVIII.*
Aer. Vulg. CLXXV.
Ariſtid. Aetat. XLVI, XLVII.
M. Aurel. Antonini XV.

COSS. Piſone & Juliano.

1. Ariſtides jam bene ſe habens ad Ludos *Iſthmicos* Corinthi hoc anno celebratos ſe contulit, Orationemque in Operibus [1] ejus tertiam habuit, cui titulus; ΙΣΘΜΙΚΟΣ εἰς Ποσειδῶνα. Diſertis enim verbis initio teſtatur; 1°. *Conventui Olympico*, ſcil. praecedenti, *intereſſe* non potuiſſe, propter *infirmam valetudinem*, cum in *extremum diſcrimen, quo tunc premebatur, incidiſſet*: 2°. Cum jam *Jovem Servatorem, & Neptunum ejus fratrem, liberatorem* eſſet expertus, hanc occaſionem avide arripuiſſe, ut cum Graecis commercium haberet, ſicque *duobus fratribus debitum perſolveret*, & tunc quidem *primum* Neptuno: maxime quod rumor increbuiſſet, ſuam *praeſentiam* a quibuſdam, iiſque Clariſſimis viris, deſiderari.

2. Jam vero ſi primus iſte articulus conferatur cum illis, quae de ſummo Ariſtidis diſcrimine diximus, dum *Peſtis* in Aſia ſaeviret; nullus poterit dubitare, quin utroque loco idem indigitetur morbus; quo proinde Sophiſta laboraverit anno Chr. CLXXIII. ad quem OLYMPIA 238 pertinent. Proxima vero his ISTHMIA ineunte anni Ch. CLXXV. VERE [2], pro ſolito more, fuerunt celebrata; *cum* OLYMPIA aeſtate, & quidem JULIO menſe, ſeu Plenilunio poſt ſolſtitium aeſtivum, peragerentur.

3. Idcirco nec poterat Ariſtides illis intereſſe ISTHMIIS, quae quidem eodem anno, ac OLYMPIA, nimirum Ch. CLXXIII. at *vere*, & ante haec menſibus aliquot, fuerant data. Nam vel ex Noſtro Auctore, uti doctiſſimo *Spanhemio* jam obſervatum, conſtant haecce duo puncta; I. *Iſthmia* poſt *duos*, non vero *tres*, annos completos rediiſſe in orbem. II. Eadem certamina intra unam *Olympiada* bis acta, ſeu *duplicata*, ut Ariſtides vocat, primo nempe ac tertio anno Tetraeteridos Olympiacae. Sophiſta ſane non modo pag. 41. ſcribit, *praeſentem Panegyrin, Iſthmiacam* nimirum, in qua dicebat, *expletis duobus annis* a Graecia celebrari; ſed & p. 45. de eadem addit: Διὰ δυοῖν δὶς εἰς ἓν συμιούσῃ, διπλασιαζομένῃ τε ἀεὶ τὰς ἄλλας ϗ πενταέτιδος, ϗ φθανούσῃ τὰς λοιπὰς, καὶ οὐδὲ ἐπικαταλαμβανούσῃ ἀτεχνῶς, *quae poſt ſingulos duos annos ſemel habita, & praeter caeterarum morem duplicatur, aliaſque praecedit, ac rurſus continuo aſſequitur.*

1 Tom. I. pag. 31, —— 51.
2 Qua de re conſulendus in primis Eximius vir *Ezech. Spanhemius* Epiſt. 1. ad Morel.

 4. Qui-

4. Quibus ſic diſcuſſis ſtatim liquet, votum, quo Sophiſta coronidem Orationi imponit, pro *Rege maximo*, prorſus *M. Aurel. Antonino* adaptandum eſſe. *Supereſt*, inſit, *ut Neptunum, Amphitriten, Leucotheam, Palaemonem, Nereidas, omneſque Marinos Deos & Deas comprecemur, ut ſalutem & ſecuritatem, tam terra quam Mari, & REGI Magno*, ΒΑΣΙΛΕΙ τε τῷ μεγάλῳ καὶ ἡμῖν ξύμπαντι τούτῳ, *cum tota ejus familia, & toti Graecorum Genti praebeant.*

ANNO { *Urb. Rom. DCCCCXXIX.*
Aer. Vulg. CLXXVI.
Ariſtid. Aetat. XLVII, XLVIII.
M. Aur. Antonini XVI.

COSS. T. Vitraſio Pollione II. & M. Fel. Apro II.

1. CASSIUS anno praeterito, & menſe circiter Aprili, arma contra M. Aurelium movens, purpuram ſumpſerat. Ideo Imperator, cum in *Pannonia* togam virilem *Commodo* die *Julii* VII. dediſſet, atque Tribunitiam Poteſtatem menſe *Auguſto*, in Orientem ſe contulerat, licet jam *Caſſii* necem [1] audiviſſet. Luſtratis vero Provinciis, praeſertim *Aſia, Syria & Aegypto*, quas ille partim uſurpaverat, M. Aurelius exinde in Italiam rediit, & quidem hoc anno, quo Romae *Decembris* XXIII. triumphavit.

2. *Smyrnae* autem *M Aurelium* cum filio *Commodo* fuiſſe, quando *Dionyſia* celebrabantur, atque adeo *vere primo*, certiſſime ex Ariſtide novimus. Is enim Oratione XXII. quam ad *Commodum*, ſolum patre mortuo regnantem ſcripſit, haec de prima Urbis illius origine agens habet; (p. 473.) *Atque antiqua quidem olim, quando cum PATRE regnabas,* κατὰ τὴν ἑορτὴν ἀκούσας Ἀρχίου, ἣν τῷ ΠΑΤΡΙ συνῆρχες, *audire meminiſti; Jovis ortum, Corybantum choreas*, &c. Dein paulo inferius; *Haec igitur audieras; ac TRIREMIS quaedam oſtendebatur DIONYSIIS, & inter appellendum canebatur veteris ſignum victoriae, quam SMYRNAEI Bacchum colentes, de CHIIS, qui armis fuerant & Navibus muniti, retulerant*, &c. At vero *Orat.* XV. p. 402. in *Smyrnae* laudem, dixerat, *PRIMO VERE, cum aguntur DIONYSIA, ſacram Baccho TRIREMEM per Forum circumferri*, in memoriam illius de *Chiis* victoriae. Ex quo loco cum aliis collato ſupra (ad An. Ch. CLXIX. n. 11.) dilucide probavimus, *Dionyſia* ſub *Februarii* Rom. initium *Smyrnae* celebrata fuiſſe. Illam porro Orat. XXII. *Commodum* alloquens, ſic orditur: *Optabam quidem, Vir Clariſſime,* ὦ θαυμάσιε, *maxime ut Urbs, qualem reliqueras, talis appareret*; quod nimirum *Commodus Smyrnam* ante vidiſſet, quam *Terrae motu* (de quo & pag. ſeq. 473.) concuſſa & paene deleta fuiſſet.

3. Utrum vero XV. *Oratio*, Σμυρναϊκὸς πολιτικὸς dicta, *coram Impp. M. Antonino & Commodo Filio habita ſit*, ut habet Canterus in ejus argumento, dubitat Cl. *J. Fabricius*, ſcribens, ſe neſcire unde id habuerit Canterus, cum ex pag. 411. *aliud colligi videatur.* Verum iſto loco haec tantum leguntur, quibus illum alloquitur, in cujus praeſentia *Orationem* ſuam Sophiſta dixit: *Ac mihi quidem huc Orationem appellere tempus eſt. Nam de Populo quid attinet dicere, cum ſis ipſe judicaturus, &, ſi recte facere voles, expoſiturus pulcherrime.* Plures quidem non indicat Principes, nec uſquam innuit ſe coram Imperatoribus loqui. Imo & p. 402. unum modo virum interpellat, quem dicit *viſurum* eſſe magnae Smyrnaeorum fortitudinis audaciaeve *monumentum*; addens immediate, quae de *Dionyſiis* jam memoravimus: *Cujus* [audaciae Smyrnaeorum] *etiamnum monumentum videbis. Etenim primo vere, cum aguntur Dionyſia, ſacra Baccho Triremis ter Forum circumfertur*, &c. Quibus verbis, ni fallor, Ariſtides tantum ſignificat, Virum iſtum, quiſquis fuerit, viſurum eſſe ipſam *Triremem*, in loco ſcilicet,

1 Menſibus tribus & ſex diebus poſt rebellionem jugulatus eſt. *Xiphilin.* ex Dione, Lib. 71.

ubi

ubi aſſervabatur, non vero in ipſis *Dionyſiis*; quorum tempus ſic nequaquam deſignaſſet, ſi jam ipſa *Dionyſiorum* ſolennitas praeſens fuiſſet. Equidem Sophiſta ibidem de *Smyrnae* Originibus, &c. eadem fere habet, quae *Orat.* XXII. repetit, ut olim a *Commodo* cum Patre *Smyrnae* verſante audita. Atqui paria his profert in *Monodia*, dum *Smyrnae* caſum deplorat, Tom. I. pag. 456. Rurſus tamen, cum initio Noſter diſerte ſignificaviſſet, ſe hanc *Orationem* habuiſſe, quod praeſertim *exteri* id *juſſiſſent*; deinde p. 403. narrata de *Chiis* victoria, ſubjungit: *Cum vero alia quoque certamina liceat permulta narrare, tum ea quae poſtremo VOBISCUM & PRO VOBIS ad omnem occaſionem ſuſcepit*; ἡ δὲ τῆς τελευταίας τῆς ὑπὲρ ΤΜΩΝ καὶ ΣΤΝ ΤΜΙΝ ἐν παντὶ τῷ φόβῳ, *difficulter brevi tempore exponi poſſunt*. Quibus manifeſtum eſt, Ariſtidem alloqui *Romanos*, quibuſcum & quorum cauſa *Smyrnaei* revera pluries dimicaverant, *miſſa navali copia, non modo externa ad bella, ſed quae in Italia tolerabantur*; prout ipſi *Smyrnaei* coram Romano Senatu arguerunt, *Tacito* teſte Ann. IV. c. 56. ubi & plura alia *Smyrnaeorum* in Populum Romanum officia indicantur. Eadem ipſemet Ariſtides paucis memorat Epiſtola ad Impp. Tom. II. p. 295. ubi *Smyrnae* ſtudium, quo Romanos omni tempore proſecuta fuerat, probat; *quod & Bellorum contra Antiochum, atque contra Ariſtonicum ſuſceptorum, particeps fuerit, & obſidiones pertulerit, pugnaſque non leves ediderit, &c.* Exinde tamen haud certo, fateor, definiri poteſt, utrum praedicta *Oratio* reapſe fuerit coram Imp. *M. Aurelio* dicta, necne.

4. Attamen inſuper conſtat, non modo Principem iſtum *Smyrnae* fuiſſe, ſed & Ariſtidem coram ipſo publice dixiſſe. Utrumque enim teſtatur *Philoſtratus* in ejus vita, & quidem à *Damiano* Epheſio, qui Ariſtidis auditor fuerat, id accepit. *Converſatus*, ait, *jam ante* Terrae motum *cum Marco* Imp. *in Ionia fuerat Ariſtides*. Et cum *Imperator jam tres dies Smyrnae moratus fuiſſet, & nondum noſſet Ariſtidem, Quintilios interrogavit, an forte in ſalutantium turba virum non attendiſſet? Hi vero ne ſe ipſos quidem vidiſſe eum dixerunt. — Poſteroque adeo die venerunt ambo Ariſtidem ſtipantes.* Deinde Colloquio Imperatoris cum Sophiſta narrato, quo *Marcus* illi conceſſit, ut declamanti plauderent *familiares*; confitetur Philoſtratus, ſe *non adſcripſiſſe argumentum declamationis*; *quod alii aliud eſſe dicunt. Illud ſane*, addit, *omnes fatentur, Ariſtidem ingenti ſpiritu coram Marco uſum fuiſſe*; *Fortuna longe antea*, πρόῤῥωθεν, *Smyrnae viam ſternente, ut per talem virum reſtitutionem aſſequi poſſet.*

5. Reſponſum vero Ariſtidis, quod Imperatori dedit, roganti, *Quando audiam te?* ſcil. *Hodie propone, & cras audies*; *non enim ex iis ſumus, qui vomunt, ſed ex iis, qui cum ſtudio elaborare ſolent*: Hoc, inquam, Ariſtidem Marco Athenis verſanti dixiſſe, ſcribit Auctor argumenti in Panathenaicum. Quod haud male Cl. *Olearius* refellit Notis ad Philoſtratum, pag. 583. n. 11.

ANNO { *U. Rom. DCCCCXXXI.*
Aer. Vulg. CLXXVIII.
Ariſtid. Aetat. XLIX, L.
M. Aur. Antonini XVIII. & Commodi Aug. I, II.

COSS. Juliano Rufo, & Gavio Orfito.

1. Ad hunc annum ſpectare putamus, quae Ariſtides habet de *Terrae motu*, quo *Smyrna* paene tota fuit everſa. Hunc enim *Xiphilinus* in Excerptis ex *Dione* [1] memorat ante *Commodi* cum *Criſpina* nuptias, & utriuſque Imperatoris ad bellum Germanicum profectionem, quam *Lampridius* (in Com.) ad III. *Auguſti* menſis diem, hiſce Conſulibus, alligat. Quinetiam requirere biennium ſaltem videtur illud *Philoſtrati*, loco pro-

1 Lib. LXXI.

xime

xime citato, πόξξωθεν, quod inter Ariſtidis coram Imp. M. Aurelio declamationem anno Ch. CLXXVI. peractam, atque huncce *Terrae motum* ponit. Nec enim audiendus Euſebius, Hieronymuſve, qui eundem ad ultimum M. Aurelii annum, ſeu Ch. CLXXIX. amandat: quandoquidem *Smyrna* M. Aurelio adhucdum vivente reſtituta fuit, & quidem ejus liberalitate, prout inferius oſtendemus.

2. Ariſtides autem illud infortunium deſcribens, *Serm. Sacr.* III. (p. 562 — 564.) *multos* narrat *ac frequentes accidiſſe terrae motus*, ὅτε ΑΛΒΟΥ Ἀρχοντος τῆς Ἀσίας, *Albo Aſiae Proconſule*; ut quidem vulgati Codices ferunt. Nullus enim hoc nomine, vel cognomine, in horum temporum Faſtis occurrit; etiamſi Romanum id nomen fuerit. *Illis*, addit, *Mytilene propemodum tota fuit abſorpta, & pagi aliquot funditus perierunt* in aliis locis. *Epheſii vero atque Smyrnaei ad ſe invicem perturbati accurrebant, longo tempore & motibus & pavoribus durantibus*, &c.

3. Tum Ariſtides *Smyrnae* verſabatur, *aut potius*, ait, *in ſuburbio*[1] ἐν τῷ περὶ τῆς πόλεως χωρίῳ. Ei quidem Aeſculapius imperaverat, ut *Jovi ſervatori*, τῷ Διὶ τῷ Σωτῆρι, *bovem mactaret*: at cum tergiverſaretur, alio ſomnio confirmatus, *audacter ſacrificavit*; *nec quicquam poſt illum diem gravius accidit*. Aeque mirandum eſt, *quod ſexto, aut ſeptimo fere ante terrae motum die*, miſſus ſomnio fuit *ad aedem antiquam* εἰς τὸν ἀρχαῖον ἑστιαν, *quae juxta Templum Jovis Olympii*, juſſus *in Atys collis vertice ſacra facere, & aras extruere. Quae cum vix abſolviſſet, obortus terrae motus omnem quidem interjectam regionem ita concuſſit, ut nullum relinqueret diverſorium, praeter ruinas parvas: ſed ad Atym, aut Praedium* Ariſtidis *Laneum, quod ad Atys meridiem erat, non proceſſit, niſi quatenus ſentiri poſſet, nec ultra quicquam attigit*, &c.

4. Alia id genus habet *Epiſtola*[2], quam de *Smyrnae* caſu tam laevo ſcripſit utrique, *Imp. M. Aurelio Antonino Aug.* & *Imp. Aurel. Commodo Aug.* quae etiamnum ſupereſt, Tom. II. p. 289 — 297. cum iſto titulo. Jam enim ipſe *Commodus* a Patre ſocius Imperii fuerat aſſumptus, & *Auguſti* dignitate donatus, menſe circiter *ſextili* An. Ch. CLXXVII. Unde ſimul patefit, iſtam Ariſtidis *Epiſtolam* non niſi poſt id tempus fuiſſe datam. Eam vero exaravit, ſtatim ac urbis calamitatem audiverat. *Tum*, inquit, Impp. alloquens pag. 292. *quieſcere non potui: nec aliud erat quicquam reliquum, niſi ut Deos & VOS invocarem. Quare nec publicam expectavi legationem*, φροντίδων κοινῶν. &c. Calamitatis porro magnitudinem his, prae caeteris adnotandis, verbis pingit; (p. 290.) *Omnia nunc ſunt in pulvere*, ἐν κόνει. *Clauſus eſt portus ille*; *perierunt Fori ornamenta*; *Viarum decora evanuerunt*; *Gymnaſia cum ipſis viris & pueris interierunt*; *Templa partim jacent, partim ſubmerſa*[3] *ſunt*; *jucundiſſima denique ſpectatu Urbs, & pulchritudinis cognomento*[4] *apud omnes inſignis, injucundiſſimum eſt effecta ſpectaculum, ruinarum & cadaverum tumulus. Zephyri vero perflant inanem*; Ζέφυροι δὲ ἐρήμον ἐμπνέουσι. Ad haec poſtrema verba Imp. Antoninus *lachrymis librum perpluit*, cum *reliquae toti lamentationi ſubinde ingemiſceret*, ut narrat *Philoſtratus*, addens, Impera-

1 Pag. 564. teſtatur etiam, ſe *in medio terrae motuum de THERMIS in Urbem ex ſomniis egreſſum* &c.

2 Vide Tom. II p. 292. ubi, *Diebus*, ait, *aliquot ante caſum movit me Deus, & in Praedio quodam collocavit*, ἵνα κατίσηοιν εἰς χωρίον τι, *ibique manere juſſit: ubi & rei eventum cognovi.*

3 Id ſpeciatim affirmat (p. 296.) de *Templo* pulcherrimo, quod olim fuerat extructum, quando, *contentione facta, praelata eſt Aſia reliquis Gentibus, & Aſiae Urbibus Smyrna*; quae etiam ſola *quadringentos*, dum reliqua Aſia *ſeptem duntaxat calculos*, ψήφους, contulit, ſcilicet ad aedificationis ſumptus. Quanquam forte mendum eſt in voce πεντακοσίους. Illis autem verbis Ariſtides omnino videtur digito monſtrare *Templum*, quod *Tiberio Matrique ejus* Liviae a *Communi Aſiae* Concilio conſtructum *Smyrnae* fuit auctoritate Senatus Romani, qui *Smyrnaeos* praetulit aliis *undecim* Aſiae Civitatibus, *ambigentibus, quanam in Civitate Templum ſtatueretur*; quemadmodum *Tacitus* narrat Ann. L. IV. c. 55, 56. coll. c. 37. ſuffragantibus quamplurimis Smyrnaeorum Nummis.

4 Καὶ τῇ ΚΑΛΛΟΥΣ ἐπωνυμῷ ἀνθρώποις ἄπασιν. Inde eſt, quod in Nummis & Marmoribus vocatur, ΠΡΩΤΗ ΤΗΣ ΑΣΙΑΣ ΚΑΛΛΕΙ ΚΑΙ ΜΕΓΕΘΕΙ. Qua de re Cl. *Spanhemius* fuſe agit, de Praeſt. Num. Tom. I. p. 648, — 650.

torem

torem *Urbis reſtaurationem ex Ariſtidis inſtinctu*, ἐκ τῆς Αελιείδου ἐκδοσήμων, pollicitum fuiſſe.

5. Mox etiam Ariſtides, *Monodias*, Μονωδίας, *aliquot canebat, donec Orationes quaſdam, prae dolore, conſcriberet*; (Tom. I. p. 462.) Quod Opuſculum in Operibus habetur, (Tom. I. p. 455 — 460.) hoc titulo; Μονωδία ὅτε Σμύρνη. Prae caeteris autem Urbis deſcriptionem ſpectantibus, haec de ipſomet Sophiſta notatu digna, pag. 459. *Ubi eſt mihi Curia*, τὸ Βελευτήριον; Ubi *juniorum & ſeniorum conventus*, Σωσθοὶ, *& applauſus omnia mihi tribuentium?*

6. Noſtrum quoque inſtitutum juvabit, ejus Epiſtolae ad Impp. *exordium* protuliſſe, quo de antecedentibus ſuis lucubrationibus ſic loquitur; Πέμπειν μὲν, ὦ Μέγιστοι Βασιλῆες, ἀγωνίσματα, καὶ λόγους ἐκ ἀκροατηρίων, καὶ τοιαῦτ' ὑμῖν ἀπέστελλον· νυνὶ δὲ ὁ Δαίμων ἑτέραν ἔδωκεν ὑπόθεσιν. *Antea quidem, Reges Maximi, diſputationes, & ſermones ex auditoriis, aliaque ſimilia ad vos miſi: nunc vero Deus aliud ſubjecit argumentum*, &c.

7. Ubi primum Imp. *Aur. Antoninus* (nam de hoc ſolo loquitur *Dio*, quippe qui praecipue omnia regebat) *Smyrnae* calamitatem novit, *pecuniam* ad ejus reſtaurationem *largitus eſt, eamque Senatori Praetura functo reſtituendam mandavit.* Dio lib. LXXI. Inde eſt, quod Ariſtides in *Palinodia* dicat, Imperatores *ea vigilantia fuiſſe, ut citius Urbem reſtituerint, quam is, qui ad eos de clade referret, egreſſus eſſet*, &c. Tom. I. pag. 464.[1] Addens, p. 466. gratias eſſe agendas *Regibus, & illi, qui decreta Principum lubens excepit, & Smyrnam habuit in memoria.*

ANNO { *U. Rom. DCCCCXXXII.*
Aer. Vulg. CLXXIX.
Ariſtidis Aetat. L, LI.
M. Aur. Anton. XIX. & Commodi Aug. II, III.

COSS. L. Aur. Commodo Aug. II. & T. Annio Aur. Vero II.

1. Hoc citiſſimum anno labente videtur Ariſtides Orationem ſcripſiſſe, quae dicitur Tom. I. p. 460. *PALINODIA de Smyrna inſtaurata.* Etenim eam aliquandiu poſt *terrae motum* fuiſſe elucubratam, liquet vel ex ipſomet principio. *Mihi quidem, GRAECI, idem fere contigit, quod iis, qui in Tragoediis poſtquam longo tempore tacuerunt, deinde per occaſionem, vel Chorum, vel alium quemlibet alloquuntur. Cum enim toto ſuperiori tempore, πάντα γὰρ τὸν ἄνω χρόνον κατασχὼν ἐμαυτὸν, me ipſum continuiſſem, ex quo ea quae ſcitis, evenerant; nec vel ad Cives conſolandos acceſſiſſem, vel aliud quicquam feciſſem; niſi quod ad Principes, quantum tempus poſtulabat, ſcripſeram; & quae inde ventura eſſent, expectabam: Poſtquam Dii, & qui Deorum voluntate cum ipſi reguntur, tum humanas res adminiſtrant, REGES merito alienam ab Urbe repellentes Fortunam, & EAM, quae BONA, & jampridem conveniens erat, REDUXERUNT: exiſtimavi nos etiam aliquid opportune poſſe dicere*, &c.

2. Etiamſi vero Sophiſta Noſter hac Oratione Munificentiam Imperatorum ſingularem in Urbe reſtauranda tantopere extollat, eoſque ceu novos ejus *Conditores* tam magnifice laudet, non ſecus ac *Graecos*[2], & *Aſianos*[3], qui ſuam quoque ſuppeditaverant operam; attamen *Smyrna* nondum ita reſurrexerat, ut in priſtinum prorſus ſtatum ac ornatum eſſet reſtituta. Hinc iſta Oratoris exclamatio; (pag. 471.) *O foelices quidem ſenes, qui ad eum uſque diem pertingent, quo Smyrnam ornatu ſuo praeditam videbunt?* &c.

3. Hoc porro *litterarium* cum *Graecis colloquium*, ut vocat, Ariſtides adhibuit, quod, Aeſculapio *retinente*, ſibi non licuiſſet, *quo volebat proficiſci*; alias *praeſens*

1 Confer p. 466. A. 2 Pag. 466, — 469. 3 Pag. 469. ſeq.

cum

cum illis collocutus fuiſſet. (p. 461.) Unde colligere eſt, eum ad *Graecos* hoc Opuſculum miſiſſe, cum eſſent in aliquo Conventu publico congregaturi. Nec parum id confirmatur ex p. 470. ubi, παρηγυείζει δὲ Ελλὰς ὅτι χρησῶς ἐσωθήσεται, &c. Equidem hoc anno *Pythia* & *Iſthmia*, utraque publica & communia Graecorum certamina, fuerunt celebrata. Verum de his, aut aliis *Athenarum* Feſtis diebus, qui ſingulis annis agebantur, nihil certi poteſt affirmari.

4. Cum porro ibidem nequaquam, ne verbo quidem, Ariſtides innuat, jam ſibi STATUAM a Smyrnaeis fuiſſe erectam, quod vanus homo non videtur omiſiſſe velle, ſi revera hoc honore jam ante fuiſſet decoratus; inde concludere fas eſt, eam poſtea (ſed quando, fugit) poſitam eſſe, quam ex *Philoſtrato* conſtat *Smyrnaeos in Foro aeream* eidem collocaſſe; quod nempe ſua praeſertim *Epiſtola Imperatores ad Urbis reſtaurationem moviſſet*. Unde *Philoſtratus* addit, *minime faſtuoſam laudem eſſe, ſed aequiſſimam veriſſimamque*, dum Ariſtides dicitur SMYRNAE CONDITOR. Quibus ſignificat, hoc in Statuae titulo baſive ſcriptum fuiſſe. Eam in *Gymnaſio* non longe ab *Aeſculapii Aede* ſtetiſſe, viri Clar. *Canterus*, *Olearius*, *Fabricius*, colligunt ex *Serm. Sac.* I. p. 486. Hic nimirum ſcribit, quod ſibi in ſomnio [1] videretur, *quaſi Smyrnae eſſet, ad Aeſculapii Templum, quod eſt in Gymnaſio*; atque in ejus veſtibulo ſtans, *Statuam ſuam circumſpexiſſet*; quam primum quidem *tanquam ſuam agnovit*: at quae poſtea *videbatur ipſius eſſe Aeſculapii, magna & pulchra*. His quidem forte Sophiſta indicare voluit, hunc honorem ſibi, multis antequam adveniret annis, ſignificatum ab Aeſculapio. Verum, ne dicam, gratis omnino hanc ſomnii interpretationem offerri, certe *Forum* idem eſſe non potuit cum *Gymnaſio*, quod ad *Portum* erat, & intra cujus ambitum fuit illud Aeſculapii Delubrum, indicante ipſomet Ariſtide.

ANNO { *Urb. Rom. DCCCLXXXIII.*
Aer. Vulg. CLXXX.
Ariſtidis Aetat. LI, LII.
Imp. Commodi poſt Pat. mort. I. à 17. Martii die.

COSS. L. Fulv. Bruttio Praeſente II. Sex Quintilio Condiano.

1. Hoc anno, & quidem die *Martii* XVII. *M. Aur. Antoninus* in XX. Imperii anno, paucis ante diebus inchoato, in Germania moriens ſummam reliquit poteſtatem filio ſoli *Commodo*. Is poſtea in *Germania* per aliquod tempus moratus, contra *Barbaros* exercitum duxit, & acie cum illis congreſſus, rem ita foeliciter, ſive ſuo, ſive legatorum ductu, peregit, ut hoſtes ad *pacem* petendam coegerit. Qua compoſita, *Romam* rediit, ac *Triumphum* de Germanis duxit [2].

2. Itaque non niſi poſt haec, potuit Ariſtides ad *Commodum* ſcribere *Orat.*[3] XXII. (T. I. p. 472, — 479.) Siquidem ea, ut ex p. 473. liquet, exarata fuit, poſt *M. Aur. Antonini* mortem. In titulo quidem a *Cantero* dicitur *coram Imp. Commodo habita* [4], *cum Smyrnam ingrederetur*. At vero vel ex prioribus verbis palam eſt, Ariſtidem abſentem ad *Commodum* hanc *Gratulationem* ſcripſiſſe & miſiſſe. *Optabam quidem*, ait, *ut Urbs, qualem reliqueras, talis appareret*: *ſin minus, ut PRAESENS ipſe verba facerem* —— *Quoniam vero SECUS ACCIDIT, non putavi mihi prorſus abſtinendum eſſe, quin ſaltem veſtigium aliquod VOCIS noſtrae in tuam, & eorum qui adſunt GRAECORUM, partim CIVIUM, partim hoſpitum, NOTITIAM*

1 Quod narrat immiſſum die *Poſideonis* 22. ſcil. anno Ch. CLXVI. ut ad eum oſtendimus.

2 Vid. *Dion.* Excerpt. Lib. LXXI. *Herodian.* Lib. I. c. 6. *Aur. Vict. Lamprid.* in Com. &c.

3 Cui titulus, Προσφωνητικὸς Σμυρναίοις, *Gratulatio de Smyrna*, ſcil. poſt terrae motum reſtituta.

4 Quod arripuit Clar. *Spanh.* de Praeſt. Num. Tom. I. p. 650.

veniret.

veniret. Etenim omnino mihi fere pro more est, ut ABSENS publice dicam, quandoquidem huc me impellit Deus. Unde simul, uti & ex sequentibus, liquet, Aristidem, cum haec scriberet, existimavisse, *Commodum* in Asiam esse profecturum, sicque *Smyrnam* rursus visurum. Et quidem id genus rumorem in Provincias iviſſe, facile insuper intelligimus ex *Lampridio* in Commodi vita, scribente, eum *simulavisse se & in Africam iturum, ut sumptum itinerarium exigeret*; item *tertio meditantem de profectione, a Senatu & Populo suo retentum.* Inde est, quod Aristides sub Orationis finem haec habet; *Sed & hoc pro bono est omine habendum, quod TU urbes perlustras*: Ἓν τι ἡμῖν ὅτι τὰς πόλεις ἥκειν, καὶ τὴν περίοδον ἅπερ συμβαίνειν, *atque Peregrinatio*[1] *sic contingat*, &c.

3. Ubi vero Gentium fuerit tunc temporis Aristides, qui docere possit mihi, erit magnus Apollo. Clarum duntaxat, eum nec tum *Smyrnae* versatum esse, nec etiam ex quo factus fuerat terrae motus: *Quae autem*, inquit, *deinde contigerunt, ea NOS quidem ex AUDITU cognovimus*; *TU vero cum videris, etiam aliis narraveris.* Quibus consonant ea superius ad An. Ch. CLXXIX. n. 1. ex *Palinodia* in medium prolata; scil. Sophistam Nostrum ab eodem tempore, *ne* quidem *ad Cives consolandos accessisse.* Neque tamen, cum haec ad *Graecos* scriberet, in *Graecia* degisse patet.

4. Quando autem eo se contulerit, atque illam *Athenis* gloriam sibi comparaverit, de qua superius ex illo diximus, definitu impossibile videtur. Admodum sane verisimile est, Aristidem anno saltem Ch. CLXXV. *Athenas* visitasse; siquidem tum ad *Isthmia* profectus est. Potuit etiam eodem tempore istam habere prolixissimam *Orationem*[2], quae PANATHENAICA dicitur, quod ea in urbe, & in magnis PANATHENAEIS ibidem Minervae sacris dicta sit, ut singulae demonstrant paginae. Profecto si Auctori ὑποθέσεως, seu Argumenti in hanc ipsam Orationem credimus ea dicta fuit *M. Aur. Antonino* Imperante & adhucdum vivente, ac dum *Herodes Atticus* Oratorio Throno apud Athenienses praesideret. Quinetiam Aristides, ut hujus invidiam amoveret, nec dicere ab eo impediretur, dolo aliam quandam Orationem Panathenaicam exilem & ineptam *Herodi* tanquam recitandam obtulit; atque hoc pacto dicendi veniam consecutus, hanc, quae supereſt, praestantissimam summa cum laude pronunciavit. Nihil autem in ipso Opere occurrit, quod istam narrationem falsi convincere possit. Nec enim usquam Noster indicat, an unus solus, vel plures simul rerum summam tum obtinuerint. Sic enim in genere tantum de *Imperio* loquitur, pag. 319. Ἡ τε γῶν ΑΡΧΗ γῆς καὶ θαλάττης (εἴη δ' ἀθάνατος) οὐκ ἀναίνεται τὰς Ἀθήνας μὴ οὐκ ἐν διδασκάλων καὶ τροφέων μέρει κοσμεῖν.

5. Paucae sunt Orationes aliae inter Aristidis opera, quas valemus illi assignare temporis intervallo, quod inter valetudinem ejus restauratam, atque *M. Antonini* obitum aderat. Id genus est decima, T. I. p. 120 — 133. Ἀπολλᾶ Γενεθλιακός. *In diem Apellae Natalem.* Ea enim *Pergami* dicta, postquam Aesculapius Aristidem *servaverat ab extremis periculis*, p. 122. Deinde unum modo Imperatorem Regemve memorat; sic p. 132. auguratur honores *Apellam* consecuturum *a Rege* fore, *quos ille talibus, ubi in viros excreverint, solet tribuere.* Pariter sub finem hac prece Aesculapium rogat; *Conserva hanc familiam, atque huic* [Apellae] *honores a Magno Rege*, ἐκ τοῦ μεγάλου ΒΑΣΙΛΕΩΣ, *impetra, quales ipsius* [Apellae] *Majores*, οἱ πρόγονοι, οἱ τοῦ ἐκείνου προγόνων ἐκαρπώσαντο, *a Majoribus illius* [Regis] *consecuti sunt. Da quoque ipsimet Regi, ac Regis familiae*, Δίδου δὲ αὐτῷ Βασιλεῖ, καὶ γένει τοῦ Βασιλέως, *ut omnem aetatem, qualem a Jove sortitus est, transigat: huic praeterea vitae fatalis foelicitatem concilians, generis successionem per natos natorum urbi tibique conserva.* Quae perspicue satis darent, *Commodum* tunc temporis nondum a Patre participem Imperii factum fuisse; atque idcirco ea ante anni Ch.

1 *Conversionem* Canterus joculariter satis vertit. At meliora docere debuisset vel contextus solus, vel saltem *Hesychius*, apud quem, Περίοδος, ἡ τῆς γῆς περιήγησις.

2 Reperitur Tom. I. p. 160, — 344.

CLXXVII. exitum ſcripta fuiſſe, antequam nempe *Commodus* menſe circiter Sextili *Auguſtus* cum Patre crearetur.

6. De aliis, quorum tempus nonniſi incertis admodum conjecturis aſſequi poſſumus, neceſſe non eſt ut quid amplius hic addamus. Supereſt tantum, ut moneamus, *Orationem* VI. Tom. I. p. 65, —— 73. *in Aeſculapium*, nobis videri omnium poſtremam, & forte poſtquam *Commodus* aliquot jam annis regnaverat, exaratam fuiſſe. Profecto poſt *Sermones Sacros* (p. 67, 71.) atque adeo poſt terrae motum, in illis memoratum, ſcripta eſt. Ut neceſſe non ſit, urgere quod pag. 68. habet, ſe non ſemel, ſed pluries, Aeſculapii beneficio *reſurrexiſſe*; atque *per Oraculum vivendi tempus* fuiſſe prorogatum. At omittendum non eſt, quod pag. 70. declarat, *id omnes excedere delicias*; quod *alias poſſet Europae & Aſiae Urbes commemorare, in quibus verſatus fuerat, quaeque ipſi tanquam de ſuis commodis ſint congratulatae.* Imo *nec Civitas, nec homo privatus, nec Magiſtratus quiſquam fuit, quin* Ariſtidem *magnis ſit amplexus encomiis, poſtquam* vel tantillulum cum ipſo verſatus eſſet. *Maximum vero in his eſt*, inquit, *quod etiam in Divorum Impp. tantam familiaritatem venerim*; *& praeter Epiſtolarum commercium, coram ipſis maximo cum applauſu dixerim*: *nec apud illos tantum, ſed etiam apud Reginas, ac totam Regiam familiam.* (pag. 72.)

7. Ea videntur dicta, cum tubam receſſui caneret, jamque aetate provectus eſſet. Unde eſt, quod initio declarat, ſe hanc Orationem ſcribere, poſtquam Aeſculapius tandem ipſi conceſſerat, ut *quaſi e mari immenſo ad portum appelleret tranquillum, & communem generis humani Larem*, τὸν κοινὸν τῆς ἀνθρώπων Ἑστίαν· ſcilicet, ut addit p. 67. *Templum, quod Jovi Aeſculapio* extruxerant *Urbis hujus incolae*, in qua tunc verſabatur; ſive ſit *Pergamus*, ſive *Hadriani*, in quo Ariſtides natus.

8. De tempore porro ejus emortuali, nihil etiam certi habuit *Philoſtratus* ipſe; licet a *Damiano*, qui illum audiverat, nonnulla de ejus vita accepiſſet. *Diem*, ait, *obiiſſe Ariſtidem in Patria, quidam dicunt*; *alii in Ionia*, [Smyrnae nimirum] *cum annos, ex quorundam ſententia, SEXAGINTA, ex aliorum autem SEPTUAGINTA fere vixiſſet.* Illorum ſententia forte verior fuerit; ſicque Ariſtides obierit anno Chriſti circuer, CLXXXIX. triennio ante *Commodi* necem.

ΤΟΥ ΑΙΛΙΟΥ ΑΡΙΣΤΕΙΔΟΥ &c.

AELII ARISTIDIS

ADRIANENSIS ORATIONUM TOMUS PRIMUS.

ΕΙΣ ΔΙΑ.

Ex magna tempeſtate ſervatus hymnum, quem Jovi voverat, dicit.

ΤΑΔΕ σοι κατ' εὐχὴν, Ζεῦ βασιλεῦ τε καὶ [1] σῶτερ, δῶρα ἀνάγομεν. σὺ δὲ δέξαι, καὶ ὥσπερ ἔσωσας εὐμενῶς, καὶ σεβόσθω τὰ χαριστήρια· τῷτε λόγῳ ἐπάρκεσον, καὶ σῷζε πέμψον ἐς ὅσον ἀνθρώπου λόγον ἐξικέσθ᾽ δυνατὸν ὡς πλεῖστον· ὡς μὴ τελέως καταγέλαστοι γενώμεθα, μηδὲ ἅπαξ ἅπαντος πίστιμεν. καί τοι τοῦτο ἀυτῷ γινόμενος, οὐκ ἔχω τίς γέγαμαι· ἀλλὰ νῦν μοι δοκῶ ἐγ σφόδρα μανθάνειν, ὡς τελέως ἄρα ἐκινδύνευον. καὶ οὐκ ἐν ἐμαυτῷ ἦν ἔτω τ᾽ θαλάττης· τοιοῦτον εὐχόμενος, ἃ μήτε ἀποπλῆσαι ῥᾴδιον, μήτε ἐγχειρῆσαι σωφροσύνης ἴσως ἔχει πίστιν· ὑπισχνούμενος [4] ὕμνον [2] ἐρεῖν Διὸς, καὶ ταῦτα ἄνευ μέτρου. ἦ πολλὴ τότε ἦν ἡ θάλαττα· καὶ πᾶν ἐποίει

HYMNUS IN JOVEM.

HAEC tibi ex voto dona, Jupiter Rex & Servator, offerimus. Tu vero, qua benignitate ſalutem nobis tribuiſti, eadem & gratiarum actionem accipe & admitte, noſtraeque orationi opitulare, & eo perduc, quouſque ſolet hominum plerumque oratio pertingere, ne ludibrio tandem ſimus, & omnem perdamus operam. Licet cum id agerem, omnino quid egerim, neſciam: quin nunc demum re vera cognoſco, me in ſummo verſatum eſſe diſcrimine, nec fuiſſe prae tempeſtate mentis compotem, qui ea voverim, quae nec facile perſolvere, nec citra ſuſpicionem temeritatis aggredi poſſem, dum Jovi hymnum me dicturum pollicebar, idque ſoluta oratione. Magna ſane tunc erat exorta tempeſtas, quae me quid-

1 Impreſſi omnes σωτήρ. 2 P. Steph. ὑμεῖν.

χ' παράπλευ χ' λέγειν. ὅμως δέ, ἢ γὰρ [1] ἐκλειπτέον ἢ λίν [2] εὐκταῖον, φασίν, ἀλλὰ πᾶν ὁπῆν ὁπωσῆν ἀποδιδόμενον χρεῖττον ἢ καθάπαξ ἐκλειφθέν, πειραθῶμεν ἀμωσγέπως ἀφοσιώσασθαι πρὸς τ' θεόν· ἢ δὲ κάλλιον ἢ ἐνδεέστερον, αὐτῷ μελήσει. καὶ δὴ τὸ μὴ ὅλως ἐκλιπεῖν, ἀργίας οἴσει δόξαν, ἣν ἢ ἡμῖς ἐν τοῖς πρὸς τὰς θεὰς ἔχειν· ἢ δὲ μὴ ἐφικέσθαι, ἡ ἢ πράγματος αὐτῆς φύσις παρέξει τ' συγγνώμην. ἢ γὰρ ἑκόντες [3] ἐλλείπειν δόξομεν, ἀλλ' ἀναγκαίως ὕστεροι γήσεσθαι. ὡς δ' εἰπεῖν, κρεῖττον εἰ δεῖ γέλωτα ὄφλειν, ἢ μέμψιν ἐκ θεῶν. ἐπειδὴ ἂν εὐξάμενά τε καὶ ἐκ ἂν ἄλλως ταῦτα ἔχοι, δεῖ δὴ ὥσπερ τ' ἀθλητῶν τὰς ἀπογεγράφαντας ἑαυτὰς, μὴ ἀναχωρεῖν, ἀλλ' ὁμόσε ἰέναι καὶ πειρᾶσθαι ἢ ἀγωνίσματος. εἶεν δή, Μοῦσαι Διὸς παῖδες, ἢ γὰρ ἔγωγε ὁρῶ πότε ἂν τις [4] ὑμᾶς ἄμεινον καλέσειεν ἢ νῦν. εἰθ' ὑμεῖς γε ἐπ' Ολύμπῳ σὺν Απόλλωνι Μουσηγέτῃ τ' θείαν ᾠδὴν ᾄδετε, [5] ὑμνοῦσαι τ' ὑμέτερόν τε καὶ τῶν ἁπάντων πατέρα, εἴτε Πιερία φίλον ὑμῖν ἐνδιαίτημα, εἴτε ἐν Ελικῶνι τῷ Βοιωτίῳ χορεύετε, τῶν Διὸς ἔργων [6] τε καὶ δωρεῶν ὅτι τῷ ὄφελος, ἄγε ὦ πάντ' εἰδυῖαι, πόθεν [7] ἀρχόμεθα; τί τολμήσομεν εἰπεῖν περὶ Διός; δότε μοι μανικὸν γενέσθαι τὸν λόγον, ὥσπερ τῇ Σωσθένει, ὅτι καὶ τοῖς πρέπουσιν εἰς αὐτόν· καὶ μή με ὑπαὶ καὶ γῆς ἐν τῷ μέσῳ καταλίπητε. Ζεὺς τὰ πάντα ἐποίησε, καὶ Διός ἐστιν ἔργα ὅσα ἐστὶ πάντα, καὶ ποταμοὶ καὶ γῆ καὶ θάλαττα, καὶ οὐρανός· καὶ ὅσα τούτων μεταξύ, ἄνω, καὶ ὅσα κάτω ταῦτα· καὶ θεοὶ καὶ ἄνθρωποι, καὶ ὅσα ψυχὴν ἔχει, καὶ ὅσα εἰς ὄψιν ἀφικνεῖται, καὶ ὅσα δεῖ νοήσει λαβεῖν. ἐποίησε δὲ πρῶτον αὐτὸς ἑαυτόν· ἢ Κρήτης ἐν εὐώδεσιν ἄντροις τραφείς· οὐδ' ἐμέλησεν αὐτὸν Κρόνῳ καταπιεῖν· ἢτ' ἀντ' ἐκείνου λίθον κατέπιεν· οὐδ' ἐπιβουλεύσας Ζεὺς, οὐδὲ μήποτε [8] πιβουλεύσῃ· οὐδ' ἔστι πρεσβύτερος

vis & facere cogeret, & dicere. Veruntamen quoniam, ut aiunt, votum nullum negligendum eſt, ſed quidvis quocunque etiam modo praeſtat reddere, quam prorſus relinquere; conabimur aliqua ex parte religione nos apud Deum exolvere: rectene autem an ſecus faciamus, ipſe viderit. Si enim omnino promiſſis non ſtemus, ignaviae nobis opinionem, quae in rebus divinis eſt nefaria, conciliabimus: ſin erimus inferiores, facile per argumenti naturam excuſabimur, ut qui non ultro deſtiterimus, ſed neceſſario victi ſimus; praeſtat autem rideri, ſi ſit opus, a diis, quam reprehendi. Quoniam igitur Deo vovimus, nec poſſunt vota mutari, debemus inſtar athletarum, qui nomen dederunt, non retrogredi, ſed cominus accedere, & certamen aggredi. Agite ergo Muſae, Jovis filiae (nec enim vos unquam alias, quam nunc, invocare praeſtiterit) ſive in Olympo cum duce Apolline divinum canitis canticum, veſtrum ſimul & univerſorum patrem celebrantes, ſive Pierium vos delectat domicilium, ſive in Boeotio Helicone choreas ducitis; unde quaeſo, omniſciae, Jovis opera & dona quaeque praeclariſſima auſpicabimur, aut quid de Jove dicere audebimus? Date mihi, ut ſicut argumentum, ſic & oratio divina ſit & numinis plena; nec me inter coelum & terram derelinquite. Jupiter fecit omnia, & a Jove facta ſunt omnia, fluvii, terra, mare, & coelum, & quaecunque vel inter haec, vel ſupra, vel infra eadem exiſtunt, & dii & homines, & quaecunque animata ſunt, quaeque vel viſu vel intellectu percipiuntur. Primus autem ipſe ſe creavit, nec in odoratis Cretae antris fuit educatus, neque illum vel devorare voluit Saturnus, vel pro ipſo lapidem deglutiit: neque unquam vel periclitatus eſt Jupiter, vel periclitabitur: neque eſt quicquam

1 Ita Bar. 7. & *Cant.* Vulg. ἐκλιπτέον. 2 Bar. 7. εὐκτέον. 3 Bar. 7. ἐκλιπεῖν. 4 Bar. 7. ἄμεινον ὑμῶν. 5 Alludit ad Heſiodeum illud, σφίσιν πατρί τ' ὑμνείσασι. *Cant.* 6 Illud τε deeſt in Bar. 7. 7 Melius ἀρξόμεθα, ut mox τολμήσομεν. 8 Bar. 7. πιβουλεύσῃ.

Jove

οὐδὲν Διός. ὃ μᾶλλόν γε ἢ ἡμεῖς τε πατέρων πρεσβύτεροι γένοιντ' ἂν, καὶ πᾶν γιγνόμενα τῶν ποιούντων. ἀλλ' ὅδε ὅτι πρῶτός τε καὶ πρεσβύτατος, καὶ ἀρχηγέτης τῶν
6 πάντων· αὐτὸς ἐξ αὑτοῦ γενόμενος. ὁπότε δὲ ἐγένετο, οὐκ ἔστιν εἰπεῖν. ἀλλ' ἦν τε ἀρχῆς καὶ ἔσαι [1] εἰσαεί· αὐτοπάτωρ τε καὶ μείζων ἢ ἐξ ἄλλου γεγονέναι. καὶ [2] ὥσπερ τὴν Ἀθηνᾶν ἄρα ἐκ τῆς κεφαλῆς ἔφυσε, καὶ γάμου οὐδὲν προσεδεήθη εἰς αὐτόν, οὕτως ἐπὶ πρώτοισιν αὐτὸς ἑαυτὸν ἐξ [3] ἑαυτοῦ ἐποίησε· καὶ οὐδὲν προσεδεήθη ἑτέρου εἰς τὸ εἶναι· ἀλλ' αὐτὸ τοῦτο πάντα (εἰ) ἀπ' ἐκείνου ἤρξατο, καὶ οὐκ ἔστι χρόνον εἰπεῖν. οὔτε γὰρ χρόνος [4] πω τότε [5] ὅτι μηδὲ ἄλλο μηδέν. δημιουργοῦ γὰρ ἔργον οὐδὲν ὅτι πρεσβύτερον. ὅτου δὴ ἀρχὴ μὲν ἁπάντων Ζεύς τε καὶ ἐκ Διὸς πάντα. ἅτε δὲ ὢν χρόνου τε κρείττων, καὶ οὐδένα ἔχων τὸ ἀντικόψοντα, αὐτός τε ὁμοῦ καὶ ὁ κόσμος ἦν. ὅτου ταχὺ πάντα ἐποίησεν. ἐποίησε δὲ ὧδε· (εἰ δέ πη σφαλλόμεθα, ὁ μείλιχος ἡμῖν κεκλήσθω·) ἄρχεται ἐκ θεμελίων καὶ ποιεῖ γῆν, ὅπως ἀπὸ τοῦ πάντα ὅτι ταύτης βεβήκοι· ῥιζώσας τε ῥίζαις ἀπείροις τὸ βάθος καὶ πυκνώσας, πέτρας τε ἀντὶ γόμφων καὶ [6] τῇ δ' [7] ἄλλῃ [7] πυκνώσει φύσει εἴληχεν. ὄρη τε ἐξανασήσας, ὑετῶν καὶ κυμάτων ἀλεξιτήρια· καὶ [8] πεδία ἐν μέσῳ καταμίξας, ὁρᾶν ἕλκας καὶ γῆς· ὅπισθεν [9] δυνάμεις τῷ ἑτέρῳ τὸ ἕτερον πηγνύς. ὅσα δὲ ἀπὸ τοῦ δευτέρου τοῦ βάρους εἶχεν, ἐπῆγε· θάλατταν ὅτι τῇ γῇ μέσην ἐν μέσῃ τιθείς· οἷα δὲ ὅτι γειτόνων φιλίαν καὶ κοινωνίαν προξενοῦντος, ποταμοὺς ἐγκατέμιξεν· οἳ ἔκ τε γῆς εἰς τὸ θάλασσαν ῥυήσεσθαι, καὶ πάλιν ἐκ θαλάττης κατ' ἄλλους ἀφανεῖς τόπους εἰς τὸ γῆν ἔμελλον ἐπαρρύήσεσθαι, καὶ συνάπτειν ἑκάτερα πρὸς ἄλληλα. [10] συνέπλεξέ τε αὐτὰ ὅτους, ὡς (εἰ) μέσα ἑκάτερα ἀλλήλων·

Jove antiquius, ſicut nec filii parentes, nec opera opifices poſſunt aetate praecedere: ſed ipſe primus eſt & antiquiſſimus, & omnium princeps, ipſe ex ſe factus. Quando autem creatus fuerit, nemo poteſt dicere, cum & fuerit ab initio, & ſemper in poſterum ſit futurus, ipſe ſibi pater, & major, quam ut ab alio creari potuerit. Sicut enim Minervam ex capite ſuo procreavit, nec ad id nuptiis opus ei fuit, ſic dudum ante ipſe ſe ex ſe creaverat, alterius opera non indigens, ut fieret: ſed contra, ab ipſo omnia fieri & eſſe coeperunt; nec licet ab iis tempus ipſum excipere, cum tunc nondum fuerit, nedum aliud quicquam. Nullum enim poteſt autore ſuo opus eſſe antiquius. Sic igitur omnium rerum principia ſunt in Jove, & ab eo cuncta proceſſerunt. Cum autem tempore eſſet praeſtantior, nec adverſarium haberet ullum, ſimul cum ipſo mundus extitit: tanta cum celeritate omnia effecit. Fecit autem hac ratione (quod ſi alicubi fallimur, ipſe nobis benignus eſſe dignetur) ut a fundamentis exorſus, terram primum crearet, quo huic omnia inniterentur. Itaque radicibus infinitis fundum conſolidavit & compegit, ſaxis loco clavorum & alia denſa materia uſus. Montes deinde excitavit, pluviarum & fluctuum obices, campoſque montium & terrae baſes intermiſcuit, alterum cum altero, tanquam qualitates quaſdam, compingens. Quae vero ſecundum gravitatis habebant locum, ea ſuperinduxit, mare medium mediae imponens terrae. Ut autem tanquam inter vicinos amicitiam & ſocietatem componeret, fluvios permiſcuit, qui & ex terra in mare, & rurſum per occulta quaedam loca ex mari fluerent in terram, atque utrunque cum altero connecterent. Haec autem ita coaptavit, ut eſſent utraque medio ſibi invicem loco,

1 Bar. 7. ἐσσεί. 2 Bar. 7. ὡς. 3 Bar. 7. αὐτῦ. 4 Bar. 7. πώποτε. 5 P. Steph. ὅτι. 6 Bar. 7. τῇ δαλῇ πυκνώσει φύσιν. 7 Vulg. πυκνώσαι. 8 Melius legendum, καὶ πεδία ἐν μέσῳ καταπήξας, ὁρᾶν ἕλκας· καὶ τὰς ὥσπερ δυνάμεις μιγνύς. 9 Bar. 7. δύναμιν. 10 Lege συνέπηξε. *Cant.*

νήσοις τὲ ϗ πορθμοῖς ϗ ἰσθμοῖς τὸ ἕτερον ὕ ἑτέρυ ἀεὶ ἐν μέσῳ γιγνόμενον. ὥσπερ δὲ ἡ γῆ
δι' ἑκατέρυ τῦ χήματος ὠχύρωσεν, ὕτω ἡ γῆ αὖ ϗ ἡ θάλατταν· δι' ἀλλήλων ἀμφό-
τερα ἀσφαλῆ ποιῶν· ἀέρα τὲ ὑπὲρ ἀμφοτέρων ἔσησε, γῆς ϗ θαλάττης ἀναπνοήν. ϗ πῦρ
ἄνωθεν, ὃ δὴ αἰθέρα ὀνομάζυσιν, ὑπισήσας, τετάρτῳ τύτῳ [1] πάντα κατέλαβε· ἡ τε φιλο-
τεχνίας τὰ κράτιστα ἐνθῦθα τῦτ' εἰσηνέγκατο. κοσμήσας μὲ ἄστροις ἡ πάντα ὐρανὸν, ὥσπερ 8
ταῖς νήσοις ἡ θάλατταν· ϗ δι' αὐτῶν ποιήσας θαφανῆ· τήλε ὕ πυρὸς ἀπρόϊτον καθα-
πέμψας μέχρι γῆς. ὧν ἐν ὅσῳ νῦν ἡμεῖς διήλθομεν χρόνῳ περὶ αὐτῶν, ἀπολελεώσας ἅπαν-
τα ζῶντα, ἀλλ' ὀξύτερον ἢ νοῆσαι ἐγχωρῇ· ἅμα δὲ, τῇ ποιήσῃ τὲ ϗ δημιυργίᾳ, διήρει κἠ
τὸ εἰκὸς ἔκαζα, ϗ κλήρυς ἀπένεμε· ποιῶν μὲ ζῶα τὰ πρέποντα ἑκάστοις τόποις· τάς τε
οἰκείυς [2] χωρὰς, οἰκήσεις τε ϗ λήξεις τοῖς γεννηθεῖσιν ἀποδιδύς· θεοῖς μὲ ἐν ὐρανῷ οἷ ἐν ἀκρο-
πόλει ὕ παντὸς οἰκεῖν, ὃ δὴ κάλλιστόν τε ϗ [3] λαμπρότερον, οἰκητηρίων ἁγνότατον· ὑδὲ
χῆρας [4] εἶσασιν εἰς αὐτό· ἀνθρώποις δ' ὑπὸ γῆς, θαλαττίοις δὲ φύλοις ἡ θάλατταν ἀπέ-
δωκε, ϗ πτηνοῖς ἀέρα. ὡς μάλιστα δ' ἀξίας ἕμελλον ἕκαστοι τεύξεσθαι κἠ ἡ αὐτῶν φύσιν τὲ
ϗ δύναμιν, τὰς λήξεις εὑρισκόμενοι, ϗ τὰς συγγενεῖς οἰκήσεις λαμβάνοντες. τὸ μὲ γηγενές
τε ϗ νεῶδες φῦλον, ἡ γῆ· ὃ δὲ ὑγρότερον, ἡ θάλατταν· ὃ δὲ κυφότερον ϗ ξηρότερον, ἡ
ἀέρα· τὸ δ' ἀνώτερόν τε ϗ θαφάπυρον ϗ πᾶσι τύτοις ὑπερτεταμένον, ἡ αἰθέρα τὲ ϗ ὐρανόν. 9
ὕτω δὴ ὥσπερ πόλιν ποιῶν αὐτὴν ἡ δημιύργος, εἶτα τὺς ἄνθρας εἰσῆγεν· ὡς δὲ διέκρινε ἡ
ὕλην ϗ κατεσκεύασε ἡ κόσμον, ἐπλήρυ γενῶν, πάντα ἐξῆς ποιῶν σὺν [5] ἁρμονίᾳ ϗ πρε-
πείᾳ ὅ μηδὲν παραλειφθῆναι, τὸ μὴ ϗ πάντα [6] πρέποντα ϗ τέλεα ἀλλήλοις· δημιυργὸς
αὐτὸς ϗ οἰκιστὴς ὅ παντός, ὑσίας τὲ ϗ [7] δυνάμεως ἔχων. [8] ὡς δὲ ϗ θεῶν ὅσα φῦλα, ἀπρόϊτον τ

Cum igitur illi navibus, moenibus, atque imperio toto privati eſſent, eoque deveniſſent, ut patria cogerentur exulare: nam quae medio tempore tot acciderunt, tacebo: verum cum ita ſe haberent, nullus omnium, praeter Pharſalum, Argos, & Thebas, nec magnam nec parvam tot ex omni memoria beneficiorum gratiam retulit; nec, quod generis totius columen Urbs praedicabatur, meminit. Illi vero, quos dixi, ſoli & exules recipientes, & eos depoſcentibus reſiſtentes, hanc gratiam apud praeſtantiſſimam civitatem, in qua bonam regnare fortunam ferunt oracula, collocarunt. Age vero, noſtram quoque ſpectemus urbem, nuncubi ejus amatores ipſius puduerit. Atque hactenus quidem pulcrae urbis quaſi exemplum ſtetit, cum & primo quoque aſpectu eos, qui vel mari vel terra advenirent, caperet: & iis, qui eſſent ingreſſi, pulcerrima quaeque patefaceret, quibus nec oculi poſſent, nec tempus ullum ſpectandis ſufficere: quae quidem nunc enumerare longum eſſet. Poſtquam autem etiam alteram ſortem oportuit experiri, quale quidem tum fuerit Imperatorum ſtudium, jam diximus; verum a vobis, paribus noſtris, quod non geſtum eſt? Nonne cum per urbes ſingulas, tum in communibus conciliis planctus extiterunt, plorantibus omnibus, & urbem inſtar patriae deſiderantibus, & publicas ferias volentibus abolere, ac de ipſa, prout quiſque poterat, publice declamantibus? Nec enim aliter eratis affecti, quam ſi communis Aſiae totius caſus fuiſſet. Jam quod re ipſa praeſtitum eſt auxilium, quis hoc unquam inter Graecos fieri meminit? cum fora quidem undique mari terraque ad eos, qui domi manebant, deportarentur, civitates autem utrinque maximae certatim ad ſe vocarent, & vehicula atque commeatus tranſmitterent, do-

1 Sic Coll. Nov. Bar. 7. Vulg. deeſt. 2 Δὴ Coll. Nov. Bar. 7. 3 Οὕτω γε Coll. Nov. Bar. 7. *Junt.* τῷ γε. 4 Μήπω Coll. Nov. Bar. 7. 5 Κόρου Coll. Nov. Bar. 7. 6 Abeſt a Coll. Nov. & Bar. 7. 7 P. Steph. χόραν. 8 Ex Coll. Nov. Bar. 7. 9 P. Steph. πώς.

δ' οἰκήσεις, καὶ συνεδρίων κοινωνίας, καὶ πάσας ἁρμονίας παρασκευαζόντων, ὥσπερ γονεῦσιν ἢ παισὶν αὐτῶν, ὥστε πλησιάσαι τε καὶ τῷ μεγέθει μὲν ὑπολειπομένων, τῇ φιλοτιμίᾳ δὲ καὶ τιμῇ ὑδὲν ἐλλειπόντων. τίς γὰρ οὐχ ἕρμαιον ἑαυτῷ ἐποιήσατο; τίς γὰρ οὐχ εὐείσκεαστος μᾶλλον, ἢ πίθεσθαι ζώντων χάριν ᾠήθη, δέξασθαι συνοίκους, τοὺς τοσοῦτον ὠφελήσαντας; χρημάτων τοίνυν συντέλειαν, καὶ τοὺς τὰ μέλλοντα ὑποσχέσεις ἀφ' ἑκατέρας τῆς ἠπείρου, καὶ πολλὰς ἄλλας φιλανθρωπίας εἰς δύναμιν τῶν ἑκάστων γενομένας, τίς ἂν ἐκφράσειε διηγούμενος; καὶ δὴ [2] τούτου γε ἕνεκα ἡ πόλις ἠξίωσε πάντα ἐφεξῆς δέχεσθαι, οὐδ' ὡς οἱ διδόντες ἐβούλοντο, ἀλλ' ὡς αὐτῇ καλὸν [3] ἦν λαβεῖν. καὶ τί δεῖ ζητεῖν ἐν μέρει καταλέγειν; πάντα γὰρ τὰ ἔθνη τὰ πληρωθέντ' ἡμῶν τῆς Ασίας, φιλοτιμίαν κοινὴν φιλοτιμεῖται πρὸς τὴν πόλιν, τὰ κράτιστα τῶν ἀρχαίων ἀνιζάνται. ὅπου μόνης δὲ ταύτης τῆς πόλεως τὸ παλαιὸν [4] ῥῆμα ἐξηλέγχθη ψευδῶς ἔχον, ὅτι, 470
κακῶς πεπραγότων λήθην εἶναι πρὸς τοὺς φίλους· τοσοῦτον αὐτῇ καὶ πρὸς τὴν συμφορὰν ὑπερφυείας καὶ χαρίτων [5] δόξης ἐφυλάχθη πρὸς τοῦ δαίμονος. νυνὶ δ' ὅσα μὲν θρηνώδους ἁρμονίας, καὶ σχημάτων ἀχαρίτων, καὶ πρὸς τὰ λύπης ἔχοντα, τὴν εὐφημίαν ὑπῳδὰν ἀπελήλυθε· λευχειμονεῖ δὲ ἡ ἤπειρος, [6] πανηγυρίζει δὲ Ελλὰς ὅπου χρησῆς [7] εὐωδέστερος· [8] ἡ πόλις δ' ὥσπερ ἐν δράματι καὶ δὴ πάλιν ἐξαρχῆς ἀναφύεσα μεταβαλοῦσα τὴν ἡλικίαν, ἡ αὐτὴ παλαιὰ καὶ νέα γενομένη· ὥσπερ τὸν φοίνικα ἀναβιώσεσθαι λόγος αὐτὸν ἐξ αὑτοῦ· οὐ γὰρ δὴ τοῦτ' ἄρα δόξαι τῷ θεῷ ἕτερον φοίνικα ἀντ' ἐκείνου τε καὶ μετ' ἐκεῖνον γενέσθαι. πάντα δ' ὥσπερ ὁδῷ κεχωρικέναι φαίνεται. Θησέως μὲν γὰρ ἐξ ἀρχῆς οἰκίσαντος, Αλέξανδρος ὕστερον εἰς τοῦτο τὸ σχῆμα περήγαγε. τρίτη δὴ χεὶρ τῶν πάντα νικώντων ἀνίστησι τὴν αὐτὴν καὶ σωτήρησι· μεταθεῖναι μὲν γὰρ οὐκ ἠξίωσε, ἕρωτι δὲ τοῦ ἐπαρχούσης, οἷόν' ὅπου τὸν ἰχνῶν ἐγέ-

micilia praeterea, conciliorum partes, & omnes vivendi rationes tanquam parentibus vel liberis ſuis praepararent, & ut magnitudine vincerentur, ita ſtudio ac honore nemini concederent. Quis enim non in lucro poſuit, nec accipere potius quam collocare ſe beneficium putavit, ſi eos haberet convictores, quorum tanta fuerat excellentia? Pecuniae quidem collationem, & in poſterum promiſſa ab utraque continente facta, multaſque alias ſingulorum pro viribus cujuſque benignitates, quis unquam commemorare poſſit? Quanquam non ideo ſingula voluit haec urbs accipere, nec ea pro datorum voluntate, verum pro ſua dignitate admiſit. Quid autem per partes omnia narrare eſt opus? Quaecunque enim Aſiam incolunt gentes, communi erga urbem contentione decertant, & quae fuerant in rebus antiquis praeclariſſima, reſuſcitant. In hac porro civitate ſola veteris dicti falſitas eſt deprehenſa, quo ferebatur, infoelicium hominum apud amicos oblivionem naſci: quippe cui etiam inter ipſas clades tantum fortuna dignitatis & gratiae reſervarit. Nunc ſane quaecunque laudes ex lugubri harmonia, inamoenis geſtibus, & ipſo dolore proficiſcebantur, de medio receſſerunt: albata autem incedit continens, & publicos conventus ad bonam occaſionem celebrat Graecia: urbs vero tanquam in fabula, denuo renaſcitur aetate commutata, eademque & vetus exiſtit & nova: quemadmodum phoenicem ex ſeipſo aiunt reviviſcere, quandoquidem pro ipſo ac poſt ipſum noluit alium Deus extare. Quid quod omnia quaſi via quadam videntur proceſſiſſe? Nam cum Theſeus urbem primum condidiſſet, Alexander poſtea in hanc formam produxerat. Jam tertia ſummorum victorum manus eandem reſuſcitat & componit: cumque alio transferre per amorem praeſentis nollet, in veſtigiis eri-

Supra. p. 112. Et Sophocles. Vid. Schol. in Vol. II. p. 235.

1 Τῶν Coll. Nov. Bar. 7. 2 Τοσούτου Coll. Nov. Bar. 7. 3 Bar. 7. λαβεῖν ἦν. 4 Menandri, ἀνδρὸς κακῶς πράσσοντος ὀλίγοι φίλοι. Cant. 5 Καὶ δόξης Coll. Nov. & Bar. 7. 6 Ita Coll. Nov. Bar. 7. & Cant. πανηγείοις Junt. πανηγείζεις. P. Steph. 7 Non agnoſcit Bar. 7. 8 Ἀναβιώσεσθαι Coll. Nov. Bar. 7.

git,

471 ρυσι. ἐπόθει δ' ἄρα καὶ ἡ τῆς πόλεως φύσις οἰκιςὰς διπλᾶς, δύο ταῖς ἀρχηγέτιδας νέμουσα. καὶ δὴ λιμένες τε κομίζονται τὰς τῆ φιλτάτης πόλεως ἀγκάλας, καὶ [1] πάλιν καλλωπισμεῖται· καὶ τῷ Μέλητι οὐδὲν ἐμποδὼν τὸ μὴ τὰς περισοίκους ἔχειν, ἦρος δὲ πύλαι καὶ θέρους ὑπὸ στεφάνων [2] ἀνοίγονται. χοροὶ δὲ [3] νυμφῶν καὶ μουσῶν ἐν αὐτῇ τε καὶ περὶ αὐτὴν χορεύουσι, ζέφυροι δὲ ἁ λυπήσουσι πνέοντες. ὦ μακάριοι μὲν τῶν πρεσβυτέρων, οἱ περὶς ταύτην ἀφιξόμενοι τὴν ἡμέραν, ἐν ᾗ τὴν Σμύρναν ὄψονται τὴν ἑαυτῆς ἔχουσαν κόσμον· παῖδες δὲ οὐδέν· ζημιωσόμενοι, ἀλλ' ὀψόμενοι τὴν πατρίδα οἵαν οἱ γονεῖς ᾤκιζον· οἱ δ' ἐν ἡλικίᾳ, τὰ μὲν συμπροάξαντές τε καὶ συμπονήσαντες, τὰ δὲ [4] σωθέντες καὶ συνεορτάσοντες ἑαυτοῖς τε καὶ τοῖς [5] ἀφικνουμένοις· ὡς τῶν παρόντων ἀγαθῶν ἔτι καλλίους αἱ τῶν μελλόντων ἐλπίδες. ἀλλὰ, Ζεῦ πολιεῦτε, καὶ θεαὶ κληροῦχοι τῆς δὲ τῆς πόλεως, καὶ Πόσειδον, ὃς ἀμφότερα εἴληχας κινεῖν τε καὶ σώζειν, καὶ θεοὶ βασίλειοί τε, καὶ Ἑλλήνειοι, γενέσθαι τόνδε ἡμῖν τὸν οἰκισμὸν
472 δόλτέρων [6] ἀμεινόνων βεβαιοτέρων [7] ἔσαμοι, ὅπῃ πολλῇ μὲν [8] εὐφροσύνῃ καὶ δόξῃ τῶν οἰκιςῶν. χρηςοῖς δὲ τοῖς ἀπαντησομένοις τῇ πόλει ἀφ' παντὸς τοῦ μέλλοντος χρόνου· εἴη δήπου καὶ τιμὴν ἐν Ἕλλησι νῦν τε καὶ ὕστερον.

[9] ΠΡΟΣΦΩΝΗΤΙΚΟΣ ΣΜΥΡΝΑΙΚΟΣ.

Coram Imp. Commodo habita, cum Smyrnam ingrederetur.

ΕΒΟΥΛΟΜΗΝ ἂν, ὦ θαυμάσιε, μάλιςα μὲν τὴν πόλιν οἵαν κατέλιπες τοιαύτην φαίνεσθαι· εἰ δὲ μή, πρὸ ὧν αὐτὸς, ποιεῖσθαι τοὺς λόγους, ἵν' ἀμφοτέρως ἐκέρδαινον, σοί

git. Ac deſiderabat ſane urbis natura duplices conditores, cum duas praeberet originis autores. Nunc & portus cariſſimae urbis ulnas accipiunt, atque rurſus exornantur: & Meleti, ne accolas habeat, nihil obſtat, & veris aeſtatiſque portae cum coronis aperiuntur. Nunc Nympharum ac Muſarum chori in ipſa & circum ipſam choreas ducunt, Zephyri vero neminem flatu ſuo contriſtabunt. O felices quidem ſenes, qui ad hunc uſque diem pertingent, quo Smyrnam ornatu ſuo praeditam videbunt: foelices vero pueros, qui nullam patientur jacturam, ſed patriam talem, qualem parentes incoluerant, videbunt: foelices autem juvenes, qui cum labores & moleſtias ex parte pertulerint, ſacrificiis jam & feriis tum inter ſe, tum cum poſteris (ſiquidem meliora, quam nunc apparent, futura ſperantur) intererunt. Itaque Jupiter praeſes, & deae hujus urbis tutelares, & qui utraque moves & conſervas, Neptune, diique Romani Graecique, hanc nobis extructionem ſecundis melioribus ac firmioribus concedite, ſicut conditores laetitia gloriaque abundent, urbi omnia deinceps fauſta contingant, nos etiam apud Graecos aliquo ſimus in numero nunc & in poſterum.

GRATULATIO SMYRNAEA.

OPTABAM equidem, vir clariſſime, maxime ut Urbs qualem reliqueras, talis appareret: ſin minus, ut praeſens ipſe verba facerem, atque ita duplicem fructum caperem, dum

1 Πάλιν αὖ Coll. Nov. Bar. 7. 2 Coll. Nov. & Bar. 7. ἀνοίγνυνται. 3 Bar. 7. & Coll. Nov. μουσῶν καὶ νυμφῶν. 4 Σωθήσοντες Coll. Nov. Bar. 7. 5 Εἰσαφικνουμένοις Coll. Nov. Bar. 7. 6 Ἀμείνων Coll. Nov. 7 Non agnoſcunt Coll. Nov. & Bar. 7. 8 Illa εὐφροσύνῃ deſunt etiam in Coll. Nov. & Bar. 7. 9 Bar. 7. προσφωνηματικός.

&

τε σωτῶν, καὶ τῆς νεῶ ἀνιδρύσης [1] ἡμῖν πόλεως ἀπολαύων τὰ γιγνόμενα. ἐπεὶ δ' ὅπως συμβέβηκεν, ὦ τᾶ γε παντὸς [2] εἰργαλᾶ καλῶς ἔχειν ὑπέλαβον, ἀλλ' ἴχνος γέ τι φωνῆς ἡμελέρας, σοίτε γενέαλᾶ γνωείσαι, καὶ τοῖς πᾶσι τᾶ Ἑλλήνων ὅσοι τε πολῖται, καὶ ὅσοι ξένοι. ὅλως [3] γὰ ἔμοιγε ἡδονή, [4] εἰς ἔθος καθέστηκεν ἀπόντι πανηγυρίζειν· ἐπειδή γε ὁ θεὸς ταύτην ἄγει. ὁ δὲ νυνὶ λόγος καὶ πάνυ μοι κατὰ καιρόν ἐστιν. [5] ἐπεὶ γὰρ καὶ τῆς ἀνελπίστου φήμης ἀφικομένης, 473
πρῶτος ὑπὲρ τᾶς πόλεως ἐμνήσθην πρὸς τοὺς πάλαι ἀείσους βασιλέας ἀγαπείλας ὡς πλέον μιᾶς νυκτὸς, εἰκὸς [6] τι καὶ περὶ τᾶς εἰς εὐφημίαν ἥκόντων, ὅπως ἔχειν ὡς ἐμαυτῷ προσηκόντων. τὰ μὲν οὖν παλαιὰ μέμνησαι κατὰ τὴν πρώτην ἀκούσας ἀρχήν, ἣν τῷ πατρὶ συνῆρχες, Διός τινα γένεσιν, καὶ χορείας Κυρήτων, καὶ Ταντάλου καὶ Πέλοπος οἰκισμὸν τᾶς πρώτης πόλεως ἐν τῷ Σιπύλῳ γενομένης· καὶ ἀγαβάσεις Πέλοπος ἐνθένδε εἰς τὴν πρότερον μὲν Ἀπίαν, Πελοπόννησον δὲ ἀπ' ἐκείνου κληθεῖσαν· ἀφ' οὗ τρίτος ἔγγονος [7] βασιλεὺς κοινὸς τᾶς Ἑλλάδος γενόμενος, κατέλυσε τὴν τῶν βαρβάρων ἀρχήν. δεύτερον δὲ εὐφημιῶν, Θησεύς τε ἀρχηγέτης, καὶ Σμύρνα ὄνομα τῇ πόλει ταύτῃ, καὶ γένος Ἀττικόν, καὶ Ἰώνων ὕστερον εἰς οἰκίαν εἴσοδον, καὶ τρίτη δὴ θέσις καὶ [8] κατοίκησις ἀγὰ τὸν Ἀλέξανδρον, οὗ δύο ταῦτα κάλλιστα καὶ μέγιστα μνημεῖα· ἥδέ τε ἡ πόλις, καὶ ἡ τοῦ Νείλου προσοικος. τοιαῦτα [9] ἤκουσας· καὶ τριήρης τις ἦν δεικνυμένη μὲν Διονυσίοις, ὑμνουμένη δ' ἐν τοῖς καταπλοις, σύμβολον 474
νίκης παλαιᾶς, ἣν ἐνίκων Σμυρναῖοι βακχεύοντες, Χίους, ὅπλοις καὶ ναυσὶ πεφραγμένους. ἄγε μὴν ὀφθαλμὸς ἐξηγεῖτο, καὶ οὐ μῦθος ἔτι, οὐδὲ λόγοι λογοποιῶν τε καὶ ποιητῶν, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς Ὅμηρος παρὼν ἀσφαλέστερον ἂν ἡγήσατο σιωπᾶν, ἢ λέγειν περὶ αὐτῶν. ἑώρας ἀγοράν τε [10] θεῶν, ἑστίαν καὶ λιμένας· [11] τὴν μὲν, κυκλουμένους τὴν πόλιν· τὴν δὲ, ὑπὸ τᾶς πόλεως μέσους ἐχομένους· καὶ

& tecum essem, & resurgente nobis Urbe, quantum liceret, fruerer. Quoniam vero secus accidit, non putavi mihi prorsus abstinendum esse, quin saltem vestigium aliquod vocis nostrae in tuam, & eorum qui adsunt Graecorum partim civium, partim hospitum, notitiam veniret. Etenim omnino mihi fere pro more est, ut absens publice dicam, quandoquidem huc me impellit Deus. Haec autem oratio valde mihi est opportuna. Cum enim insperato rumore allato, primus ad optimos Reges de Urbe scripserim, noctem tantum unam impendens; merito quoque ea quae ad gratulationem referuntur, tanquam ad me pertinentia, curare debeo. Atque antiqua quidem olim, quando cum patre regnabas, audire te meminisli, Jovis ortum, Corybantum choreas, & Tantali ac Pelopis extructionem primae urbis in Sipylo factam: tum Pelopis trajectiones in eam, quae prius Apia, post ab ipso Peloponnesus est dicta: cujus quidem nepos, communis Graeciae rex factus, barbarorum contrivit imperium. Altera ferebatur laus Thesei autor, & Smyrnae nomen, & gens Attica, atque Ionum posterior introitus. Ac tertia demum constitutio per Alexandrum facta, cujus haec sunt pulcerrima duo atque maxima monumenta; urbs ista, & ea quae ad Nilum sita est. Haec igitur audieras: ac triremis quaedam ostendebatur Dionysiis, & inter appellendum canebatur, veteris signum victoriae, quam Smyrnaei Bacchum colentes, de Chiis, qui armis fuerant & navibus muniti, retulerant. Jam quae usurpabat oculus, nec jam in fabulis erant, ea nec oratorum poetarumque sermones, nec etiam Homerus ipse dici tutius quam taceri posse censuisset. Vidisti enim & forum, deorum sedem, & portus, qui partim cingerent Urbem, partim etiam ab Urbe medii interciperentur: deinde

1 P. Steph. ὑμῖν. 2 Bar. 7. εἰργαδᾶ. 3 Bar. 7. μὰ γᾶ. 4 P. Steph. ἐ. 5 Bar. 7. ἐπειδή. 6 Του Bar. 7. 7 Agamemnon. *Cant.* 8 Bar. 7. κατοίκησις Αλέξανδρον ἔχουσα. Abest etiam ἀγὰ ab edit. Flor. 9 Bar. 7. ἀκούσας. 10 Bar. 7. καὶ θεῶν. 11 Bar. 7. τᾷ μὲ, κυκλουμένους τὰν πόλιν. τᾷ δὲ,

tem-

ναῶν κάλλη, καὶ θεμέλιος, ἐξ ἴσου τῆτε φύσει καὶ τέχνῃ κεκοσμημένα, καὶ πάντα δὴ τὸ κόσμου τὸ ὅρμων ὡς ἁρτιπλοκώτατα ἀλλήλων· καὶ τὸ δὴ μέγιστον σύμβολον τῆς πόλεως, τιμὴ μὲν πάντων ὁμολογίαν καὶ μουσικήν, ἔν τι τὸ πᾶν σῶμα ἀποφαινομένην, ὥσπερ ἂν εἰ καὶ τὸν μῦθον τὸν περὶ τῶν Θηβαίων τείχους λεγόμενον, πρὸς λύραν καὶ κιθάραν ἅρμοστο ἐξ ἀρχῆς. εἶεν. τὰ μὲν δὴ παλαιά τε καὶ ὐ παλαιὰ, ἀλλὰ χθές τε καὶ πρώην ὡς εἰπεῖν ἐπιφανόμενα, τοιαῦτα μὲν ἤκουσας, τοιαῦτα δὲ ἐθεάσω. ἀκίνητον δὲ οὐδὲν, φασὶ, τῶν ὐ ἀνθρώ-
475 πων· ἀλλὰ καὶ γῆ θάλατταν δέχεται, καὶ θάλαττα ἠπείρους· καὶ πόλεις αἱ μὲν, ὑπὸ γῆς ἔδυσαν, αἱ δ' ὑπὸ ῥευμάτων ὑετίων τε καὶ παντοίων ἠφανίσθησαν. ἴδιον γὰρ τῆς θνητῆς γένους αἱ μεταβολαί· καὶ πολλὰ τὰ θαύματα τῆς χρόνου. καὶ δὴ καὶ τῇ ἡμετέρᾳ πόλει τοσοῦτον νικώσῃ σωμάτων τρόπον τινὰ ὀλισθεῖν· ᾧ δὴ καθαρῶς ἐξεφάνη ὅσος τις πρὸ αὐτῆς [1] ὁ τῆς Ασίας κόσμος ἦν, λέγω δὲ ὐχὶ τὸ μέχρι Μαιάνδρου πηγῶν, ὐδ' ὅσην ὁ τῶν ἡγεμόνων ὑμῶν κλῆρος ὁρίζει· ἀλλ' ἣν ἐξ ἀρχῆς Ελληνες προσεῖπον Ασίαν, προσηκόντως δὲ καὶ ἤπειρον ἀφορισθέντως αὐτὴν τῶν τειῶν. ἀλλ' ὅπερ βουλόμην εἰπεῖν, ἅμα γὰρ τῷ πάθματι συμβάντι πάντα ἐδοκεῖ γεγυμνῶσθαι· καὶ πᾶς τις ὥσπερ ὀφθαλμὸν ἐζήτει σώματος. λέγω δὴ ὃ μὲν προσκρῦσαι, τὸ τὴν κοινὴν [2] ἁπάντων ἀνθρώπων τύχην καὶ φύσιν τῇ πόλει συμβῆναι· τὰ δ' ἐφεξῆς, ὃ ἀγαθὴς ἤδη καὶ τὴν πόλιν ἐξ ἀρχῆς λαχούσης εἶναι. ὅτε γὰρ ἦν καιρὸς, πρὸς χεῖρα
[3] ὄρεξε, τοιούτους ἔχων τοὺς τῶν ὅλων προστάτας, οἳ πάντων μὲν ἧκιστα ἔμελλον προϊδέσθαι κει-
476 μένην· πάντων δὲ μάλιστα προθυμήσεσθαι ὐκ ἀναστῆσαι μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸς ὑπερβολὴν ἆραι. τὰ δὴ νῦν πάντα τελεῖται, φησὶν [4] ὁ παῖς τοῦ Μέλητος. καὶ μὴν τήν γε εὐγένειαν ὅ δήμου, (μὴ γὰρ πάνθ' ἡμῖν ἔστω [5] πρὸ τῶν οἰκοδομημάτων,) τίς ὐκ ἂν ἠγάσθη καὶ ἐθαύμασεν; ὅτε

templorum ornamenta & ſepta, natura pariter & arte exornata, & ornatum univerſum inſtar monilis connexum; &, quod erat maximum Urbis ſignum, concordiam per omnia tranſeuntem, ac muſicam, quae totum corpus unum eſſe quiddam oſtenderet, quaſi ea, (quod de Thebanorum muris tradunt fabulae) ad lyram primo atque citharam fuiſſet extructa. Atque ea quidem quae antiqua ſunt, & quae non antiqua, cum heri etiam ac nudiuſtertius, ut ita dicam, extiterint, talia partim auditu, partim viſu percepiſti. Verum nihil eſt, ut aiunt, inter homines immutabile: ſed & terra mare recipit, & mare in continentem tranſit; urbeſque aliae ſub terram diſceſſerunt, aliae per imbres vel coeleſtes vel quoſvis evanuerunt. Propriae namque ſunt humano generi mutationes, ac multa ſunt temporis miracula. Quare & noſtra tam praeſtans urbs lapſa eſt quodam modo: in quo quidem perſpicue apparuit, quantum eſſet ipſa ornamentum Aſiae, non ejus quidem quae uſque ad Maeandri fontes protenditur, nec quantam Praetorum complectitur juriſdictio, ſed quam initio Graeci Aſiam dixerunt, ac de tribus mundi partibus continentem praecipue appellarunt. Simul autem cum caſu (id quod volebam dicere) omnia nuda videbantur, ac velut oculum corporis unuſquiſque quaerebat. Sed lapſus quidem per communem omnium hominum fortunam ac naturam huic urbi contigit: quae autem deinceps ſecuta ſunt, ea bonae & primigeniae Urbis fortunae debent accepta ferri. Poſtquam enim extitit occaſio, manum arripuit, cum tales haberet Univerſi praefectos, qui jacentem cum minime deſpecturi erant, tum maxime, ut non erigerent modo, ſed & inſigniter exollerent, operam daturi, — *quae jam nunc omnia fiunt*, inquit Meletis filius. Jam vero populi generoſitatem (nec enim omnia nobis in aedibus conſiſtunt) quis non ſit admiratus? Nam

1 Sic Bar. 7. Deeſt in Vulg. 2 Bar. 7. τῶν. 3 Bar. 7. ὀρέξας, τοὺς τοιούτους· & recenti manu ὄρεξε. 4 Homerus, a quo ſaepe eſt hoc hemiſtichium uſurpatum. *Cant.* 5 Περὶ Bar. 7.

nec

οὐδ' ἐξεπλάγη πρὸς τὴν συμφοράν, οὐδαμοῦ τι ὑπ' ἐζήτησεν, οὐδ' ἀνέμεινε καλλίω τῆς οὐδὲ τῶν βασιλέων ἅμα ἔργῳ καὶ λόγῳ γιγνομένης. ὥστε ὁ μὲν πένθος αὐτοῖς χαλεπὸς, ἑορτή τις ἐγεγόνει. καὶ μὴν τά γ' ὄπιθεν τούτοις ἡμεῖς μὲν ἀκοῇ γιγνώσκομεν· σὺ δ' ὁρῶν, κἂν ἑτέρωθι αὐτὸς ἐξηγοῖο. ἔοικε γοῦν ὑπόρρησιν πεποιῆσθαι τοῦ μυθολογήματος ἡ πόλις ἣν περὶ τῶν ἀρχηγέτην αὐτῆς λεχθέντος. οἶσθ' ὅτι φασὶν οἱ ποιηταὶ τὸν Πέλοπα κατὰ μέλη τμηθέντα, [1]ἑψηθέντα δὲ λέβητι, συνελθεῖναι πάλιν ἐξ ἀρχῆς ἄνευ τοῦ λέβητος, ἐλλείποντος δὲ [2]τοῦ ὤμου, ἀντὶ τοῦ παλαιοῦ· καὶ φασὶ ὃ ἔργον Δήμητρος γενέσθαι. ὡς [3]δὲ τῇ πόλει, μετὰ ἐκεῖνον τὸν λέβητα, ὃς αὐτῇ πάντα ἐπέφλεξεν, ἡ δευτέρα σύστασις εἰς θαυμαστήν τινα ἐλήλυθε κάλλους περιουσίαν, ὥσπερ τοῦ Ποσειδῶνος ἐξεπιτηδὲς τῇ τριαίνῃ κινήσαντος αὐτήν, ἵν' ἴδοι καλλίονα ἢ πρότερον· οἷόν τι καὶ περὶ Θετταλίαν λέγεται φιλανθρωπεύσασθαι, τὰ ἀμφοτέρα ποιήσας τὰ Τεμπῶν ἕνεκα τοῦ Πηνειοῦ. καὶ γάρτοι πρότερον μὲν οὐδ' εἰς ὀπτασίαν ὑποβολῆς ἐλθεῖν ἦν, ἀλλ' ἐδόκει παράδειγμα κάλλους ἡ πόλις εἶναι· νυνὶ δ' ἐξελέγχθημεν ἄρα οὐκ ὀρθῶς δοξάζοντες. τότε μὲν γὰρ τὰς ἄλλας πόλεις, νυνὶ δ' αὐτὴ σχεδὸν, ὡς εἰπεῖν, ἑαυτὴν νενίκηκε· καί μοι δοκεῖ πρεσβύμοιον τῇ [4]μητροπόλει παθεῖν. μνησθήσομαι δ' εἰκόνος [5]οὐ μυθώδους, ἀλλ' ἀναγκαίας πιστεῦσαι. ἐκείνη [6]τε γὰρ ἐμπρησθεῖσα ὑπὸ τῶν Περσῶν, καὶ πᾶλαι πρόπον ἀφανισθεῖσα, ἐπέδωκεν ἀπαλλαχθὲν· τῇ τε πόλει κέρδος τὸ σύμπαν, ὑπὸ τοιαύτης χειρὸς ἐγείρεσθαι πάντη σεμνοτέρα καὶ ὑψηλοτέρα καὶ περιφανεστέρα (καλῶμεν δὲ ἀσφάλειαν) καλῶν [7]ὄντων ἁπάντων τῶν ὁρωμένων τύπων κόσμων, ἕτερον [8]μεῖζον προσείληφεν. οἰκισταὶ γὰρ αὐτῆς οἱ πάσας τὰς πόλεις [9]ὑφ' ἑαυτοὺς ἔχοντες, οὓς οὔτε φιλανθρωπίᾳ, οὔτε ἔργων ἀποδείξεσιν οὐδεὶς πω νενίκηκεν· ὥσπερ οἶμαι καὶ μόνων ἦν κρεῖττόν τι τῆς τότε Σμύρνης 478

nec ad cladem perculsus est, nec meliorem quaesivit vel expectavit consolationem ea, quam Reges opere simul ac verbo praestiterunt. Quocirca luctus illi tempus quidam dies festus est factus. Quae autem deinde contigerunt, ea nos quidem ex auditu cognovimus; tu vero cum videris, etiam aliis ipse narraveris. Nam quae de conditore narratur fabula, ab ea non longe videtur Urbs recessisse. Nosti enim poetas dicere, Pelopem dissectum membratim, & in olla coctum, denuo compositum fuisse: cumque deesset humerus, eburneum pro antiquo accepisse; quod quidem Cereris fuerit opus. Non aliter post ollam eam, quae Urbem totam adussit, secunda constructione in mirabilem quandam formae praestantiam evasit, quasi de industria Neptunus eam tridente concussisset, ut solito pulcriorem videret: quale quid in Thessalia quoque humaniter egisse dicitur, facto propter Tempe Peneo flumini hiatu. Ac primum quidem excellentiorem urbem ne animo quidem complecti poteramus, cum ista pulcritudinis exemplum videretur; nunc autem male opinati fuisse deprehendimur. Tunc etenim urbes alias, nunc ipsa propemodum seipsam vicit; ac simile quiddam, atque metropolis est passa: adhibebo autem similitudinem non fabulosam, sed creditu necessariam. Ut enim illa, postquam est a Persa combusta & omnino destructa, crevit undique: ita & huic urbi casus lucro fuit, cum tali manu augustior undique & excelsior atque munitior (absit verbis invidia) extruatur, & ad ea, quae extant, ornamenta cuncta pulcerrima aliud insuper majus acceperit. Ejus enim conditores ii sunt, qui omnes sub se urbes habent, & quos nec humanitate nec rerum gestarum magnitudine quisquam adhuc superavit; quique soli, credo, poterant aliquid priore Smyrna melius ex-

1 Bar. 7. ὀψηθέντα. 2 Illud τοῦ non agnoscit Bar. 7. 3 Καὶ τῇ Bar. 7. 4 Athenae. *Cant.* 5 Sic Bar. 7. In coeteris deest. 6 Non agnoscit Bar. 7. 7 Bar. 7. δὲ ὄντων. 8 Bar. 7. μείζω. 9 Bar. 7. ὑφ' ἑαυτούς.

cogitare.

ἐξευρεῖν. τοιαύτη τις ἡμῖν ἡ τύχης ἡ περὶ τὴν πόλιν γέγονε παλινῳδία. καὶ δὴ τῇ τε Ἰωνίᾳ καλῶς ὁ στέφανος σέσωται, ἥτε Ἀσία τὸ πρόσχημα κεκόμισται. παράδειγμα δὲ τῶν ἀνελπίστων τὰ τῆς πόλεως γέγονε πράγματα, ὡς ὅτ' ἐξ ὑγιῶν θέσιν οὐδὲν ἀπώμοτον, ὅτε λυθείσης τῆς νεὼς, ἀνέλπιστον τὸ μὴ ὂν κρεῖττόν τι συμβήσεσθαι. Μέλητα δὲ κοσμεῖν ἑτέροις ταινιῶν παρίημι· καίτοι μέγιστός γε αὐτὸς [1] ἑαυτῷ κόσμος ὀφθῆν ὁρώμενος, ᾧ γε καὶ θέρος καὶ χειμῶνι τὸν αὐτὸν ἔχει λόγον· καὶ ὅτε ἐξ ὄμβρων ποτὲ ὕβρισεν, ὅτε αὐχμοῖς εἶξεν· ἀλλ' ὥσπερ ἄλλό τι τῶν ἀκινήτων, ἓν μὲν ὀχῆμα καὶ μίαν δὲ χρόαν τὸν αἰεὶ σώζει χρόνον. καὶ μὴν οὐδὲ πλάνης γε ὁ Μέλης, οὐδ' οἷος ἀποφοιτᾶν· ἀλλ' ἔοικεν ἐρασθῆναί τινι τῆς πόλεως, καὶ τολμῶντι [2] μακροτέραν ἀπογίνεσθαι, ἄτε, οἶμαι, ἀσθενὲς μὲν αὐτῆς τὸ ἔρωτα, ἄσθενὲς δὲ τὸν φυλακὴν ἔχων. ὥστε αὐτόθεν ὁρμηθεὶς, αὖθις καὶ παύεται, πράττειν κωλύων τινὶ τῆς πόλεως ἑαυτόν. Ζωὴ μὲν οὖν, ὥσπερ οἱ νυμφόληπτοι, δυνάμει τινὶ τῶν νυμφῶν αὐτῶν ἔοικε πεφοιτηκέναι τὸν Μέλητα, καὶ ὅτου πεφθέγκται. ἔοικε δὲ ἴσως καὶ τοῖς παισὶν ὥσπερ ἄλλην τινὰ μοῖραν τοῦ λόγου σωθῆναι. πιθείη δ' ἄν τις καὶ τοῦτ' ἀγαθὸν σύμβολον, σέ τε ἡμῖν ὀπὶ τὰς πόλεις ἥκειν, καὶ τὴν περίοδον ὅτι συμβαίνειν. ὥστε [3] σε τὴν πατρῴαν ἀρχὴν ἀκριβῶς ἀνανεώσασθαι, ταῖς [4] περὶ τὴν Σμύρναν διατριβαῖς. τῆς γὰρ πόλεως ὁ καιρὸς πολύς· νικᾷ δὲ τὰ τῆς ἀγαθῆς τύχης πανταχῆ.

ΙΕΡΩΝ ΛΟΓΟΣ ΠΡΩΤΟΣ.

Somnia menſium duorum, & ulceris curationem complectitur.

ΔΟΚΩ μοι κατὰ τὸν Ἑλένην τὸν Ὁμήρου τὸν λόγον ποιήσεσθαι. καὶ γὰρ ἐκείνη πάντας μὲν οὐκ ἂν φησὶν εἰπεῖν, [5] Ὅσσοι Ὀδυσσῆος παλαίφατοι εἰσὶν ἄεθλοι. πρῶτον

cogitare. Atque haec nobis ejus fortunae, quae Urbi contigit, eſt palinodia. Quin & Ioniae probe ſua eſt corona ſervata, & Aſia decus recuperavit ſuum. Rerum autem inſperatarum Urbs exemplum praebuit; ſic ut jam nec qui vento feruntur ſecundo, quicquam non futurum jurent, nec fracta nave melius quicquam deſperent evenire poſſe. Ac Meletem aliis nunc celebrandum relinquo, quanquam ipſe ſe celebrat maxime; cum & aeſtate & hyeme aeque afficiatur, nec vel imbribus unquam violentus ſit, vel ſiccitati cedat; verum quaſi aliud aliquid immobile, eundem ſemper habitum & colorem ſervet. Quid quod nec vagus eſt Meles, nec fugitivus; ſed quaſi civitatem amet, ita non audet ab ea longius diſcedere, quaſi perpetuum ipſius & amorem ſervet & cuſtodiam, itaque ibidem, unde naſcitur, deſinat, ſecundum quandam oppidi partem extenſus. Haec equidem inſtar lymphatorum videor quodam Nympharum afflatu Meleti accinuiſſe, cum id non propoſuiſſem facere. Oportebat autem pueris quoque velut aliquam declamationis partem reſervari. Sed & hoc pro bono eſt omine habendum, cum tu urbes perluſtras: eaque contigit converſio, qua tu Smyrnae commorando, paternum exacte renovares imperium. Nam urbi magna eſt occaſio: ſemper autem bona vincat fortuna.

SACRORUM SERMONUM I.

VIDEOR equidem mihi ſecundum Homericam Helenam verba facturus eſſe. Nam & illa ſe omnia quidem dicturam negat — *quotquot erant duri certamina Ulyſſis*; unum

1 Bar. 7. αὐτῷ. 2 Bar. 7. μακρότερον. 3 Σε illud non agnoſcit Bar. 7. 4 Bar. 7. περὶ. 5 Odyſſ. δ'.

δέ τινα αὐτῷ μίαν ἀπολαβοῦσα οἶμαι, διηγεῖται τοῖς τ Τηλέμαχον καὶ Μενέλαον· κἀγὼ 480
πάντα μὲ ὐκ ἂν εἴποιμι τὰ τοῦ σωτῆρος ἀγωνίσματα, ὅσων ἀπέλαυσα εἰς τήνδε τ ἡμέραν.
καὶ ὐκ ἐνταῦθα τὸ τοῦ Ομήρου προσθήσω, [1] Οὐδ' εἰ μοι δέκα μὲ γλῶσσαι, δέκα δὲ στόματ' εἶεν·
μικρὸν γὰ τοῦτό γε. Ἀλλ' ὑδ' ἂν εἰ πᾶσαν ὑπερβαλοίμην τ ἐν ἀνθρώποις δύναμίν τε καὶ φω-
νὴν καὶ γνώμην, ὐκ ἄν ποτε ὑδ' ἐγγὺς αὐτῶν ἀφικοίμην. Ἀλλὰ καὶ ὅσοι πώποτε τ φίλων ἐδέη-
θησ ἢ προὔτρεψαν εἰπεῖν καὶ συγγράψαι περὶ αὐτῶν, ὑδενὶ πώποτε ἐπείσθην, φεύγων τὸ ἀδύ-
νατον. ἐδόκει γάρ μοι πρὸς πλήσιον εἶ), ὥσπερ ἂν εἰ ἅμα παντὸς τοῦ πελάγους ὕφαλος διεξελ-
θών, εἶτ' ἀναλογιζόμην διδόναι λόγον, πόσοις ποσὶ τοῖς πᾶσι ῥοθίοις ἐνέτυχον, καὶ ποίας τινὸς τ
θαλάττης πρὸς ἕκαστον αὐτῶν ἐπειρώμην, καὶ τί τὸ σῶζον ἦν. ἐκάστη γὰ τ ἡμετέρων ἡμερῶν, ὡσαύ-
τως δὲ καὶ νυκτῶν, ἔχοι συγγραφήν, εἴτις παρὼν, ἢ τὰ συμπίπτοντα ἀπογράφειν ἐβούλετο, ἢ
τ τοῦ θεοῦ προνοίαν διηγεῖσθαι, ὧν τὰ μὲν ὐκ τοῦ φαύλου πρὸν, τὰ δὲ τῇ πομπῇ τ ἐνυπνίων 481
ἐπεδείκνυτο, ὅσα γε δὴ καὶ [2] ὕπνον λαχεῖν ἐξὸν· ἀσύμφορον δ' ἦν, ὑπὸ τ πρὸ τοῦ σῶμα τει-
χυμιῶν. ταῦτ' οὖν ἐνθυμούμενος, ἐγνώκειν πρέπειν ὡς ἀληθῶς ὥσπερ ἰατρῷ τῷ θεῷ σιγῇ
ποιεῖν ὅπ βούλε). νῦν δὲ ὡς ἔοικε τοῦτ' ἤκειν δηλῶσαι προὸς ὑμᾶς βούλομαι. λογιοῦμαι δὲ
ἕκαστα προὸς ἡμέραν. ἦν μὲν γὰ Ποσειδεῶν μήν, ἵστε οἷον χειμῶνος· ἔκαμνε δὲ ὁ στόμαχος
ταῖς νύξὶ, καὶ ἀγρυπνίαν ἦγ ὑπερφυεῖς, ὥστε οὐδὲ τὰ βραχύταλα πέπτειν ἦν. αἰτία δ' ὐχ
ἥκιστα ἡ συνέχεια τ χειμώνων, ἣν οὐδὲ κέρδος ὑδεὶς ἐνέγκοι ἐλέγετο. ἐπεὶ καὶ ὁ ἱδρὼς
ἔσπ πάντα τοῦτον τ χρόνον, πλὴν ὅσα λουομένῳ. δωδεκάτῃ δὲ τοῦ μηνὸς, ἀλυσίαν προσάπτει
ὁ θεὸς, καὶ τῇ ὑστεραίᾳ τὸ αὐτὸ τοῦτο, καὶ τῇ μεθ' ἐκείνην. ταύτας τρεῖς ἡμέρας ἐξῆς παντελῶς
ἀνιδρωτὶ νύκτα καὶ ἡμέραν, ὥστε μηδὲ χλανίσκιον δεῆσαι μεταλαβεῖν, καὶ ὅπως προσθεν ἐμαυ-

autem quiddam, ut arbitror, excipiens, Telemacho narrat, & Menelao: nec ego omnem possim Servatoris explicare operam, quam ad hunc usque diem nobis praestitit. Nec ego heic Homericum illud adjiciam, *Non mihi si linguaeque decem sint, ora decemque*: parvum enim hoc. Quinimo nec si omnem humanam facultatem, eloquentiam, & prudentiam superarem, vel propius ad illa possem accedere. Sed nec amicis, quotquot me unquam ad dicendum de his vel scribendum aliquid hortati sunt, obtemperavi, quod putarem id a me fieri omnino non posse. Etenim simile hoc mihi videbatur, ac si, postquam sub mari toto transiissem, rationes deinde cogerer referre, quot ubique fluctibus occurrissem, & quale in singulis mare essem expertus, ac quis mihi salutis fuisset causa. Nam singulae dies nostrae, similiter & noctes, historiam continent, si quis praesens vel eventus rerum vellet describere, vel Dei providentiam explicare, qua partim praesens aperte, partim somniis missis, cum quidem res in somnia cadere poterat (nam id propter corporis infirmitates raro contingebat) erga nos utebatur. Quae cum mecum cogitarem, statui me Deo tanquam medico re vera praebere, ut silentio voluntati ejus obtemperarem. Atque nunc quidem ventriculi affectionem vobis declarare volo, per dies singula computando. Mensis December erat, hyeme, qualem nostis: cum stomachus per noctes singulas laborabat, me supra modum vigilante, adeo ut nec minimum quiddam possem concoquere: cujus quidem rei non erat minima causa frigus continuum, quod ne later quidem ullus tulisse dicebatur. Nam & sudor hoc toto tempore consistebat, nisi cum lavarem. Duodecimo mensis die illuviem imperat Deus, & idem altero die, atque etiam sequenti. Per hos tres dies continuos sine sudore fui, sic ut ne subuculam quidem sumerem, nec melius ha-

1 Iliad. β'. *Cant.* 2 Lege ὕπνῳ. *Cant.*

buissem

τῦ ῥᾴονος ἡδόμην. δίηγον δὲ τοῖς πάτῳ χρώμενος κατ' οἰκίαν· καὶ ἅμα παιδιᾷ,
482 οἷα ἑορτῶν ὑσῶν. καὶ γὰρ ἡ τοῦ θεοῦ πανυχὶς ἐκατειλήφει τὴν τρίτην ἑορτήν, τὴν τοῦ Ποσειδῶνος. μετὰ δὲ τοῦτο, ὅναρ γίνεται, ἔχον μέν τινα ἔννοιαν λουτροῦ, ἀλλ' οὐ τοι χωρὶς γε ὑποψίας. ἀλλ' ἐδόκουν τι καὶ μολυνθῆναι· ὅμως δὲ ἔδοξε λόσασθαι πάντως δ' εἰ καὶ τῷ ὄντι τοῦτ' ἐπεπόνθειν, ὕδατος δεῖν. εὐθύς τε οὖν ὑγιὲς οὐδὲν ἔχον ἐν τῷ βαλανείῳ, καὶ ἐπειδὴ ἐπανῆλθον, ἐδόκει πάντα πλήρη εἶναι, καὶ τὸ πνεῦμα οἷον ἀσθμαίνοντος ἦν. ὥστε ἐπ' ἀρχῇ τῆς τροφῆς εὐθὺς ἐπαυσάμην. διαφορᾷ μέν τοῦτο οὐκ νυκτὸς, καὶ προῆλθεν εἰς τοῦτο, ὥστε μόλις καλέσαι πρὸς μεσημβρίας μικρόν. ὄψις δὲ ὀνείρατος ὑπωσιοῦν εἶχεν, ὡς ἄρα εἴην ἐν ὕδασι θερμοῖς, προκεκυφὼς δὲ εἰς ὃ πρόσθεν, ὁρῶμι τὰ κάτω τῆς κοιλίας, ἀτοπώτερον διακείμενα. ἐβουλευσάμην δὴ μεῖναι ἐπ' ἀλυσίας. ἔφη δέπις, ὡς οὐκ ἀπ' αὐτοῦ γε τοῦ λουτροῦ ὃ δυσχερὲς ἦν ὃ φαινόμενον, ἀλλ' εἰκὸς ὡς αἴτιον φυλάξασθαι. ἐλουσάμην τε εἰς ἑσπέραν, καὶ ἅμα τῷ ὄρθρῳ, ὃ ἦτρον ἤλγει, καὶ ἐπεχώρει ὃ ἄλγημα, ὅτι δεξιᾷ, καὶ μέχρι βουβῶνος κάτω. ἐδόμην δ' ὅτι δέκα, ἀλυσία ἐξ ὀνείρατος· ὠδόμην δ' ὅτι δέκα ἀλυσία. ἐννάτην ὅτι
483 δέκα ἔδοξά τινας τῶν βαρβάρων ἐγκρατεῖς γεγενῆσθαί μου· καὶ τινα αὐτῶν ὑπέναι μοι, καὶ δόξαν προσάγειν, ὡς πίονται· ἔπειτα καθεῖναι τὸν δάκτυλον ὑπωσὶ μέχρι τοῦ λαιμοῦ, καί τι ἐγχέαι, κἄτ' οὖν τινα ὑπιχώριον νόμον, ὀνομάσαι δὲ αὐτὸ, ὀξυσιτίαν. ζωῦτα δὲ ὕστερον ὡς ὄναρ διηγεῖσθαι καὶ τοὺς ἀκούοντας θαυμάζειν καὶ λέγειν, ὡς ἄρα τοῦτο αἴτιον εἴη οὗ δι᾽ ἣν μὴ, μὴ δύνασθαι δὲ πιεῖν, ὃ προπέπεσθαι εἰς ὄξος τὰ σιτία. ἐκ δὴ τούτου, ἔμετός τε ἐδείκνυτο, καὶ προσέταξεν ὁ βάρβαρος λουτροῦ τε ἀπέχεσθαι, καὶ διάκονον ἕνα προσῆσθαι. ὃ τήμερον εἶναι, ἀλυσία καὶ ἔμετος μὴ ῥαστώνης, ὡς εἰκάσαι ἐδόκουν ἐν προπυλαίοις εἶναι οὗ Ἀσκληπιοῦ, καί τινα τῶν ὑπηρετῶν ἐντυχόντα μοι, προβάλλειν καὶ φιλοφρονεῖσθαι, οἷα δὴ διὰ χρόνου ἑωρακότα· εἰπεῖν δὴ πρὸς αὐτὸν, ὡς ἐν ἀηδίᾳ τε εἴην γεγονὼς, καὶ προϊόντος τοῦ λόγου

buiſſem prius. Ambulabam autem domi, & ludebam ſimul, ut in die feſto. Dei namque pervigilia in priorem diem feſtum Neptuni inciderant. Deinde ſomnium ſomniavi, quod lavacrum quidem innueret, non tamen ſine ſuſpicione: videbar enim in ſomniis etiam inquinatus eſſe; putavi tamen laudandum eſſe, &, ut hoc re vera mihi accidiſſet, aqua omnino opus eſſe. Itaque nec in balneo mox jucunde habui, & ut redii, omnia videbantur eſſe plena, & ſpiritus erat inſtar anhelantis. Itaque poſtquam cibum coepi ſumere, mox deſii. Nocte autem facta eſt mutatio, donec paulo ante meridiem vix conſtitit. In ſomnis vero viſus eram in thermis eſſe, & cum anterius proſpicerem, inferiorem ventrem male affectum videre. Quocirca ſtatueram illuviem perſequi. Tum quidam non a lavacro dixit ortam eſſe ſomnii moleſtiam, nec illud, tanquam hujus rei cauſam, cavendum eſſe. Lavi porro veſperi, ac diluculo mox doluit ventriculus, procedente ad dexteram dolore & uſque ad inguen. Decimo & ſeptimo die illuviem ſomnium praecipit. Decimo & octavo rurſus illuvies. Poſtridie viſus ſum a barbaris quibuſdam comprehendi: & eorum quidam ad me accedere, quaſi vellet pungere: tum digitum in guttur immittere, ac gentili quodam more quiddam infundere, idque appellare oxyſitiam: ea ego deinde tanquam ſomnium narrare, mirantibus iis, qui audirent, ac eam dicentibus eſſe cauſam, cur, cum ſitirem, bibere non poſſem: quod omnes cibi aceſcerent. Tum vomitus oſtendebatur, & jubebat Barbarus abſtinere balneo, & miniſtrum unum adhibere. Poſt illuvies, & vomitus facilis ſecutus eſt: &, quantum conjicio, in Aeſculapii porticu videbar eſſe, ac familiarium quidam occurrens me amplexari, ut quem longo tempore non vidiſſet: huic ego dicere, quam moleſte mihi fuiſſet, & in progreſſu ſermonis

μνησθῆναι, ὅσα δὴ ϗ περὶ τὸ ἱερὸν τυγχάνοι κεκινημένα. καὶ ἅμα ταῦτα λέγοντες, εἰσίεμεν εἴσω. ὡς δὲ ἐγενόμεθα ἔνδον ἡ ἀγαθὴ τύχη ϗ ἀγαθὸς δαίμων, ἀποσάντες, ἔπι διελεγόμεθα. καί τινα τῶν ὑπηρετῶν ἰδὼν τὸν περὶ τὸ ἱερὸν, ἠρόμην, ὅπου ὁ ἱερεὺς εἴη; ὅδ' ἔφη, ἐξόπισθε γε νεώ. καὶ γὰρ εἰ περὶ λύχνους ἤδη τοὺς ἱεροὺς, τάς τε δὴ [1] κλεῖς ἀναχομίζειν τῷ νεοκόρῳ. καὶ τυχεῖν οὖ τοῦτο κλειοθὲν τὸ ἱερὸν, ὕτω μέντοι, ὥστε ϗ συγκεκλεισμένον, εἴσοδόν τε τινὰ λείπεσθαι, ϗ τὰ ἔνδον ὁρᾶσθαι. προσῆλθον τε δὴ τῇς θύραις, ϗ ὁρῶ ἄγαλμα ἕτερον ἀντὶ τοῦ παλαιοῦ, καλλιφές. θαυμάζοντι δέ μοι ϗ ζητοῦντι τὸ ἀρχαῖον τοῦ εἴη, προσφέρει τις, καὶ ὑπ' αὐτὸ πάνυ ἔδοξα γνωρίσαι· προσεκύνησα δ' οὖν ποθῶν. μετὰ δὲ ταῦτα προελθόντες, ἐντυγχάνομεν τῷ ἱερῷ, ϗ ἠρχόμην ἐγὼ πρὸς αὐτὸν λόγου τοιοῦδε· ἐμοὶ καὶ ἐν Σμύρνῃ ὀνείρατα ἐγίνετο ἀφαιρεθῆναί σοι περὶ τοῦ ἱεροῦ, καὶ νομίσας πρᾶγμα μεῖζον εἶ) ἢ κατ' ἐμὲ, ἐσιώπησα· καὶ νῦν ἔναγχός μοι περὶ αὐτῶν τούτων γεγένηϑ. ϗ ἅμα ἐν νῷ εἶχον λέγειν περὶ τοῦ τὸ ἔδος εἰς τὴν ἀρχαίαν χώραν καθαγῆσαι. περιπατοῦντος δέ μου, ἀποπίπτει τὸ ἀφάϑαρτον τοῦ ἑτέρου ποδός· ϗ ὁ ἱερεὺς ἀνελόμενος προσφέρει. κἀγὼ τὸ μὲ τιμῆς εἵνεκα ἤθελον, βυλόμενος δὲ αὐτὸν οἷ ἀμείβεσθαι ϗ δεξιοῦσθαι, κύφας λαμβάνω. κἀν τούτῳ, ταῦρος 485
τις ἐπῆλε μοι κατ' αὐτὰς τὰς ἀκοὰς τοῦ ἱεροῦ. κἀγὼ ἐδεδοίκειν τε, καὶ πῶς ἐπειρώμην φυλάττεσθαι. ὅδ' ἄλλο μὲ ὀδὲν ἔδρασεν, ἀπὸ δὲ τοῦ γόνυ τοῦ δεξιὸν ἐνέθλασεν. ὁ δὲ Θεόδοτος σμίλην τινὰ λαβὼν, ἀνεκάθαρεν· ὥστε ἔμελλον πρὸς αὐτὸν ἐρεῖν, ὅτι σὺ αὐτὸ ἐποίησας ἕλκος. ἦν τὰ φθονηθέντα. ϗ ἐνταῦθα ἔληξεν ὁ φόβος, ϗ ἐγένετο ὑπὸ τὸ γόνυ τὸ δεξιὸν, ἑλκύδριον, ἄνθρακι ἐοικός· ϗ ἐδόκει ἀγαθὸν εἶ) πρὸς τὰ ἄνω. δεκάτῃ ὑστέρᾳ, ἐδόκουν ἐσθῆτα ἔχειν ἱερέως, ϗ αὐτὸν πρόσθεν ὁρᾶν τὸν ἱερέα· ἐδόκουν δὲ ϗ τῶν ὀπτικείων τινὰ ὑποχωλεύοντα

meminiſſe quantus in templo accidiſſet motus. Tum ſtatim ingreſſi ſumus. Ut autem ad Bonae Fortunae & Boni Genii ſedem venimus, ſubſiſtentes etiam colloquebamur. Heic ego quendam ex miniſtris templi conſpicatus, quaerebam ex eo ubi ſacerdos eſſet. Reſpondet ille, poſt templum eſſe: quandoquidem jam circa ſacros lychnos erat, & claves aedituo referre: atque interea claudi templum, ita tamen, ut etiam introitus quidem relinqueretur, & quae in eo eſſet, viſui paterent. Itaque ad fores accedens, aliud ſignum loco antiqui poſitum conſpicio. Id cum mirarer, & antiquum quaererem, profert id quidam, quod tamen parum videbar agnoſcere; adoravi tamen ſtudioſe. Poſtea circumambulantes, in ſacerdotem incidimus, ad quem ego ſic exorſus ſum: Smyrnae quoque mihi ſecundum quietem imperatum eſt, ut tecum de templo colloquerer; cum autem majus hoc viribus meis negocium putarem, tacui: jam vero de eodem nuper iterum mihi ſomniare contigit. Simul autem de ſigno in antiquum locum reponendo, volebam eum admonere. Dum autem ambularem, decidit alterius pedis calceus: eum ſacerdos tollens, mihi porrigit. Ego vero honore laetatus, ac volens ei quaſi gratiam referre, procumbens eum accipio. Interea taurus quidam ad ipſas Dei aures me invadit. Hunc ego metuens, aliquo pacto conabar evadere. At ille nihil aliud, niſi ſub dextrum genu impegit. Theodotus vero ſumto ſcalpello, id repurgavit: quamobrem dicebam ad eum, ipſum eſſe ulceris autorem. Atque haec quidem ſecundum quietem apparuerunt. Tum vero ceſſavit metus, extititque ſub genu dextro ulcus puſillum, prunae ſimile: idque ſuperioribus corporis partibus conducere videbatur. Decimo Calendas videbar ſacerdotis veſtem indutus eſſe, atque ipſum ſacerdotem aſpicere praeſentem: &, cum familiarium quendam ex ſedis

1 Vide Spanh. in Callimachum, pag. 51.

par-

ἰδὼν ἐκ τῶν περὶ τ ἔλφαν, φάναι πρὸς αὐτὸν, ὅτι ταῦτα ἡσυχία θεραπεύοι. ἐπετάχθη καὶ ἔμετος ἀφ᾽ πολλῶν· καὶ ἦν αὕτη πέμπτη ἀλύσεων ἐξῆς. ἄξιον δὲ καὶ ὃ πάρεργον ὃ ὀνειρώτων εἰπεῖν. ἐδόκουν γὰρ ὡς ὑπὲ τῇ εἰωθυίᾳ μελέτῃ τ λόγων, Δημοσθένη τινὰ μελαχειρίζεσθαι, καὶ λέγειν δὴ πρὸς τοὺς Ἀθηναίους ὡς ἐκεῖνος ὤν· ὑμεῖς μὲ ἂν ἀφ᾽ ὅ κήρυκος
486 ἐρωτᾶτε, τὶς ἀγορεύειν βούλεται· ἐγὼ δὲ ὑμᾶς ἡδέως ἂν ἐροίμην, τὶς ὑμῶν βούλεται πρᾶττειν. ἡ κωμῳδία γε τὸ λοιπόν ἐστιν, ἔλεγον δὲ ἀναφέρων εἰς τοὺς Τελμισσέας ὅ Ἀριστοφάνης ὡς ἐκ λόγῳ τὶς ἠγωνίζετο, ἔργῳ δὲ ὅ. ἐννάτῃ δὲ ἐδόκουν ὡς ἐν Σμύρνῃ πρὸς ἑαυτὸν πρωϊέναι τῷ ἱερῷ ὅ Ἀσκληπιῷ τῷ ἐν τῷ γυμνασίῳ, πρωϊέναι δὲ μετὰ Ζήνωνος· καὶ εἰ τ νεὼν μείζω τε καὶ ἐπιληφότα τ τοᾶς, ὅσον ἐστὶ ὃ ἐστρωμμένον. ἅμα δὲ ᾐ ὡς περὶ πρωΐαν τοῦτο διενοούμην. προσευχομένῳ δέ μοι καὶ ἀναβλέποντος τ θεὸν, ὁ Ζήνων ἐνθὲν ἔφη προσπορεύεσθαι, λέγων δὴ καὶ αὐτὸς τὸν θεὸν, καλαφυγὼ τε καὶ τοιαῦτα ὠνόμαζε. περιεσκόπουν δὲ, ὡς ἐν τῷ πρωΐῳ δὴ τούτῳ, ἀνδριάντα ἐμαυτῷ· καὶ τότε μέν γε ὡς ἐμαυτῷ ὄντα, ἐώρων· πάλιν δὲ ἐδόκει μοι εἶναι ὠῷ ὅ Ἀσκληπιῷ μέγας τὶς καὶ καλός. ταῦτα ᾐ ὡς ὄναρ μοι φθεγγόμενα, αὖθις διηγεῖσθαι πρὸς αὐτὸν τ Ζήνωνα· καὶ ἐδόκει σφόδρα ἔντιμον ὃ τῷ ἀνδριάντος εἶναι. αὖθις δὲ αὖ τὸν ἀνδριάντα ἑώρων, ὡς ἐν τῇ στοᾷ τῇ προσκείμενῃ τῷ γυμνα-
487 σίῳ. περὶ δὲ βαλανείου, τοιαῦτα ἔδοξα. πρῶτον μὲ ὡς μελαξὺ ἀναπεπλόμενος, εἰσελθεῖν εἰς τὸ βαλανεῖον τῶν ἰδιωτικῶν· ἔπειτα φάναι, ὡς ἔλαθον ἐμαυτὸν εἰσελθὼν, ἀλύτων ἡμερῶν ἤδη. ἔπειτα ἐδόκει μοι παῤῥησιάζεσθαι Φοῖβος πρὸς, ὥστε καὶ εἰς ὃ ὕδωρ εἰσέβαινον ἀνυπόπτως ἤδη. αὖθις δὲ ἐδόκουν πρὸς αὐτῷ τῷ Ἀσκληπιῷ νεανίσκον τινὰ τῶν γυμναστικῶν ἐπ᾽ ἀγείνειον, περὶ βαλανείων διαλέγεσθαι, τὰ μεγάλα δὴ ἐπαινοῦντα, καὶ τοιαύτας τινὰς τὰς ἀπολαύσεις ὃ βίος παρέμνον. δείξαι οὖν αὐτῷ τὴν θάλατταν, ἠρώ-

partibus nonnihil claudicantem viderem, ad eum dicere, forte ut quies ei rei remedium adferret. Vomitus quoque frequens imperatus est: atque hic quintus erat illuviei dies. Sed & reliquum somnium vobis narrandum est. Videbar enim tanquam de more meo declamandi, Demosthenem quendam referre, & ad Athenienses, quasi ille essem, sic dicere: Vos quidem interrogatis per praeconem, si quis concionari velit: ego vero libenter ex vobis quaesiverim, si quis vestrum aliquid agere velit. Reliqua autem erant comica, referebanturque ad Telmissenses Aristophanis, ubi verbis quidam, non factis, certaret. Nono Calendas videbar secundum quietem, quasi Smyrnae essem, ad Aesculapii templum, quod est in gymnasio, sub vesperam accedere, idque cum Zenone: templum vero majus esse, atque de porticu, quantum erat constratum, assumsisse. Simul autem quasi hoc esset templi vestibulum, cogitabam. Cum autem orarem, & Deum invocarem, nihil Zeno blandius dixit, nisi quod & ipse Deum refugium suum, & similibus nominibus vocabat. Ut autem in hoc vestibulo stans, statuam meam circumspexi; ac tum quidem eam, tanquam meam, agnovi: rursum vero ipsius videbatur esse Aesculapii magna & pulcra. Haec ego deinde, quasi per somnium essent visa, Zenoni narrare; ac visa erat statua valde esse honorifica: rursum vero eam ut in longa gymnasii porticu conspicere videbar. Ceterum de balneo haec somniavi. Primum quidem dum confricarer, videbar in populare quoddam balneum ingredi; tum dicebam, imprudenter me ingressum esse, cum diebus his illuvies esset praescripta. Deinde videbatur me Phoebus praesens confirmare, ita ut sine omni metu aquam ingrederer. Tum videbar apud ipsum Aesculapium cum juvene quodam gymnastico, imberbi etiamnum, de balneis disputare, cum ille maxima quaeque laudaret, & in talibus vitae fructum poneret. Ostenso itaque mari, quaerebam,

μηι εἰ χ̀ ἐνταῦθα ἄμεινον λύεσθαι, ἢ σὺ μικρῷ; σὺ μικρῷ, ἔφη. μῶν δὲ τοῦτο, λίμνιον πικὰ ἔδειξα, χ̀ ἠρόμην εἰ χ̀ ἐν λίμνῃ τοσαύτῃ κρεῖττον, ἢ σὺ μικρῷ; συνεχώρει καὶ ταῦθα, ὅτι αἱρετώτερον ὃ ἐν μικρῷ. ὑκ ἄρα, ἔφην, παντα χοῦ τόγε μεῖζον αἱρετώτερον, ἀλλ' ἔστι τὶς χ̀ μικροῦ χάρις. χ̀ ἅμα ἐνενόησα τοῖς ἐμαυτὸν, ὡς χ̀ ὑπεδεικνυμένῳ πᾶσι καλὸν εἰπεῖν, ὅτι τῶν μὲν ἄλλων ἀνθρώποις αἱ ἡδοναὶ, κινδυνεύουσιν ὑῶν τισὶν εἶναι ἡδοναί· ἡ δὲ ἐμὴ, καθαρῶς ἄρα ἀνθρώπου εἴη, ὅστις σύνειμι χ̀ χαίρω λόγοις. ἐδόκει δ' ὧν ταῦτα λέγειν ὁ νεανίσκος, περὶ τοῦ 483
βαλανείου τοῦ πρὸς ταῖς πύλαις, ταῖς εἰς Ἔφεσον φερούσαις. καὶ τέλος, ἔδοξέ μοι χρῆναι ἀποπειραθῆναι, πότε χ̀ δεῖ χ̀ ἄλλοτε θαρσῆσαι, εἰ μὴ νῦν, ὅτε δὴ σωθέντι εἰς ὥραν ἔκτην ὡς τανικαῦτα ἀσφαλέστατον ὂν κινεῖσθαι. ἐπεὶ δὲ ἀφίκετο ἡ ὥρα, ἀπιέναι Βάσσον ὡς διατρίβοντα. ὁρᾷς, ἔφην, ὡς χ̀ δὴ παρέρχεται ἡ σκιά; δεικνὺς τὴν τῶν κιόνων. ἐπορθούμεθά τε καὶ ὡς ἠνύσαμεν, ὑπισχνούμενοι τῇ δεξαμενῇ θερμῷ ψυχρῷ, ἐπειρώμην θερμοῦ ὕδατος, καί μοι ἔδοξε πρὸς ἐλπίδας, ὡς μάλα ψυχρὸν εἶναι, κινδυνῶν δὲ χ̀ ἡδὺ ἰδεῖν. καὶγὼ, καλὸν, ἔφην, οἷα δὴ γωρεύζων ὅ θερμοῦ ὕδατος ἀγαθόν. ὡς δὲ προῆλθον εἴσω, πάλιν εὗρον ἕτερον ἐν θερμοτέρῳ οἴκῳ ἀνειμένον μᾶλλον. χ̀ ἅμα ἐγιγνόμην τε ἐν τῷ θερμῷ, χ̀ ἀπεδυόμην, χ̀ ἐλυσαίμην μάλα ἡδέως. ὀγδόῃ, ἔμετος εἰς ἑαυτέραν, χ̀ θος χ' ὅναρ. ἑβδόμῃ, ἐδόκουν ἐν ὕδασιν εἶναι πολλοῖς θερμοῖς, τυχεῖν δ' τινας πλησίον ἀνθρώπους ἐγχειρίδια ἐχοντας, χ̀ ἄλλως ὑκ ἀνυπόπτους. χ̀ δῆτα προσελθεῖν μοι τινὰς αὐτῶν, ὡς τινος προσασίας χρήζοντας, ἐγκαλεῖσθαι δὲ ὑπό τινων. ὡς δ' ἅπαξ προσ- 484
εχέθην, ἐν παντὶ εἶναι, ὅτε πιστεύων, ἐνδείξασθαί τι ὑκ ἐθελων ὅτι ἀπιστοίην. ἱέναι τε δή πια ὁδὸν, χ̀ ἐκδέχεσθαι ψαλίδα πάνυ μακρὰν, ἐν ᾗ καὶ σφόδρα δεῖσαι μὴ ὑπιθεῖνλό μοι. ὡς δὲ διεξελθεῖν ἀσμένως, φαίνεσθαί τε ἐν τῇ πόλει τῶν Σμυρναίων ἐν τῇ ἀγορᾷ, χ̀ σκοπεῖν ὅπως ὡς τάχιστα πολλοί τε ἀθροισθεῖεν, χ̀ ἐνδείξαίμην ὃ ὄν. καὶκ τούτου, αὐτός τε λαμπάδα λαμβάνω, χ̀

bam, num & heic praeſtaret lavare, an in parva aqua? in parva, reſpondit. Poſtea paludem quandam oſtendi, quaerens iterum, utrum & in tanta palude ſatius eſſet lavare, quam in parva? & hic parvam conceſſit eſſe praeferendam. Non igitur, inquiebam, maxima quaeque ubique ſunt optima, ſed etiam parvis ineſt ſua gratia. Simul autem mecum ipſe cogitabam, ut etiam de bono diſquirenti dicerem, aliorum quidem voluptates fere ſuum proprias eſſe: meam autem vere humanam, qui litteris ſtuderem & delectarer. Viſus autem haec erat juvenis ille de eo dicere balneo, quod eſt ad portas Epheſias. Denique tentandum ſtatui (quando enim potius, quam tunc, confiderem?) & ad horam ſextam conſtitui lavare, quaſi tunc motus foret tutiſſimus. Ut autem venit hora, ego Baſſum increpare, qui moras necteret. Videſne, inquiebam, umbram praeterire? oſtendens eam, quam jaciebant columnae. Poſtquam eo venimus, ego frigidae ſolio inſiſtens, aquam tentabam: eaque mihi praeter ſpem non admodum frigida, verum caerulea & ſuavis aſpectu videbatur. Et ego, recte, inquam, quaſi aquae bonitatem agnoſcerem. Ingreſſus autem, aliam rurſus inveni in domo calidiore, & remiſſiorem. Simul autem & caleſcebam & exuebar. Lavi denique jucundiſſime. Octavo Calendas vomitus ad veſperam accidit, idque per ſomnium. Septimo videbar alicubi in thermis eſſe, cum propinqui eſſent quidam cum ſicis, iique ſuſpecti. Horum deinde aliquot ad me accedere, quaſi patrocinio egerent, quoniam erant accuſati. Itaque circumventus, quo me verterem neſciebam, cum illis nec crederem, nec diffidere me vellem oſtendere. Tum ego viam quandam inſiſtere, & ad fornicem valde longam pervenire, ubi ne me invaderent, admodum metuere. Poſtquam hanc praeterii lubens, Smyrnae in foro conſtiti, & ut quamprimum populus convocaretur, & cauſam agerem, curabam. Tum ipſe lampadem ſumo, & una

omnes

πάντες ἐλαμπαδηφόρουν οἱ ἐν τῇ ἀγορᾷ, καὶ τὸ [1] Εὐριπίδειον τοῦτο ἔλεγον, ἥλιε δοαῖς ἵπποισιν, εἰλίσσων φλόγα· καὶ γὰρ ἅμα ἡλίῳ ἀνατολῇ ἐδόκουν εἰσελθεῖν. ταῦτα μὲν ὕστερον πρὸς Κοδράτον τὸν ἡγεμόνα ἐδόκουν ὡς ὄναρ διηγεῖσθαι, καὶ τὸν εἰπεῖν, ποίησον οὕτω· καὶ ἡ λαμπὰς ἤρθη. ἕκτῃ ἐδόκουν ἅμα Ἀλεξάνδρῳ τῷ διδασκάλῳ, προσιέναι τῷ αὐτοκράτορι, καθέζεσθαι δ' αὐτὸν ὅπου πυρὸς βήματος. προσεπόντος δὲ αὐτὸν τῷ Ἀλεξάνδρῳ πρότερον, καὶ προσρηθέντος ὑπ' αὐτοῦ τε καὶ τῶν περὶ αὐτὸν ἅτε καὶ ἐκ πολλῶν γνωρίμου καὶ συνήθους ὄντος, μὴ τοῦτο προσιέναι ἐγώ. προσεπόντος δὲ κἀμοῦ καὶ
490 ζαίντος, ἐθαύμασεν ὁ αὐτοκράτωρ, ὡς δὲ καὶ αὐτὸς προσελθὼν φιλήσαιμι. κἀγὼ εἶπον, ὅτι ὁ θεραπευτὴς εἴην ὁ τοῦ Ἀσκληπιοῦ· τοσοῦτον γάρ μοι ἤρκεσεν εἰπεῖν περὶ ἐμαυτοῦ. πρὸς οὖν τοῖς ἄλλοις ἔφην, καὶ τοῦτο ὁ θεός μοι παρήγγειλε μὴ φιλεῖν ὑπωσί· καὶ ὅς, ἀρκεῖ, ἔφη. κἀγὼ ἐσιώπησα. καὶ ὅς ἔφη, καὶ μὴν θεραπεύειν γε παντὸς κρείττων ὁ Ἀσκληπιός. πέμπτῃ, ἐφαίνετο μοι ὁ ἱερὸν τοῦ Ἀπόλλωνος τὸ ἐν τῷ ὄρει τῷ Μιλύᾳ· ἐδόκει δὲ οἰκήματα ἄττα προσγεγενῆσθαι, καὶ ὄνομα εἶναι τῷ χωρίῳ Ἐλεφαντίνην, ἀπὸ Ἐλεφαντίνης τῆς ἐν Αἰγύπτῳ· ἔχαιρον δὴ καὶ αὐτοῖς τοῖς οἰκήμασι, καὶ τῇ οἰκειότητι τοῦ τόπου, τῷ τόπῳ· καὶ δὴ καὶ ἱερέα εἶναι τοῦ θεοῦ τὸν τῆς Ἰσιδος τὸν ἐν τῇ Σμύρνῃ ἱερέα. πρὸς ὃν καὶ κατάγεσθαι καὶ ἐνθυμεῖσθαι πρὸς ἐμαυτόν, ὅτι πολλά μοι πρὸς αὐτὸν οἰκεῖα ὑπάρχοι ἐκ πολλοῦ· καί τι καὶ τυγχάνειν πρὸ αὐτοῦ προθύμως ἐωνημένος, ἔπειτα ὑπόλοιπόν τι ἔχων, ἐθέλειν ἀλλάξασθαι. κἀκ τούτου δὴ ἐδόκουν εἰπεῖν τινὰ [2] κοιφὶ μετ' οἴνου· λαβεῖν τε δὴ εὐθὺς αὐτὸ ὡς
491 ἅμα, καὶ σκοπεῖν εἴτε τῷ προσώπῳ δέοι προσθέσθαι, εἴτε καὶ τοῖς ἐντός· καί τινος εἰπόντος ὅτι ὀπίκαοι ὅπου ὀπιτεθείη, ἐνθυμηθῆναι ὡς ὀπιτηδείως παντὸς μᾶλλον ψύξεως εἶναι φάρμακον. καίπως ἐκ τούτων εἰπεῖν πρὸς τὸν ἱερέα, ὅτι δῆλον ἦν ἐξ ὧν ἀνεγίνωσκον ὅτι

omnes quotquot in foro erant, Euripideum illud clamantes, *O qui citatis, Sol, equis flammam rotas*: nam & orto Sole videbar simul ingressus esse. Haec postea quoque apud Quadratum Praetorem pro somnio videbar narrare, atque ille, ut ita facerem, jubere: itaque fax est elata. Sexto Calendas videbar cum Alexandro ludimagistro ad Imperatorem accedere, pro tribunali sedentem. Cum autem salutasset eum Alexander prior, & ab ipso cum suis, ut quibus jampridem familiaris erat, resalutatus esset, tum ego accessi. Postquam autem salutavi & constiti, miratus est Imperator, quod eum non item osculer. Ego vero dicebam, Aesculapii me cultorem esse: hoc enim mihi de meipso dicere sufficit. Tum praeter alia dixi hoc mihi quoque Deum praecepisse, ne quem sic osculer; Tum ille, sufficit, inquit: Atque ego tacui. Rursum ille, Quinimo optimus est Aesculapii cultus. Quinto Calendas apparuit mihi secundum quietem Apollinis templum, quod est in monte Milya: videbantur autem & aedes aliquot accessisse, locoque nomen esse Elephantine, ab illa Aegyptiaca: atque ego tum ob aedificia, tum ob loci commoditatem, loco delectari: sacerdos autem esse is, qui Smyrnae est Isidis sacerdos: apud quem etiam ego diversari, & mecum cogitare, quanta mihi jampridem cum eo familiaritas intercederet: atque adeo jam aliquid ab eo nuper emisse, &, cum reliquum quid esset, commutare velle. Deinde visus est mihi quidam dicere, coephi cum vino: atque id ego mox pro medicamento sumere, & utrum faciei, an etiam interioribus apponendum esset, considerare: & cum diceret quidam comburere id, ubicunque imponeretur, aptissimum hoc esse frigoris remedium existimare. Tum ad sacerdotem dixi, aperte me ex iis, quae legebam,

1 Init. Phoeniss. *Cant.* 2 Exoticum quoddam pharmacum, teste Athenaeo. *Cant.*

cognoscere,

ὐχὶ δεῖσθαι φαγεῖν· καὶ δῆτα εὐθὺς εἶχον ἐν νῷ, ὡς διατελέσων ἄσιτος τὴν ἡμέραν· ἠσίτησα δή. ἡ δὲ ὀπτῶσα, ἀλγεσίας πάλιν ἦν. τρίτῃ φθίνοντος, ἐδόκουν ἐφαρμόττειν μοι τῇ τροφῇ, συμβουλεύεσθαι περὶ λουτροῦ, Ζωσίμῳ τῷ τροφεῖ, καὶ ἐρωτᾶν εἰ δέοι πλείω λοῦσασθαι; τὸ δὲ, ὃ συμφῆσαι· μετὰ δὲ τοῦτο λελοῦσθαί γε, καὶ τῆς γαστρὸς φαύλως ἔχειν, καὶ φάναι πρὸς τὸν Ζώσιμον, ἔδει γὰρ ἠσιτηκέναι; καὶ τὸν εἰπεῖν, ἔδει· ἠσίτησα αὖθις. καὶ τὴν ὀπτῶσης, ἤμεσαν πάλιν εἰς ἑαυτέραν. ἦν δὲ ὄρθρος, ὡς ὅσον γε ἐγκειμῆσαι, καὶ δέον ἐκβαλεῖν, ἔννοιαν δὲ καὶ αἵματος ἀφαιρέσεως ἀπὸ τῶν σφυρῶν· καὶ ἐποίησα οὕτω, καὶ προῆλθον ὀλίγον πολύ. λιναγῶν γυμνασίᾳ, ἐδόκουν ἐν τῷ Ἀδριανείῳ κεχρίσθαι μέν, λελοῦσθαι δ' οὔ· ὡς δ' ἐπανελθεῖν φάναι πρός τινα τῶν φίλων, ὅτι οὐ λουσάμενον, ἀλλὰ χρισάμενον· τὸν δέ, καὶ γὰρ 492
ἐγὼ φάναι κέχρισμαι μόνον. δευτέρᾳ ἐδόκουν, ἐν τῷ ἱερῷ εἰ τοῦ Ἀσκληπιοῦ ὄρθριον εὐθὺς ἐξ οἴκου πόθεν ἥκων· καὶ χαίρειν ὡς ταχέως ἀνεφώνουν. ἐδόκουν δὲ καὶ τοὺς παῖδας ᾄδειν ὃ ἀρχαῖον ἆσμα, ὃ ἡ ἀρχὴ δίδωσι, Δία τὸν πάντων ὕπατον κλήζω· καὶ εἰ ἐν ἐκείνῳ τῷ μέρει τοῦ ἄσματος, Πολὺ γὰρ πολύ μοι ὅ μέσον βιότου μέλπειν τοὺς θεούς, ἔντ' εὐφροσύναις ἦτορ ἰαίνειν, τοιῷδ' ὑμνῳδοῖς παιδονόμῳ. ὥσ' ἐθαύμαζον ὡς αὐτόματον τὸ ἆσμα εἰς μέσον ἦκε. πάλιν δὲ ὡς γενεθλίων προσιόντων προπέμπειν εἰς τὸ ἱερὸν τοὺς οἰκέτας, ἀποκομίζοντάς τινα, καὶ ἅμα γεγράφειν ἐπ' αὐτῶν ὧν ἀπεκόμιζον· καὶ φιλοτεχνεῖν ὑπὲρ συμβόλου ἀγαθοῦ ὅπως [1] χωρήσειεν, ὅσων ἔδει τῷ λόγῳ. τρίτῃ λύχνων εἰσφορά τις ἐφαίνετο εἰς τὸ ἱερὸν ὑπὸ τοῦ θυρωροῦ κατ' εὐχὴν ὑπὲρ ἐμοῦ, καὶ ἐμεῖν ἔδει, ἤμεσα. πέμπτῃ, θεοῖς ἐδόκουν εὔχεσθαι, τὰ μὲν οἷς εἴωθα κοινῇ· πάλιν δὲ ἰδίᾳ Διΐ καὶ Ἄρει, καὶ θεοῖς οἱ Συρίαν ἔχουσι· καὶ ὁμοπλήσια τοῖς οἴκοι κατὰ τὴν οἴκησιν ἐφαίνετο. καὶ μετὰ τοῦτο, ἐγίγνετο ἡ πρόοδος ἡ πρὸς αὐτοκράτορα, 493

cognoſcere, jejunandum eſſe: itaque mox in animo habebam hoc die cibo abſtinere, atque ita feci. Sequens vero rurſum illuviei erat. Tertio Calendas videbar de lavacro conſultare, corrupto alimento Zoſimo nutricio, & ex eo quaerere, num amplius lavandum eſſet? ille vero negare: deinde laviſſe quidem, & cum doleret venter, ad Zoſimum ita dicere, An vero jejunandum erat? ille autem reſpondere, vero: jejunavi iterum. Sequenti die vomui ſub veſperam. Somniabam autem oſſiculum quoddam ejiciendum eſſe, nec non ſanguinem e talis eſſe mittendum: atque ita feci, non longe progreſſus. Calendis Januariis in Adrianeo videbar ungi quidem, ſed non lavare: ut autem redii, ad amicum quendam dicere, non laviſſe me, ſed unctum eſſe; atque ille, idem & ſibi accidiſſe, reſpondere. Secundo die in Aeſculapii eſſe templo viſus ſum, cum eo mane ex itinere veniſſem; & quia celeriter apertum eſſet, gaudere. Videbantur autem & pueri antiquum canere carmen, cujus eſt initium, *Jovis ſummum celebro numen*: atque in hac verſari carminis parte, *Multum ego multum media vita Recinam divos, & laetitia Cor perfundam duce tali puerorum.* Mirabar itaque quid hoc carmen ſponte ſua occurriſſet. Poſtea miniſtros in templum, tanquam natali meo inſtante, praemittere videbar, ut quaedam deferrent: in iiſque litteras inſcribere, &, ut ſermoni, quantum opus foret, ſubminiſtrarent, artificioſe differere. Poſtridie lucernae aliquot in templum a janitore videbantur deferri, quibus preces pro me fierent: & cum vomendum eſſet, vomui. Quinto die deos in ſomnis precabar, tum eos, quos communiter ſolebam, tum privatim Jovem & Martem, atque Syriae deos: ſimilia autem domeſticis illa videbantur. Poſt, ad Imperatorem

1 Lege χωρήσειεν. *Cant.*

Sy-

ἐπεπόμφειν δὲ πρὸς τ' ὀν τῇ Συρίᾳ τότε αὐτοκράτορα, ᾧ στρατὸν καλῶς. ἑβδόμῃ, ἔν-
πνι ἀποδυτηρίῳ βαλανείῳ, Χαρίδημον ἰδεῖν τ' ῥήτορα τ' ὀκ Φοινίκης, φαυλρόν τε ᾗ ἄρτι
λελυμμένον, καὶ φᾶναι δὴ πρὸς αὐτὸν ἅμα τῇ προσρήσει ὑτασι, ὅτι πρωΐτερον λύσαι-
το· καὶ αὐτὸς ἅμα ἀποδύεσθαι, ἐλυσάμην. καὶ πάλιν τῇ δεκάτῃ τῦ μηνὸς, ἐδόκει
μοι Αντωνῖν ὁ Πυθοδώρυ ἀμφιλέγεσθαι περὶ νυμφῶν ἐπαίνων· εἰπεῖν οὖν καὶ αὐτὸς, ὅτι
ὀκ εἶεν θεαὶ χαριέστεραι, πάντως δὲ τῇ) καὶ τῷ ὑπεικὲ ἀπολαύειν αὐτῶν, εἰ καὶ μὴ
πολλὰ λυομένῳ, τάγε μέτρια. ταῦτά γε δὴ, καὶ ὑγιείας ἐδόκουν τί λέγειν ἐγκώ-
μιον. δωδεκάτῃ, ἐδόκουν Αντωνῖνον τ' αὐτοκράτορα τὸν πρεσβύτερον καὶ τ' τῶν πολεμίων
[1] Βασιλέα, σπονδὰς καὶ φιλίαν ποιεῖσθαι πρὸς ἀλλήλυς· προσιόντων δὲ τῶν περὶ τ' Βο-
λόγεσον, φωνὴ τῇ) ὐκ ὀλίγη, καὶ δοκεῖν αὐτὰς Ελληνίζειν. ἔπειτα ἀφικέσθαι πρὸ ἐμὲ
ἀμφοτέρους μετὰ τῦ σχήματος τῦ βασιλικῦ, καὶ τῇ) τόν τε Αντωνῖνον ὑπεικῶς ὀν ἀκμῇ,
494 καὶ κεῖνον βλοσυρόν τι ἰδεῖν· καθεζεσθαι δέ μυ αὐτὸν, ὀκ ἄπο πολλῦ, ἐπερωτᾶν δὲ ὀν
θρόνῳ τ' Αντωνῖνον. [2] ἐδόκει δέ μοι, καὶ ἰατρικῶν τινῶν ἐμπείρως ἔχειν ὁ δῆμος. δεξιύ-
μενος δέ με εἰπεῖν, ποτε ἡμῖν ἀναγνώσκεις; κἀγὼ ἡσθεὶς τῷ ῥήματι, ᾗ φᾶναι, ὅταν
ὑμεῖς κελεύητε. καὶ οἱ μὲ παρεσκευάζοντο πρὸς τ' ἀκρόασιν· ἐγὼ δὲ ἀπῆλθον σχολέξων τ'
βιβλίων. καί μοι ἔδοξε πρόλογόν τινα ὡς ὀν βραχεῖ συνθεῖναι εἰς αὐτὰς, καὶ εἶχεν ὥτω
πῶς (ἐδόκουν δὲ ᾗ πάνυ γε συντιθέντος ἅπαντος μνημονεύειν) ἃ δ' οὖν διεσωσάμην, ἦν
ρύβε καὶ πολλῆς ἀπογνώσεως, ἀπαλλάγμι, ὐκ ἀναμωτί. ἀλλ' ἀνεξαίνετο ἅπας ὁ πόρος,
καὶ καθήζαβ ἀντ' ἄλλε τραύματος. καὶ ὁ κάματος δὲ καὶ ἡ πᾶσα τῆ σώματος ἀσθένεια
καὶ καθαίρεσις τῦ λόγου τῶ συμβαινόντων ἦν. καὶ τῶ φίλων καὶ τῶ εἰωθότων πάντων ὑδεὶς, ἀλλ'
ἀπεδήμεν ἄλλος ἄλλοσε, ὅπ μὴ εἰς τις ἔτυχε διαιτώμενος ἐν τοῖς ὕδασι τότε, ὃν ἐγὼ ἔπ
προσθεν ἐδόκεν ὄναρ κειμένῳ μοι καθ' ὁδὸν μόνῳ, ᾧ ἵππε ἐφ' ᾧ καθήμην πεπιωκότος, εἰ-
πεῖν ὅπ καὶ τῆτο πρὸς τῶ εἱμαρμένης συμβαίη, μόνον με ἀπολειφθῆναι. τῆτο μὲ δὴ ἐν Περ-
γάμῳ προσγενόμενον, πρὸ τῶ ἐξόδε μικρόν· τότε δὲ ἐν τοῖς Ἀδριανοῖς ἀπορεμένῳ, μέμνημαι
τοιῆτον ὄναρ γενόμενον, ἐδόκεν ὅτι ἁρδίας φέρεσθαι ἐν τῷ Αἰγυπτίῳ πελάγει μόνος, εἶτα δὲ τῶ
ἁρδίας ἐπ' ἄκρῳ τε καὶ ᾧ πρὸς τῆ γῆν· ἀπορῶντι δέ μοι προφανῆναι τὸ τροφέα Ζώσιμον ἵπ-
πον ἔχοντα ἐν τῇ γῇ, κἀπως ὀκνῆναί τε, καὶ λαβέσθαι ἀσμένως ᾧ ἵππε. καὶ τῆτο μὲ ὕπας. 548
ἐδόκεν δὲ καὶ μετὰ τὸ Ἀλεξανδρείας διεξιόν, διδασκαλεῖα παίδων ὁρᾶν· οἷσθ' ἀνεγίνωσκόν τε
καὶ ᾄδον ταὐτὰ ἔπη ταῦτα, ὑπηχοῦντες ὡς ἤδιςον, Πολλούς δ' ὐκ θανάτοιο ἐρύσαλο δερμομένοιο
Ἀχραφέεσι πύλῃσιν ἐπ' αὐτῇσιν βεβαῶτας Ἀΐδεω. Ταῦτά δ' ἐστὶ τῶ ἡμετέρων ἐπῶν, ἃ πρῶ-
τα σοὶ ἐποίησαμεν τῷ θεῷ. θαυμάζειν ἄν, ὅπως ἤδη μετεφοιτηκόται εἰς τὸ Αἴγυπτον
εἴη, καὶ χαίρειν ὑπερφυῶς, ὅπ δὴ τυγχάνοιμι κατειληφὼς ἀδόμενα ταὐτῶ. καὶ ταὐτὰ μὲ
κεφάλαια τῶν ὀνυπνίων, τοιαῦτά ἐστιν. ἡμέρας δὲ γενομένης, ἔτυχε γάρ μοι παρὼν ἵππος,
ἀναβαίνω τε εὐθὺς, καὶ ὃν ὐδ' ἂν εἰς φθῆναι μετρήσαι μέχρι τῶ προτέρης ἐξόδε, δρόμε τε
ἀπελαύνω τὸν ἵππον, καὶ γίγνομαι ῥᾴων θέοντος ἔτι, καὶ ἀπίει τῆ ἄνω πολὺ τῆ βάρες,
καὶ πνεύματος ὡς ἐν τοιῆτοις συνελέγη, καὶ ἦσαν πάλιν ἐλπίδες. ἐγένετο δέ μοι καὶ
νύκτωρ φωνὴ λέγοντός τε, πεπεφάτευσαι, καὶ ταῦτα ἐν ἀθλίοις τοῖς ἀπορωτάτοις. ὃν μὲν
οὖν τρόπον εἰς τε τὴν Πέργαμον πάλιν ἀπεσώθην, καὶ πίν' ἐφεξῆς δίαιταν διητώμην, 549

in ſummum adducebat me diſcrimen, quoniam cohibita ſuffocationem adferebat. Denique poſt multos labores & magnam deſperationem vix ſum liberatus, quanquam non ſine ſanguine. Totus enim abradebatur meatus, & erat inſtar vulneris. Jam labor ac tota corporis infirmitas hiſce reſpondebant. Amicorum vero ac familiarium nullus aderat, aliis alio profectis, uno dempto, qui tum in aquis degebat; quemque etiam prius in ſomniis videram, cum in itinere ſolus jacerem, equo meo lapſo, dicentem mihi illud quoque in fatis mihi fuiſſe, ut ſolus derelinquerer. Et hoc quidem Pergami antea contigerat paulo ante quam exirem; tunc autem Adrianis aegrotans, viſus ſum per Aegyptiacum mare ſolus in rate ferri, & in ſumma rate, terraeque finitima conſiſtere: cumque trepidanti Zoſimus nutricius cum equo ex litore apparuiſſet, exire quodam modo, atque equum libens apprehendere. Atque hoc quidem hactenus. Deinde videbar per Alexandriam tranſiens, puerorum videre ſcholas; qui legerent & canerent dulciſſime haec carmina; ***Multos praeviſa rapuit de morte benignus, Irremeata trucis quos porta receperat orci.*** Quae quidem prima fere ſunt de noſtris, quae Deo compoſuimus. Itaque mirari, quomodo in Aegyptum jam perveniſſent, & gaudere non mediocriter, quod mea cani deprehendiſſem. Atque haec quidem ſomniorum fuerunt capita. Orto autem die, quoniam aderat equus, conſcendo; & cum nemo me ad primum putaret exitum eſſe perventurum, ad curſum equum incito, & inter currendum melius habeo, diſcedente magna ponderis parte de ſuperioribus, ac viribus quibuſdam pro tempore collectis. Ita fiebat, ut jam ſpes nobis rediret. Quin etiam nocte quendam audivi dicentem, Sanatus es; idque cum aegrotarem graviſſime. Jam quomodo Pergamum ſalvus redierim, & qua deinceps diaeta ſim uſus, omit-

ἀνάγκη ὠδιελιπεῖν, διὰ πλῆθος τῶντε λόγων καὶ τ᾽ πραγμάτων. ἑτέραν δὲ ἔξοδον ἐξῆλθον εἰς τὰ ὕδατα ὀν ἀκμῇ θέρους, καὶ προείρητο ἐπανήκειν εὐθέως λουσάμενον, κιννάμωμον κόψαντα καὶ πάσαντα τ᾽ τεθλιμμένον κύκλῳ. τούτους οὖν ταδίους τετρακοσίους καὶ χιλίους τὸ σύμπαν ἤνυσα, πίνους ὄντος θαυμαστῦ, καὶ ῥᾷον ἤνεγκα τὸ δίψος, ἢ τις ἂν ὀκ βαλανείου βαδίζων οἴκαδε. αὖθις οὖν πέμπει με προσάξας πιεῖν ψυχρὸν, καὶ ἔπιον ὃ σύμπαν. καὶ ζοῦτα μὲν εἰς τοσοῦτον πονῶ εἰ). τὰ δ᾽ ὀν Λεβέδῳ συμβάντα, ἐπέμφθην μὲ ἀπὸ καλακλίσεως, ἣν ὀν Σωτήρων ἐγκαθακεκλίμην, αὐτῦ καὶ τοῦτο ὑπιτάξαντος· ὅπως ἀπειρικῶς, ὡς᾽ ὑδ᾽ ὅπι τ᾽ κλίνης οἷός τε ἦν αὐτάρκειν. καὶ ἦν δὴ ὁ ἰατρὸς Σάτυρος ὁ Περγάμῳ κτ᾽ τοῦτον τ᾽ χρόνον σοφιστὴς, ὡς ἐλέγετο, ὑ τῶν ἀγεννῶν. οὗτος ἐμοὶ προσελθὼν καθακειμένῳ, καὶ τοῦ τε θώρακος καὶ τ᾽ ὑποχονδρίων ἁψάμενος, ἐπειδὴ προϊόντος τ᾽ λόγυ, τὰς καθάρσεις τοῦ αἵματος ἤκουσεν ὅσαι γεγόνασί μοι, ὃ μὲν αἷμα ὅπι ἔχειν ἐκέλευσε, καὶ μὴ καταλύειν τὸ σῶμα· ἐγὼ δέ σοι, ἔφη, δώσω τι κατάπλασμα πάνυ κοῦφον ᾗ ἁπλοῦν, ὃ συνθεῖναι ὅπι τ᾽ στομάχου καὶ τ᾽ ὑποχονδρίων, καὶ εἴσῃ δὴ, ὁπόσον τί ὀνήσῃ. ταῦτα συνεβάλετο, κἀγὼ τὸ μὲν τοῦ αἵματος οὐκ ἔφην εἰ) κύριος, οὔτε ὅπως οὐτ᾽ ἐκείνως ποιεῖν, ἀλλ᾽ ἕως ἂν ὁ θεὸς προστάττει ἀφαιρεῖν, ὑπακούεσθαι, καὶ ἑκὼν καὶ ἄκων, μᾶλλον δὲ οὐδέποτε ἄκων· τ᾽ δόσιν δὲ οὐκ ἔφυγον τοῦ Σατύρου, ἀλλ᾽ ἐφύλαττον λαβών· τὸ δ᾽ ἦν ἄρα, οὐκ Ἀμαλθείας κέρας. ὡς δ᾽ εἰς τ᾽ Λέβεδον κομίζομαι καὶ μάλ᾽ ἀπροσδοκήτως ὑ ἀγαπητῶς διαγενόμενος, τοῦτο μὲν ἤδη πᾶν ἐδόκει κέρδος εἶ). ἐδεόμην δὲ συχνῆς τ᾽ βοηθείας, ὑ τοῖς ὕδασι μόλις τε ὑ πεφεισμένως ὠμίλουν. ἔδοξεν οὖν μοι ὃ τοῦ Σατύρου φάρμακον θεῖναι κτ᾽ τοῦ στομάχου τὸ καὶ τοῦ στήθους, ὥσπερ ὁ Σάτυρος παρηγγέλκει· πάντως δὲ οὐδὲν μέγα ὀνήσειν τῆς θεραπείας τῆς παρὰ τοῦ θεοῦ. εὐθὺς μὲν οὖν, ὑ προσεῖτό μοι ἡ προῦτη προσ-
551 βολὴ, ἀλλ᾽ ἐδόκει ψυχρότερον εἶναι· ὅμως δὲ ἔδοξέ μοι φακαρτερεῖν καὶ παρέχειν

omittam neceſſario, propter verborum ac rerum multitudinem. Alio autem itinere ad aquas aeſtate media ſum profectus, cum praedictum eſſet, ut ſtatim poſt lotionem redirem, & cinnamomum contuſum collo illinerem. Ita quadraginta ſimul & ducenta abſolvi ſtadia, in ſummo calore; & facilius ſitim tuli, quam alius ex balneo domum rediens. Cumque rurſum me dimiſiſſet ad bibendam frigidam, bibi totam. Et haec quidem nunc hactenus. Tum Lebedum ſum miſſus, poſtquam in templo Servatorum, quemadmodum & ipſe juſſerat, decubueram: cum adeo infirmus eſſem, ut ne in lecto quidem domi durare poſſem. Erat eo tempore Satyrus medicus Pergami, non infimus, ut aiebant, ſophiſtarum. Is ad me decumbentem accedens, & thorace ac hypochondriis pertentatis, poſtquam ſermonis progreſſu, quoties emiſiſſem ſanguinem, cognovit, illud quidem non amplius fieri juſſit, ne corpus diſſolverem: ego autem, inquiebat, cataplaſma tibi quoddam ſatis leve & ſimplex dabo, quod ſtomacho & hypochondriis imponas; ejuſque auxilium brevi cognoſces. Haec cum ille ſuaderet, de ſanguine quidem negavi me quicquam in alterutram poſſe partem ſtatuere, quin Dei mandatis volens nolens, aut nunquam potius nolens obtemperarem; donum vero Satyri non recuſavi, verum acceptum ſervavi, nec erat hoc Amaltheae cornu. Poſtquam autem Lebedum praeter omnem ſpem veni, omnia equidem in lucro ponebam. Auxilio autem aſſiduo mihi opus erat, nec aquis, niſi parce, utebar. Viſum eſt itaque Satyri pharmacum ſtomacho atque pectori, quemadmodum ille praeceperat, imponere: nec multum videbar a divina curatione diſceſſurus eſſe. Ac primo quidem non admodum placuit, quoniam frigidius videbatur: volui tamen ferre, & pharmaco

τῷ φαρμάκῳ, εἰ ἄρα ἀλλὰ τῷ χρόνῳ τί ἀνύσειε. καὶ ὕτω δὴ τότε σῆθος ψύχεται, ψύξιν δεινὴν, καὶ βὴξ ἐπιγίγνεται πυκνή τε καὶ ἰσχυρά· καμεῖα εἰχόμην, καὶ ὁ θεὸς σημαίνει φθόην εἶ). καὶ τῆς ἐπιούσης, οἱ κρόταφοι καὶ ὁ κύκλῳ τοῦ προσώπου ἅπας κατετείνετο, καὶ σιαλόνες συνεκέκλειντο, καὶ ὁ θόρυβος ἦν εἴπερ πολὺς. ὡς δὲ ἐχάλασα μικρόν τι, ἐνθύμιον γίνεταί μοι μὴ χρήσασθαι τῷ θεῷ, τῷ ἐν Κολοφῶνι, καὶ πρὸ τῶν παρόντων, καὶ πρὸ πάσης τῆς ἀθηνείας. ἀπέχει δὲ ἡ Κολοφὼν τῆς Λεβέδου, ὡς πολὺ, καὶ ἡ νὺξ ἐτύγχανεν ἡ ἱερὰ ἐπικειμένη· δόξαν ταῦτα, πέμπω τὸν Ζώσιμον. ἐπελθούσης δὲ τῆς νυκτὸς, τῷ μὲν Ζωσίμῳ γίγνεται τόδε τὸ μαντεῖον φέρον εἰς ἐμέ· ἴήσεταί σε νοῦσον ἠδ' ἀκέσεται Ασκληπιὸς, πόλισμα Τιλέφου κλυτὸν περὶ, Καΐκου ναμάτων ὑπὸ τηλόθεν. ἐμοὶ δὲ τῆς αὐτῆς νυκτὸς, τοιάδε ἐγίγνετο, ὡς κεφαλαίων ἀπομνημονεῦσαι. ἐδόκουν ὑπὸ τῆς πατρῴας ἑστίας εἶ), ἐν δὲ τῷ τοίχῳ ὅθι τὰ ἕδη τῶν θεῶν, ὑπογράμματα εἶ) τοιάδε· οἱ δεῖνες σωθέντες ἐκ τοῦ ἑαυτῶν, θεοῖς πᾶσι χαριστήρια· καὶ ἐφαίνετο δὴ τῶν θυσιῶν ἴχνη. ἐμοὶ μέντοι ἡ ὄψις 552
αὕτη, τῆς συνεχείας τοῦ θυσιῶν ἦρξεν, ὑπὲρ μᾶλλόν τι πρὸς τὸ ὅταρ ἀφορῶντι, ἀλλ' ἅμα μὲν τοιαῦτ' ἦν τὰ γιγνόμενα ἐκ τοῦ θεῶν, ἅμα δ' ἐν γνώμῃ ὕτω καθεσκευάσθη. ἐκ δὲ ὧν τὸ Λεβέδου μετ' εὐθυμίας ἀνεχωρήσαμεν, ἥνικα ἐδόκει τῷ θεῷ, καὶ ῥαστώνης ἀπέλαυσα λόγου ἀξίας. ὅσ' εἶπον περὶ τῆς φθόης, ἐπεσημήνατο ὕστερον πρὸς τὸν νεωκόρον ὁ θεὸς, ὡς αὐτὸς ἐμοὶ διηγεῖτο Ασκληπιακὸς, οὐδὲν παρ' ἐμοῦ προσακηκοώς· ἔφη γὰρ ἀκοῦσαι τοῦ θεοῦ λέγοντος, ὡς ἄρα φθόῃ μὲν καὶ καταῤῥοῃ προσηκόως εἶη μου· τὸν δὲ στόμαχον ἴατο. καὶ δὴ Νικίτῃ τοῦ προφέων ἑνὶ τοῦ ἐμῶν περὶ τὸν αὐτὸν μάλιστα χρόνον, θαυμαστὰ οἷα ἐπεδείξατο. οἴεσθαι γὰρ δόξαι τὸν θεὸν αὐτῷ λέγειν ἅμα τῷ Τελεσφόρῳ γενόμενον, βλέποντα εἰς ἐμὲ, ὡς ἄρα τούτου ταύτῃ ὀστᾶ δέοι ἐξελεῖν καὶ νεῦρα ἐνθεῖναι, τὰ γὰρ ὄντα ἀπειρηκέναι· ἑαυτὸν μὲν δὴ ἐν παντὶ εἶ) καὶ ἀγωνίᾳ, ταῦτα ἀκούοντα περὶ

maco indulgere, ſi forte per tempus aliquid efficeret. Refrigeratur itaque pectus graviter, ac violenta tuſſis & crebra exoritur; cumque graviter laborarem, phthoen eſſe Deus indicat. Poſtridie tempus utrunque, & frons tota contenditur, fluxione concluſa; & maxima erat trepidatio. Poſtquam autem paulum reſpiraram, in memoriam coepi revocare, quod Colophonium deum de praeſenti negotio totoque morbo non conſulueram. Et quoniam prope abeſt Lebedo Colophon, & inſtabat nox ſacra: quandoquidem ita viſum erat, mitto Zoſimum. Atque illi quidem hoc oraculum nocte datum eſt, ad me ſpectans, *Morbum tuum ſanabit Aeſculapius, Qui Telephi praeclarum honorat oppidum, Myſi Caici non procul de flumine*. Mihi autem eadem nocte haec contigerunt, ut ſummatim dicam. Cum in aedibus paternis verſari viderer, in eo pariete, qui deorum ſigna habet, tales reperiebam inſcriptiones, *Quidam a maximis liberati periculis, diis omnibus honoraria*: apparentibus etiam ſacrificiorum veſtigiis. Ac mihi quidem hoc viſum perpetuorum fuit ſacrificiorum auſpicium, non tam ad ſomnium reſpicienti, quam quod ſimul & haec a diis fiebant, & animus ita fuit affectus. Lebedo deinde tranquille diſceſſimus, cum Deo viſum fuit, magnam experti facilitatem. Quod autem de phthoe dixi, id aedituo poſtea ſignificavit Deus, quemadmodum ex ipſo audivi, cum nihil a me prius intellexiſſet; dicebat enim audiviſſe ſe, cum Deus diceret, ſe phthoen quidem & catarrhum mihi abſtuliſſe, ſtomachum autem ſanare. Quin & Nerito, nutricio meo, circa idem fere tempus miranda quaedam oſtendit. Etenim viſus illi eſt dormienti Deus cum Teleſphoro praeſens, & ad me reſpiciens, ita dicere: huic & oſſa ſunt eximenda, & nervi imponendi, quandoquidem ii, quos habet, defecerunt: cumque ille magnopere ſolicitus eſſet, poſtquam haec de me audierat,

ἐμῦ, τ δὲ θεὸν φᾶναι ϖροσμυθούμενον ϗ διδάσκοντα, ὡς ἄρα ὐκ ἄπικρις ἐκκόψαι τὰ
553 ὀςᾶ, ϖόδὲ τοὺ νεῦρα τὰ ὄντα ἐκτεμεῖν, ἀλλὰ δεῖν, οἷς ἀλλοίωσίν τινα τ ὄντων γίγνεσθαι,
ὕτω πολλῆς ϗ ἀτόπυ δεῖν τ ἐπανορθώσεως. ϗ δίδωσιν ἴαμα τῷ Νικίτῳ φράζειν ἐμοὶ, τ
ἡμέρας εἰς τρεῖς ἐλαίῳ ἁλῶν ὐκ ἔχοντι· ϗ ἐποίων ὀξ ἐκείνυ ὕτω, ϗ πειρωμένῳ συνέ-
φερεν ὑπὲ ὅ βέλτιον. Ταυτὶ δὲ ἕτερα ὑπὲ τ πατρῴας ἑστίας συνέβη μοι, κατ' αὐτολὺ ἀκ-
μὴν χειμῶνός τε ϗ ἅμα τ νόσυ. κατεκείμην ἐπ' ἀείσῳ, ϗ ἐπῆλθε τ κεφαλῆς ἀλγή-
ματα, ἰσχυρὰ ϗ δεινὰ, ϗ ὅ ϖρόσωπον κατετείνετο, ϗ τὰ χείλη συνεκέκλειτο, ϗ
ἦν ὀπρία πολλή. συσπειραθεὶς δὲ ὡς εἶχον, εἰσῆξα εἰς ὅ δωμάτιον ὃ κάθευδον, ϗ κα-
τακλίνομαι ὅν τινα δὴ τρόπον, ϗ πῦρ ὑπηγίγνε) πολὺ ϗ σφοδρόν· ϗ ὅπως ἀναπνεύσαιμι
ὐκ εἶχον, ἀλλ' ἦν οἰμωγὴ τ τε μητρὸς ϗ τροφῦ ϗ τ ἄλλων οἰκετῶν, ϗ ὅτε δὴ Ζώσι-
μος συνετεζάραχτο, ϗμπως ἔπνευσα τοῖς πλείοσιν ἔξοδον, ϗ ϖλατετάμην ϖρὸς ὅ συμ-
βησόμενον. ϗ δὴ μὴ τῦτο, ἡλίυ τε ἦν δύσις, ἣ ϗ ἔτι ϖορρωτέρω, ϗ ὑπηγίγνε) ασα-
554 σμὸς ὑπὸ ᾧ πυρετῷ· ὕτέ τις ῥητὸς, ὕθ' οἷς ἄν τις ϗ διανοηθείη, ἀλλ' εἴλκετο πάσας ἕλξεις
τὸ σῶμα, ϗ τὰ μὲ γόνατα ἄνω ϖρὸς τ κεφαλιὺ ἐφέρετο, ϗ ϖροσερρήγνυτο, τὰς δὲ χεῖ-
ρας ὐχ οἵὸντ' ἦν κατέχειν, ἀλλ' εἰς τ ϖράχηλον ϗ ὅ ϖρόσωπον ἐνέπιπτον· τὸ δὲ στῆθος,
ἔξω ϖροεωθεῖτο, ϗ τ νῶτον εἰς τὄπισθεν ἀντεσπᾶτο, ὥσπερ ἱστίον ὀξ ἀνέμυ κεκυρτωκός.
ἠρέμει δὲ ὐδὲν ὅ σώματος, ὐδὲ μικρόν τι παρήλλαττε ὅ κτ' φύσιν· ἀλλ' ἦν ὑπὲ πλεῖστον ἡ
κίνησις, ϗ ἡ τ ἡδονῶν καταίτασις, ἄῤῥητος, ὕτε σιωπᾶν ἐῶσα, ϗ ϖρὸς τὴν φωνὴν ἔτι μεῖζον l. ἀιδοιαὶν
ἀπαντῶσα. Ταῦτα δ' ἐγίγνετο, ϗ εἰς μέσας νύκτας, ϗ ϖρόσω μηδὲ μικρὸν ἀνιέντα· ἔπειτα τ
μὲ ἀκμῆς ἀφεῖλέ τι, ὐ μὴν παντάπασί γε ἐπαύσατο. ἐείων δ' ἦν θερμῶν ὑποβολή τε ϗ
ϖεριβολὴ συνεχὴς, ϗ πυείας πᾶσα ἰδέα, ϗ μόλις ὕτω ἀφαγίγνομαι. ϗ πεὶν ἡμέραν
τὴν εἶδ, ἔθ' τις ἰατρὸν καλῶν, ἦκεν εἴτε δὴ τ ὑπνώσης, εἴτε ϗ ἡμέρᾳ ὕστερον. ϗ μεσημβείας

dierat, conſolatus ipſum Deus dixit, non revera nervos, nec oſſa exſcindi debere, verum ita magna & abſurda curatione opus eſſe, ut ea, quae haberem, quaſi alterari viderentur. Simul autem pharmacum ipſi dedit, mihi referendum, ut ter in die oleum, cui ſal non eſſet admixtum, ſumerem: quod cum ita deinceps facerem, juvit. Quae autem alia mihi in aedibus paternis contigerunt, cum pariter & hyems eſſet acerrima, & morbus graviſſimus, haec ſunt. Dum in prandio diſcumberem, graves capitis dolores oborti ſunt contenta fronte, & concluſis labris; ſic ut eſſet magna trepidatio. Ut autem involutus eram, in cubiculum me proripio, atque aliquo modo decumbo, accedente febri luculenta: cumque ſpiritum ducere non poſſem, ejulabat mater, & nutrix, atque alii famuli; eratque perturbatus Zoſimus, & animam pene agebam, ad futurum extenſus eventum. Tum paulo poſt occaſum Solis ad febrem ſpaſmus accedit, non qualis vel dici vel cogitari poſſit, ſed ut omnibus modis contraheretur corpus, ac genua quidem ad caput concuterentur, manus autem cohiberi non poſſent, quin collum ac frontem invaderent; pectus vero protenderetur, dorſo retrorſum avulſo, inſtar veli vento ſinuati. Nihil praeterea quieſcebat in toto corpore, aut parum quiddam a natura declinabat: ſed maximus erat motus, ac tentigo incredibilis, quae nec tacere permitteret, ac loquentem magis etiam premeret. Et haec quidem ad mediam uſque noctem & ultra, ſine ulla remiſſione nos urgebant: deinde ut remiſſiora ſunt facta, ſic non omnino ceſſarunt. Jam panni calidi ſubjiciebantur ac circumponebantur aſſidue, omnique fomentorum genere adhibito, vix evaſi. Cumque diluculo quidam ad medicum curreret, venit poſtridie, vel tertia die. Tum circa

μοι δοκεῖν, πάλιν περιβολή τις περιέει, καὶ μετ' ὀλίγον πολὺ, διεχώρει κάτω μέλαινα. καὶ καθημένῳ ὑπὸ τῷ δίφρῳ ὑπογίγνεται ἔλκωσις δεινὴ, καὶ ἰδρὼς καὶ λειποθυμία. καὶ ὁ ἰατρὸς 555
ἐτεθορύβητό τε, καὶ τροφὴν ἠξίου προσφέρειν. ὃ δ' ὀλίγον τοιοῦτον ἄρα ἦν. νὺξ τ' ὑπιγίγνεται, οἵα δὴ οἱ κλυδωνίῳ καὶ σάλῳ, καὶ κατέδαρθον σχεδὸν ὅσον εἰς ὄναρ. καί μοι γίγνεται πρόσταγμα, προθυμίαν περὶ τὴν τροφέων ἑστίαν, καὶ προσκυνῆσαι ὅ ἕδος τοῦ Διὸς, πρὸς ᾧ ἐτρεφόμην· καὶ φωναί τινες οἰμωγῆς, καὶ ὁ τόπος τῆς ἱκετείας διήρητο. χιὼν δ' ἦν οὐκ ὀλίγη καὶ δυσέξοδα παντελῶς, καὶ ἀπεῖχε τὸ οἰκίδιον τῆς οἰκίας, πλέον ἢ στάδιον. ἀνέβην ἵππον καὶ ᾠχόμην, καὶ προσεκύνησα, καὶ οὐκ ἔφθην ἐπανελθὼν, καὶ πάντα ἐκεῖνα καθεστήκει. τὰ δ' ὑπὲρ τὸ τρίχηλον, καὶ τὰς ἀπὸ τῶν νώτων καταστάσεις, καὶ τὸ ἀκριβόμυον ὀπισθότονον ἤδη, τόνδε τρόπον ἰάσατο εὐθύς, ἐπειδὴ τὸ δύσπνοιαν ἐξιάσατο. χρῆμα ἔφη βασιλικὸν εἶναι. χρῆναι δ' αὐτὸ λαβεῖν παρὰ τῆς γυναικός. καί πως ἐκ τύπων ἐφάνη παράκοπος τὸ βασιλείων, πρὸς τῷ τοῦ Τελεσφόρου νεῷ τε καὶ ἕδει. λευχείμων τε καὶ ἐζωσμένος, καὶ κατὰ τὰς θύρας, ᾗ ἡ Ἄρτεμις, ἥκει ἔξω ὑπὸ κήρυκος, φέρων τῷ βασιλεῖ τὸ λοιπὸν τοῦ χρήματος. ὃ μὲ δὴ ὄναρ ὡς ἀμυδρῶς ἀπομνημονεῦσαι, τὸ τοιοῦτον μά- 556
λιστα ἐγένετο. ἐπεὶ δ' ἐλθὼν εἰς ὃ ἱερὸν, γίγνομαι πρεσβύτου κατὰ τὸν Τελεσφόρον, ἐπέρχεται ὁ νεωκόρος Ἀσκληπιακός, καὶ ὡς ἔτυχεν ἑστὼς πρὸς τῷ ἕδει, φράζω πρὸς αὐτὸν τὸ ὄψιν τινὰ γενομένην μοι, καὶ ἠρώτων, τί ἂν εἴη ὃ χρῆμα, ἢ τίς ἂν χρήσαιτο; καὶ ὃς ἀκούσας, καὶ θαυμάσας ὥσπερ εἰώθει, ὅ μακρὰ ἔφη ἡ ζήτησις, οὐδ' ὀλίγου πολλῆς, ἀλλ' ὀλίγου σοι φέρω· κεῖται γὰρ παρὰ τοῖς ποσὶ τῆς ὑγιείας, ἀρτίως γε θείσης τύχης ταύτης· ἐπειδὴ τάχιστα ἀνεῴχθη τὸ ἱερόν. ἦν δὲ ἡ τύχη, γυνὴ τῶν ἐπιφανῶν. καὶ προελθὼν εἰς ὑγιείας, κομίζει τὸ χρῆμα τῆς εὐωδίας θαυμαστὸν, ὃ καὶ ἡ δυνάμις εὐθὺς ἐπίδηλος. θᾶττον γὰρ ἢ εἰρήκει, ἀνεῖτο ἡ τάσις. ἐρωτήσας δ' ὕστερον τὸν νεωκόρον, ἔγνων ὅτι εἴη κάθαρσις τριῶν, ὁπῶ

meridiem, ni fallor, novus me invaſit acceſſus, iſque mox deorſum deſcendit. In ſella autem ſedenti gravis oboritur contractio, una cum ſudore, & animi deliquio, Heic medicus conturbatus, cibum jubet dari: ſed eo non erat opus. Poſt, ut in commotione ac tumultu, ſomnus me opprimit, ac dormivi, donec pene ſomniarem. Tum ad aedes nutricii jubeor accedere, & Jovis ſedem, juxta quam educatus eram, venerari: voces quoque nonnullae, & ſupplicandi ratio praeſcribebatur. Nix autem copioſa ceciderat, & erant cuncta invia, aberatque ab aedibus ultra ſtadium domuncula. Itaque conſcenſo equo, profectus ſum, & oblatis precibus, vix redii, quin illa omnia in integrum eſſent reſtituta. Jam quae ad collum pertinebant, ac dorſi defluvium, & confirmatum jam opiſthotonum, hoc modo ſtatim poſt redditam reſpirationem curavit. Rem dicebat eſſe regiam, eamque a muliere accipiendam eſſe. Tum apparet aulae miniſter juxta Teleſphori templum ac ſignum; albatus ac ſuccinctus, & per oſtium, cui aſtat Diana, foras prodit cum praecone, reliquum rei Regi adferens. Ac ſomnium quidem pro tenui memoria tale fuit. Poſtquam autem templum ingreſſus, ad Teleſphorum deveni, occurrit aedituus Aeſculapii, & ut ad ſignum ſtabat, narro ei ſomnium meum, & quae res eſſet, aut cujus uſus, quaero: quod cum ille non ſine admiratione, ut ſolebat, audiſſet, non longe, inquit, res eſt petenda; jacet enim heic ad pedes Sanitatis, a Tyche, mox ut apertum templum fuit, allata. Erat autem Tyche mulier illuſtris. Deinde ad Sanitatem accedens, adfert rem optimi odoris, atque ejus vis mox apparuit. Etenim dicto citius remiſſa eſt intentio. Poſt etiam ex aedituo cognovi, ex tribus illud eſſe compoſitum, ſucco

quo

τε ᾧ χελόμθα, ϗ μύρῳ [1] ναρδίνῳ, καὶ ἑτέρῳ μύρῳ τ̃ πολυτελῶν, ἔτι δ' οἴμῃ ὃ [2] φύλλῳ ἐπώνυμον. σκευάσας δὲ, ἐχρώμην ὕτω τὸ λοιπὸν, ϗ πάντα ἀκεῖνα ἀκεχάλαστο. ἐφάνη δὲ καὶ ὁ Τελεσφόρος νύκλωρ, χορεύων θεὶ τ̃ τεάχηλόν μου, καὶ ἀντέλαμπεν ὑπ' αὐ τῷ κα-
557 ταντικρὺ τοίχῳ σέλας, ὥσπερ ἐξ ἡλίου. θεὶ δὲ τ̃ χεῖνον τ̃τον, ἅμα τοιόνδε ἦν μοι, εἴτε ἐμῦντι τῆς ἑωθέρας ἤδη, εἴτε καὶ ὕπω ἦσαν οἱ ἔμετοι. κάρυον, ϗ ἰσχάδα, καὶ φοίνικος βάλανον, καὶ ἅμα ἄρτου π, θεὸς αὐδῖς ἐσθίειν ἐδεῖτο ἐξ εὐνῆς. τ̃τοις δὲ ἐχρώμην τὲ ὀκ τ̃δε 'ὅπῃ ὃ χρήμαπ. σομάχου δὲ ϗ ἐντερονδρίων, καὶ ὃ θεὶ ταῦτα τόπου, φάρμακον δίδωσι καλαπλασὸν ἀνωτέρω μοι δοκεῖν τ̃πον. δίδωσι δὲ τοιαύτην δόξαν θεδηλήσας· Ασκληπιακὸν τ̃ ἰατρὸν, ἐδόκουν εἰσελθόντα ὡς ἐμὲ, ϗ ὑπισκοπ̃ντα καταπλάτειν, ἐξ διχθάμνου καλυμμένῳ φαρμάκῳ, ϗ ἅμα θελέγειν, τελάκονθ' ἡμέρας χρήσασθ. ἐχρώμην, ϗ ἥτε δὴ τριακοστὴ νὺξ ἐξῆκε, ϗ τ̃ Ασκληπιακὸν αὖθις ἐδόκουν ἐλθόντα, ἀφαιρεῖν τὸ καταπλασμα. χρόνῳ δὲ ὕστερον ἐκ τεττάρων τι συνθεὶς, ἐπέδηκεν· ὧν τὰ μὶ δύο μέμνημαι, πίτταν ἐξ οἴνου, ϗ οἴσοπος· τὼ δύο δὲ, εἰ φανείη τοὶ ὀνείραλα, ἀναπληρώσομεν. ϗ μὴν πεί γε τ̃ ὀνόματος ὃ φαρμάκου ὃ θηείου, τοῖόν δε μέμνημαι. τυχὸν μὶ ἅπας ἐσθίων, ϗ πολὺ τ̃ ἡμέρας
558 ἀπολιπὼν, ὁ δὲ, λειπνεῖν τε ἐπέταξε, ϗ ἀναζάντα, πεῖν ὃ φαρμάκου τ̃του· ϗ εἰς πέντε ἐξῆς ἡμέρας ἐγένετο, ὃ τ̃ς ἰατρὸς πάναπια ἡδεῖν κελεύονθας, ὁπότέ πις μέλλοι πίεσθ, μὴ λειπνεῖν, ϗ τέως εἰώθ. αὖθις δὲ ἐκέλευσε θεὸς ἄρτῳ φαγεῖν ὃ αὖ τ̃του φαρμάκου, ϗ ἔφαγον θρὸς τῷ τείποδι τῷ ἱερῷ· ἀφορμήν πινα ταύτῃ ἀσφαλείας ποιούμενος. Φίλωνος δέ πις ἐστὶν οἴμῃ κεχ̃σις φάρμακον ἕτερον. ταύτης ἐγὼ μὶ ὀδ' ὀσφρᾶσθ οἷός τ' ἦν θεοτ̃, τ̃ δὲ θεῦ σημήναντος χρῆσθαί τε, ϗ ἅμα τ̃ ὥραν ἦν ἔδει, ὃ μόνον εὐχερῶς ἔπιον, ἀλλὰ ϗ πιὼν, ἡδίων ϗ ῥᾴων εὐθὺς ἦν. ἄλλα τοίνυν μυρία ἂν εἴη λέγειν, φαρμάκων ἐχόμενα· ὧν

quo ungimur, unguento nardino, & item alio pretioſo, quod a folio, ut arbitror, nomen habet. Atque eo cum deinceps uterer, omnia illa evanuerunt. Nocte quoque viſus eſt circum collum meum ſaltare Teleſphorus, refulgente in oppoſito pariete, tanquam a Sole, ſplendore. Circa idem fere tempus hoc quoque mihi accidit, ſive cum vomerem veſperi, ſive nondum erat vomendi tempus. Nucem, ficum, phoenicobalanum, & ſimul panis aliquid ex lecto jubebar ſumere. Iis itaque deinceps uſus ſum cum re iſta. Verum ſtomachi, & ejus partis, quae eſt circa hypochondria, cataplaſma per tale ſomnium dedit. Videbatur mihi medicus Aeſculapii ad me ingreſſus, & me contemplans, pharmacum quoddam, quod per Dictamnum dicitur, imponere, ac ſimul jubere, ut eo per triginta dies uterer. Itaque uſus ſum, & poſtquam trigeſima nox expiravit, viſus eſt redire, & auferre cataplaſma. Poſt ex quatuor rebus quiddam commiſtum impoſuit; quarum duas memoria teneo, picem ex vino & oeſope, alteras duas, ſi reperero ſomnia, ſupplebo. Quin etiam de Theriaci pharmaci nomine hoc memini. Cum reliqui cibum ſumerent, poſt magnam diei partem tranſactam juſſit me coenare, & ſurgentem, bibere pharmacum: idque per quinque dies feci, quanquam medicos omnes contra ſciebam praecipere, nequis pharmacum ſumpturus coenaret. Deinde pharmacum idem cum pane juſſit ſumere: itaque id comedi juxta tripodem ſacrum, ut hac uterer ſecuritatis occaſione. Eſt autem pharmacum quoddam, quod Philonis miſtura vocatur. Hujus cum ego prius ne odorem quidem ferre poſſem, poſtquam Deus id me ſumere juſſit, praeſcripto ſimul tempore, non tantum bibi facile, ſed & hilarior ac ſanior ſum mox a potatione redditus. Poſſem & alia infinita recenſere, quae ſpectent ad pharmaca, quae

1 Lege ναρδίνῳ. 2 Lege φύλλῳ.

τὰ μὲν αὐτὸς συμπηθείς, τὰ δὲ τῶν ἐν μέσῳ καὶ κοινῶν ἐδίδου θεραπείαν τῷ σώματι, ὡς ἑκάστοτε συμβαίνοι. ὅτε δὲ ἡ συνέχεια τῶν καταῤῥοων ἦν, καὶ ἡ ὑδρώα πυρίκαυτος, καὶ ταφυλὴ ἐφυσήκει, καὶ φλέβες οὐκ ἐπεῖχον τεινόμεναι, βιβλίον τι τῶν ἀρχαίων ἔδοξα ἀναγινώσκειν, ὃ τὰ μὲν καθ' ἕκαστον, πάλιν γὰρ τὸν αὐτὸν ἐρῶ λόγον, οὐκ ἂν ἔχοιμι εἰπεῖν. πῶς γὰρ τοσοῦτόν γε ὕστερον, ἄλλως τε καὶ τῆς ἀπογραφῆς τὸ τῇ μνήμῃ παρέχειν 559
ἀφελομένης; ἀλλὰ παρὸς τῷ τέλει τῆς βιβλίου, τοιάδε μάλιστα ἐφάνη. ἦν δέ, ὡς ὅτι πυκνὸν τῶν ἀγωνιστῶν λεγόμενα. ταῦτα δὴ πάντα ὁ θεὸς συλλογισάμενος, καὶ ὁρῶν ὃ ῥεῦμα ἄρδην φερόμενον, παρεσκεύαζεν ὕδωρ πίνειν, οἶνον δὲ ἀπέχεσθαι, εἰ μὴ δεῖται νικῆσαι· ἃ δὴ καὶ σοί, ἔφη, ἔξεστι μιμησαμένῳ, στεφανοῦσθαι, ἢ συστεφανοῦσθαι. οἰζυῶδα ἔλεγεν. εἶτ' ἐπεγέγραπτο τῷ λόγῳ δὴ τὸ πίγραμμα, [1] φιλοστέφανος, ἢ φιλησιστέφανος. ὅσον μὲν οὖν πινα χρόνον διήνεγκα τὴν ὑδροποσίαν, οὐδὲ τοῦτο ἔχω λέγειν· ὅτι δ' εὐκόλως τε καὶ ῥᾳδίως, αἰεί πως παρώτερον δυσχεραίνων τὸ ὕδωρ, καὶ ναυτιῶν. ὡς δὲ καὶ τοῦτο ἐλελειτούργητο, τῷ μὲν ὕδατος ἀφίησί με· οἴνου δὲ ἔταξε μέτρον, καὶ ἦν τὸ ῥῆμα ἡμίνα βασιλική· γνώριμον δήπου, ὅτι ἔφραζεν ἡμικοτύλιον. ἐχρώμην τοῦτο καὶ ὅπως ἤρκει, ὡς οὐκ ἤρκει παρώτερον τὸ διπλάσιον. ἔτι δ' ὅτε καὶ φειδομένῳ μοι τοῦ δεδιέναι μὴ ἔτι λείπῃ, παρεῖην. ὃ μὴν τοῦτό γε ἐποιούμην ἐξαίρετον εἰς τὴν ὑστεραίαν, ἀλλ' ἐξ ἀρχῆς ἔδει τῷ 560
μέτρῳ χαίρειν. ἐπεὶ δὲ καὶ ταύτην εἶχε τὴν πεῖραν, ἀφίησιν ἤδη πίνειν παρὸς ἑαυτόν, ὑπερήφανος χαλεπαίνων, ὅτι μάταιοι τῶν ἀνθρώπων εἶεν, ὅσοι τῶν ἱκανῶν εὐπορούντες μὴ τολμῶσιν ἐλευθέρως χρῆσθαι. καὶ τὸ βιβλίον αὐτὸ τοῦτο ἐδόκει εἶ) [2] Ανπαθένους, περὶ χρήσεως· ἔφερε δὲ εἰς οἶνον, καὶ Διονύσου παρῆν τινὰ σύμβολα. ὅτε δ' ἦν ἐπὶ τῆς συνηθείας διεκείμην, ὥστε καὶ ἐφέντος τοῦ θεοῦ, μικρόν τι πλέον

partim ipſe componens, partim de medio ſumpta corporis curationi pro re nata adhibebat. Jam cum catarrhis urgebar frequentibus, & aduſtum erat palatum, accedente uva, nec deſinebant intendi venae; librum videbar inſignem perlegere, cujus ſingula quidem capita, ut iterum iiſdem verbis utar, memorare non poſſum, praeſertim tanto poſt tempore; cumque deſcriptio memoriae curam ademerit: verum in fine libri haec fere habebantur, quaſi de athleta quodam dicta. Quae cum omnia Deus conſideraſſet, & fluxionem videret praecipitem ferri, aquam juſſit bibere, ac vino abſtinere, ſiquid eſt illi curae victoria: quae tu quoque, inquiebat, imitatus, coronari poteris, vel ſimul coronari. Hactenus ille. Tum ſequebatur orationis inſcriptio, Philoſtephanus vel Phileſiſtephanus. Et quanto quidem tempore aquam potaverim, non poſſum dicere; niſi quod facile id & non gravatim feci, cum ſemper antea aquam quodam modo faſtidiviſſem. Poſtquam autem & in hoc illi obtemperatum eſt, aqua mihi remiſſa, vini menſuram conſtituit, eamque vocabat heminam regiam, cum mediam cotylam innueret, ut notum eſt. Ea vero mihi tum ſuffecit, cum prius vix duplum ſufficeret. Quinimo cum aliquando parcius biberem, inopiae metu, etiam ſupererat. Nec tamen id in poſterum diem reſervabam, quoniam iterum eadem erat utendum menſura. Poſtquam hujus quoque rei fecit periculum, deinceps nos arbitratu noſtro bibere permiſit, hac fere uſus facetia, ut diceret ſtultos eſſe eos, qui cum rebus neceſſariis abundarent, iis uti libere non auderent. Hic autem Antiſthenis videbatur eſſe liber De uſu; & ad vinum pertinebat, nec deerant quaedam Bacchi ſigna. Quid quod adeo conſuetudini devinctus eram, ut, quamvis permitteret Deus, parum tamen

1 Utrumque coronae amatorem ſignificat. *Cant.*

2 Cujus librum De uſu vini citat Laertius. *Cant.*

ultra

πίνων δ' μέτρ. καί τινα ἐπόθην τρόπον, τ' ταμείαν τ' τότε. ἦν δέπις χρόνος δ' τος, ὅτ' ἐμ-
ψύχων τὲ ἀπειχόμην, πλὴν ἀλεκτρυόνος, καὶ λαχάνων ἁπάντων, πλὴν ἀγρίων καὶ θριδακίνης, καὶ
πραγμάτων δ' ἀπειχόμην πάντων. ἤδη δήποτε καὶ ὅλως ἐνὶ χρῆσ βρσέταξε, καὶ ἐχρώμην
ἀλεκτρύονι, ᾧ καὶ μόλις καὶ τοῦτο ἐπετάπετο. καὶ τούτων, τὰ μὲ σιτὸ ἀλυσίαις καὶ φλεβοτομίαις
καὶ κλύσμασι διηνέγκαμεν· τὰ δ' ὡς ἔκαστον τύχοι. ἰχθύων δὲ καὶ ἐξ ἔτη πάντων ἀπεχόμην·
561 ὑείων δὲ, οὐκ οἶδα ὁπόσον τί. πάλιν δὲ συγχωρήσαντος, ἐχρώμην ἀμφοτέροις. εἶτ' ὀ μέρει
τὰ μὲ εἰργόμην ἂν, τὰ δ' ἐχρώμην· ὡς ἑκάτερον ἐφ' ἑκατέρῳ συμβαίνοι. καὶ μὴν γάρ γε εἶρξε
καθάπαξ· ὃ γὰρ ἐ) τῇ κεφαλῇ σωτήριον, ἤκιζα δὲ ὀδοῦσιν. ἰάματα δὲ ὀδόντων ἔδωκε.
βρῶτον μὲ ἦν, λέοντος ὀδόντα καῦσαι, καὶ κόψαντα χρῆσ σμήγματι· δεύτερον δὲ, ὅπῳ
ἀμακλύζειν τούτῳ δὴ τῷ χρήματι· μὲ ταῦτα πέπεικε, καὶ βρσέσθηκε θέρμης ὕνεκα· ἐφ'
ἅπασι δὲ, σάχυς Ινδικος, σμῆγμα καὶ δ' τος. καὶ ζωῦτα μὲ τ' νεωστὶ φανθέντων ὀξί· βοείων δὲ
εἴρχθην τοῦτον τ' τρόπον. χρησμὸν ἐδόκουν ἐκπεπωκέναι Ζωσίμῳ, μέχρι δ' βιώσεσθ, μέχρις
ἂν ἡ βοῦς ἡ καλ' ἀγρὸν ζῇ. καὶ δῆτα φάναι βρὸς αὐτὸν, οἶσθ' ὃν, τ' χρησμὸν ὅτι νοᾷς; βοείων
κρεῶν ἀπέχεσθαί σοι κελεύει. ὅδ' ἐλέγετο ὁ Ζώσιμος βρὸς τῇ ψύξει, ἐξ ἧς ἀπέθανε, καὶ βο-
είᾳ τινὸς ἐκ θυσίας ἀψάμενος, βλαβῆναι. ἦν δ' ν, οἷα εἰκός, ἀκρίβεια πολλὴ καὶ βρόνοια μηδ'
562 ἄκρῳ τῷ δακτύλῳ βρσαψάμενον λαθεῖν. καὶ χρόνῳ ὕστερον οἱ πολλοὶ καὶ πυκνοὶ σεισμοὶ γί-
νονθ, ἐπὶ Αλβου ἄρχοντος τ Ασίας, καὶ τοῦτο μὲ δὴ Μιτυλήνη κατηνέχθη μικρῷ πᾶσα· τοῦτο
δὲ ἐν πολλαῖς τ' ἄλλων πόλεων, πολλὰ ἐκινήθη· κώμαι δὲ ἄρδην ἀπώλοντο. Εφέσιοι δὲ καὶ
Σμυρναῖοι, πρ' ἀλλήλους ἔθεον θορυβούμενοι· ἡ δὲ συνέχεια, θαυμασὴ καὶ τ' σεισμῶν καὶ τ' φό-
βων. καὶ τοῦτο μὲ εἰς Κλάρον θεωρὸς ἔστελλον, καὶ βριμάχοντο ἦν ὅ μαντεῖον, τοῦτο δὲ ἱκετηρίας
ἔχοντες βρὶ τὸς βωμὸς καὶ τὰς ἀγορὰς, καὶ τὰ κύκλῳ τ' πόλεων, βρὶ ἡμέρ, ὑδεὶς οἶκοι

ultra menſuram biberem. Deſiderabam autem aliquo modo eam, quae tunc erat proma: idque hoc fere tempore, quo nec animalibus ullis veſcebar, praeter gallum, nec oleribus, praeter agreſtia & lactucam, nec ullis prorſus bellariis. Cumque uno aliquo uti quondam juſſiſſet, gallo ſum uſus, quanquam id vix mihi ſum paſſus imperari. Horum vero alia cum illuvie, venae ſectione, aut clyſtere peregimus; alia prout res ferebat. Jam piſcibus omnibus per ſex annos abſtinui; ſuilla neſcio quamdiu. Cumque rurſum conceſſiſſet, utriſque ſum uſus. Deinde viciſſim ab aliis abſtinebam, aliis veſcebar, prout alterum alteri conveniret. At garo prorſus juſſit abſtinere, quandoquidem id capiti erat obfuturum, & maxime dentibus. Dentium vero remedia dedit haec. Primum juſſit leonis dentem comburere, eoque contuſo uti pro ſmegmate; deinde ſucco perfundere, nempe re iſta; tum piper adhibere, idque, ut aiebant, caloris cauſa; denique ſpicam Indicam, quod eſt item ſmegma. Atque haec quidem recentia ſunt viſa: verum bubula hoc pacto mihi eſt interdicta. Zoſimo videbatur datum eſſe oraculum, tamdiu ſuperſtitem futurum, quamdiu vacca in agro viveret. Tum ego ſic ad illum dicere; Num intelligis hoc oraculum? bubula te jubet abſtinere. At ille, praeter frigus, ex quo periit, etiam bubula de ſacrificio contacta dicebatur noxam contraxiſſe. Erat itaque magnopere, ut apparet, cavendum, ne vel extremis digitis contingerem. Sequenti tempore multi ac frequentes acciderunt terraemotus, Albio Aſiam regente, ſic ut partim Mitylene propemodum tota abſorberetur, partim in aliis oppidis multis multi fierent motus, ac pagi aliquot funditus perirent. Epheſii vero atque Smyrnaei ad ſe invicem perturbati accurrebant, longo tempore & motibus durantibus & pavoribus. Quapropter & Clarum conſultores mittebant, ac de oraculo pugnabant, & aras, fora, urbeſque cum oleae ramis circumibant, cum nemo auderet domi

μένειν θαῤῥῶν· καὶ τελευτῶντες, ἱκετεύοντες ἀπεῖπον. τοιούτων δὲ ὄντων, ὁ θεὸς κελεύει
ζ. ντ. μοι ἀφιστέλλων τε τότε ἐν Σμύρνῃ, μᾶλλον δὲ ἐν τῷ περὶ τῆς πόλεως χωρίῳ, θῦ-
σαι βοῦν δημοσίᾳ, τῷ Διὶ τῷ σωτῆρι. ἀναχωροῦντι δέ μου καὶ ὑποπτεύοντι, καὶ
δεδιότος τὴν περιτέραν ἐκείνῳ περίσρησιν, ἐγένετο μέντοι ἡ τοιοῦτον ἐννοίας, ὡς ἡ θη-
λειάν γε μέλλοιμι θύσειν, καὶ ὡς οὐδ' ἀνάγκη γεύεσθαι. σαφέσατον δὲ καὶ ᾧ θαῤῥήσας
ἔθυσα, τόδε γίγνεται. ἔδοξα γὰρ ἑστῶτί μοι πρὸ αὐτοῦ τοῦ βωμοῦ τοῦ Διὸς ἐν τῇ ἀγο- 563
ρᾷ, καὶ δεομένῳ, φῆναι σημεῖον εἰ λῷον θύσαι· ἀστέρα λαμπρὸν ἀφεῖναι δι' ἀγορᾶς, κυ-
ρῆσαι τὴν θυσίαν. ὅτω θαῤῥήσας, ἔθυσα. τὸ δὴ μὴ τοῦτο, ὅτῳ μὴ φίλον πιστεύειν, πι- 565
στευέτω· ὅτῳ δὲ μή, χαιρέτω. ἔστι γὰρ ἅπαντα[1] ἐκεῖνα, καὶ οὐδὲν ἔπι ἠνώχλησε μετ'
ἐκείνην τὴν ἡμέραν· προνοίᾳ μὲν καὶ δυνάμει τῶν θεῶν, ἀφροσύνῃ δ' ἡμετέρᾳ ἀναγκαίᾳ. οὐ
ἧττον τοῦτο θαυμαστόν, εἰμὴ καὶ μᾶλλον· ἕκτην γὰρ ἢ ἑβδόμην ἡμέραν, πρότερον ἢ σεί-
σαι τὸ ἐξ ἀρχῆς, ἐκέλευσε πέμψαντα εἰς τὴν ἀρχαίαν ἑστίαν, ἥ ἐστι πρὸς τῷ ἱερῷ τοῦ
Διὸς τοῦ Ολυμπίου, ἱερά τε δὴ ῥᾶσαι καὶ βωμοὺς ἱδρύσασθαι, ἐν κορυφῇ τοῦ λόφου τοῦ
Ατυος. καὶ ταῦτά τε ἀρτίως ὑπετετέλεστο, καὶ ὁ σεισμὸς ἐπελθών, τῆς μὲν ἄλλης τῆς
ἐν μέσῳ ἁπάσης χώρας ὅπως ἥψατο, ὥστε μηδὲν τῶν καλαιωγίων λιπεῖν, εἰμή που μι-
κρὸν ἐρείπιον· ἄνω δὲ Ατυος οὐ προύβη, οὐδὲ τοῦ πρὸς μεσημβρίαν Ατυος ἡμετέ-
ρου χωρίου Λαμείου, πλεῖον ὅσον αὐλισθῆναι, πέρας δ' οὐχ ἥψατο οὐδενός. καὶ γάρ τοι 564
πρὸς τοσοῦτον ἦκον τοῦ θαῤῥεῖν, ὥστε καὶ μεσούντων μάλιστα τῶν σεισμῶν, ἐκ τῶν ὑδά-
των τῶν θερμῶν, ἐπανιὼν εἰς τὴν πόλιν ἐξ ἀυπνίων, ἰδὼν ἱκετεύοντας καὶ πεπραγμένους
τοὺς ἀνθρώπους, ἐμέλησα μὲν εἰπεῖν, ὡς οὐδὲν δέοι δεδιέναι, οὐδὲν γὰρ ἔσεσθαι δυοχε-
ρές· οὐ γὰρ αὐτὸς ἂν ὀπὶ τούτοις εἰς τὴν πόλιν κληθῆναι. ἔπειθ' ὅπως μὴ δοκοίην

domi manere: ac denique, de ſupplicationibus deſperaverant. Quae cum ita eſſent, imperat mihi Deus, qui tum Smyrnae verſabar, aut potius in ſuburbio, ut Jovi Servatori bovem publice mactem. Quanquam autem per ſuſpicionem tergiverſabar, & prius illud mandatum metuebam, hoc tamen cogitabam, nec vaccam oblaturum me eſſe, nec guſtandi neceſſitate conſtringi. Illud autem apertiſſime ad ſacrificandum me confirmavit. Cum ad ipſam Jovis aram in foro ſecundum quietem ſtarem, & eum rogarem, ut ſigno aliquo, an ſacrificare praeſtaret, oſtenderet: ſplendida per forum viſa eſt tranſilire ſtella, quae ſacro ſubſcriberet. Itaque audacter ſacrificavi. Quod autem hinc eſt conſecutum, ſi cui videtur, credat: ſin minus, valeat. Etenim illa cuncta conſtiterunt, nec quicquam poſt illum diem gravius accidit: quod ut providentiae ac poteſtati deorum, ita non ſecus noſtro miniſterio tribuendum eſt. Nec minus hoc mirandum eſt, ne dicam magis, quod ſexto aut ſeptimo fere ante terraemotum die, juſſit me ad avitam domum, quae eſt juxta aedem Jovis Olympii, profectum, in Atys collis vertice ſacra facere, & aras extruere. Quae cum vix abſolviſſem, obortus terraemotus omnem quidem interjectam regionem ita concuſſit, ut nullum relinqueret diverſorium, praeter ruinas parvas; ſed ad Atym, aut praedium noſtrum Laneum, quod Atym ad meridiem habet, non proceſſit, niſi quatenus ſentiri poſſet, nec ultra quicquam attigit. Quid quod ejus eram confidentiae, ut etiam in medio terraemotu de thermis in urbem ex ſomniis egreſſus, cum viderem ſupplicationes hominum & trepidationes, nihil eſſe metuendum dicerem; nec enim quicquam gravius fore: alioqui me in urbem vocandum non fuiſſe. Deinde ne viderer nimium

1 Terrae motum innuit. *Cant.*

popu-

δημοκοπικός τις εἰ), ἐπέχον, πρὸς δὲ τὰς συμφορὰς διεμαρτυράμην, ὅπως ἀδείας ἔχοιμι, αὐτὰς δὴ τούτους τοὺς λόγους εἰπών. τὰ μὲν δὴ περὶ τοὺς σεισμοὺς, καὶ ὡς βοῦν θύειν αὐλοῖς ἠρξάμεθα, εἴρηται. ὠὸν δέποτε χήνειον ἐζητοῦμεν, ὃ θεὸς σημήνας ὅτι τοῦ ἐν Περγάμῳ καθέδρας, καὶ εὑρίσκεται ὑδαμοῦ τοῦ ἀγορᾶς· ἀλλ' ἦν Μειλάτης ἐξ ἀκροπόλεως, πρὸς τοῦτον ἔρχονται τελευτῶντες, οἱ πρὸς τῇ ζητήσει, κατὰ δὴ τύχην ἅμα καὶ μήνυσιν. καὶ λέγει πρὸς αὐτὰς ὁ Μειλάτης ἔχειν ὠὸν, φυλάττειν δὲ, ἰάματος εἵνεκα· οὕτω γὰρ αὐτὸν προειρηκέναι τὸ θεόν. ἤκουν ἡμεῖς ἐκεῖθεν, ἔφασαν οἱ ζητοῦντες, καὶ ὃς προσκυνήσας, δίδωσιν. ὅ, τι δ' ἐχρησάμην λαβών, οὐκ οἶδα, ἐπεὶ πλῆθος ἐτῶν. πρὸς πλησίον δὲ τούτῳ, τὸ ἐκ τῆς Ισιδος, κατ' ἀρχὰς ἐπὶ τῆς ἀθηνείας, πρὸς χηνῶν αὐτῶν γενόμενον. διέτριβον ἐν τοῖς ὕδασι τοῖς θερμοῖς, καὶ ὁ θεὸς κελεύει, θύσαι ἑαυτῷ χῆνας δύο. ἦειν εἰς τὴν πόλιν, προπέμψας τοὺς σκευοφόρους, καὶ προειπὼν ἅπασιν εἰς ὃ ἱερεῖον τῆς Ισιδος, τοὺς χῆνας ἔχοντας. ἄλλοι μὲν οὖν χῆνες οὐκ ἦσαν ἐκείνου τοῦ ἡμέρου, δύο δ' ἴσην μόνῳ· προσελθοῦσι δ' αὐτοῖς καὶ ὠνουμένοις, ἔφη ὁ τρέφων τοὺς χῆνας, ὡς οὐχ οἷός τ' εἴη πωλῆσαι· προειρῆσθαι γὰρ αὐτῷ ὑπὸ τῆς Ισιδος, φυλάττειν Αριστείδῃ· πάντως δ' ἥξειν καὶ θύσειν. ὡς δ' ἔγνω ὅ πᾶν, ἐξεπλάγη τε, καὶ προσκυνήσας δίδωσι· καὶ ταῦτα ἐπ' αὐτῆς τῆς θυσίας ἔγνων ἐγώ. ἐγένετο δὲ καὶ φῶς πρὸ τῆς Ισιδος, καὶ ἕτερα ἀμύθητα φέροντα εἰς σωτηρίαν. ἐφάνη δὲ καὶ ὁ Σάραπις τῆς αὐτῆς νυκτὸς, ἅμα αὐτός τε καὶ ὁ Ασκληπιὸς, θαυμαστὸ ὅσον κάλλος καὶ ὅ μέγεθος, καὶ πινα τρόπον ἀλλήλοις ἐμφερεῖς. γενομένης δὲ τῆς περὶ Ζώσιμον[1] συμφορᾶς, (ἃ γὰρ μελλούσης
566 προεῖπε καὶ παρεμυθήσατο ὁ θεὸς, παρίημι) ἀλλ' ἐπειδὴ ἐγένετο, καὶ χαλεπῶς εἶχον ἀπὸ τῆς λύπης, ἐδόκει μοι σμίλιόν τιν' ἔχων ὁ Σάραπις ὥσπερ κάθηται τῷ σχήματι, περιτέμνειν μου τὰ κύκλῳ τοῦ προσώπου[2] κἀγὼ αὐτόπους ὃ ὀρίζηλον· οἷς λύματ' ἀφαιρῶν καὶ καθαί-

popularis esse, me continui, apud meos interim contestatus, quam securus essem, iisdem pene verbis. Ac de terraemotu quidem, & bove mactato, haec dicta sint. Cum autem aliquando ovum quaereremus anserinum, quod ita Deus Pergami jusserat, nec usquam in foro reperiretur, esset autem Milates quidam ex arce, ad eum denique venerunt, qui ovum quaerebant, fortuna simul & indicio deducti. Cumque diceret Milates, habere se ovum, sed id remedii causa servare, quandoquidem ita Deus jusserat: Nos vero, inquiebant illi, inde sumus. Tum ille veneratus dedit. Quid autem ovo fecerim, prae annorum numero excidit. Huic autem genuinum est id, quod initio morbi de anseribus ipsis ab Iside factum est. Nam cum in thermis versarer, jussit me duos anseres Dea sibi sacrificare. Itaque ad urbem concessi, praemissis qui spectarent, ac praemonens, ut in Isidis cum anseribus occurrerent. Et quoniam hoc tempore alii non erant anseres, praeter duos duntaxat, accedentibus emptoribus respondet homo, non sibi licere eos vendere, quoniam Aristidi ab Iside sit jussus servare; eum enim venturum, & eos mactaturum. Ut autem rem cognovit, obstupefactus pariter ac veneratus, anseres dedit: atque id ego inter sacrificandum demum intellexi. Lumen praeterea ab Iside extitit, aliaque infinita, quae ad salutem spectabant. Quin etiam Sarapis eadem nocte apparuit, & ipse simul Aesculapius, pulcerrimi ambo atque maximi, & inter se quodam modo similes. At cum Zosimo calamitas acciderat (nam quae de futura praedixit, & me consolatus est Deus, omitto) atque ego ex dolore male habebam; visus est mihi Sarapis cum scalpello, prout est ejus sedentis figura, faciem undique circuncidere, quasi eam sordibus ablatis purga-

1 De qua in fine primi. *Cant.* 2 Illa κἀγὼ αὐτόπους τὸ ὀρίζηλον adduntur. *Cant.*

ret,

ρων, ϗ μεταβάλλων εἰς ὃ ϖροσῆκον. ὥστε ϗ ὕστερον, ὅψις μοι γίνεται ϖερὶ τ̃ χθονίων θεῶν, εἰ τὸ σφόδρα τ̃το λυπεῖσθαι ὀπὶ τοῖς τελευτῶσιν ἂν ἦν, σωφρόσυνον μοι ὀπὶ ὃ βέλτιον. πολὺ δὲπι τ́των φερεσβύτερον ἦχε τὰ χρόνῳ ὕστερον φανησόμενα, ἐν οἷς αἵ τε δὴ κλίμακες ἦσαν, αἱ ὃ ὑπὸ γῆς τε ϗ ὑπὲρ γῆς ἀφορίζουσαι, ϗ ἑκατέρωθι κράτος ὃ θεῦ, ϗ [1]ἕτερα ἔκπληξιν θαυμασίαν φέροντα, ϗ οὐδὲ ῥητὰ ἴσως εἰς ἅπαντας, ὥστε ἀσμένῳ μοι φωνῆναι σύμβολα ὃ Ασκληπιῦ. κεφάλαιον δ' ἦν ϖερὶ τ̃ ὃ θεῦ δυνάμεως, ὅτι ϗ χωρεῖ ὀχημ̃, ϗ χωρεῖ σωμάτων, ὁ Σάραπις οἷός' εἰσι νομίζειν ἀνθρώπους ὅτι βύλοιτο. τοιαῦτα ἦν τὰ τ̃ τελετῆς· ϗ ἀνέστην, ὡ ῥᾴδιος γνωσόμενος, ϗ ϖρὸς τ́τοις, θυσία τις ἐδηλ̃το, ὀφειλομένη μὲ Διΐ, ϗ ϖρόῤῥησιν μέντοι· ἀποδοθεῖσα δὲ ὡς ὃ Σαράπιδος ὖσα, ἀπεδόθη δὲ ϗ ὡς ὃ Διΐ, ἔχω δὲ λέγειν ϗ τ̃ις ἱερ̃ις ἡμέραις, ἃς ἡ πόλις ἡ τ̃ Αλεξανδρέων ποιῇ ὃ θεῷ, πολλὰ δὴ πολλάκις αὐτὸν ὠφεσημήνθη, ϗ κατ' αὐτὴν ἑκάστην, ϗ ϖροσαγάγοις ἔτι. εἰ δὲ δεῖ τι ϗ φοβερώτερον διηγήσασθ, ἐτεθύκειν τῇ Ισιδι ϗ τῷ Σαράπιδι ἐν τῷ τ̃ Ισιδος ἱερῷ, λέγω τ̃το ἐν Σμύρνῃ γενόμενον· ἐξιόντι δέ μοι τὰ ϖρόπυλαια, ϖροσεῤῥύησ χῆνες δύω τ̃ ἱερ̃ν, ϗ παρελθόντες εἰς ὃ ϖρόσθεν, ἡγ̃ντο ὥπως ἀκριβ̃ς κατ' αὐτὸ ὃ βαίνειν ἔμελλον, ὥστε ὀπίθυλον εἶναί μοι. καγὼ νῷ τε ἔλαβον ὃ ϖρ̃γμα, ϗ ϖρὸς τὺς φίλυς ϗ τὺς ϖροπέμποντας, ἰδὺ ϗ οἶδε, ἔφην, ϖροπέμπυσιν ἐν ᾧ τ̃ φίλων δὴ χορῷ· ϗ ἅμα ἔλεγον ϖερὶ τ [2]ὃ θεῦ χρηστότητος ϗ δυνάμεως, πόση τις εἴη, ϗ χ' φήμας ϗ χ' συμβόλυς, ϗ ὅτι πολλάκις ἤδη μοι ἐπὶ τ εὐχ̃ς ἦλθεν ἡ ἀπόκρισις· ϗ νῦν ἔφην ἡγεμόνας τινὰς ἡμ̃ν τ ὁδ̃ τύσδε ἀπέσταλκε. τι αὐτὶ ϖροσλεγόμενα ϗ ἅμα ἐπῃρόμεν, τί ἄρα δράσυσιν· ἄπιμέν τε δὴ ὃ ἱερ̃, ὐκ οἶδ' ὁπόσόν τι, κἀγὼ τοῖς φίλοις ἐνδεικνύμενος, ϖροσπαίζω τὺς χῆνας, καὶ λέγω, ἱκανῶς ἡμ̃ν, ὦ [3]ἄνδρες, λελειτύργηται, πορεύεσθε. ὐκ ἔφθην εἰπ̃ν· ϗ οἱ μεταφραφέντες, ἀπῆσαν.

ret, & in integrum reſtitueret. Itaque poſt etiam dii inferi per ſomnium indicarunt, ſi quidem nimius iſte luctus morientium cauſa fieret, id mihi profuturum. Sed magis horrenda fuerunt poſteriora viſa, in quibus & ſcalae erant, quae ſuperna ab infernis diſtinguerent, & utrobique Dei vis, atque alia multum ſtupenda, nec apud omnes fortaſſe proferenda: ſic ut grata mihi apparerent Aeſculapii ſigna. Summa vero ad Sarapidis potentiam ſpectabat, qui etiam ſine vehiculis & corporibus poſſet homines, quocunque vellet, perducere. Talia cum fuiſſent initia, ita ſurrexi, ut non facile agnoſcerer: cum inſuper ſacrificium quoddam indictum fuiſſet, quod Jovi quidem debebatur, & oraculum expectabat: verum tanquam Sarapidi fuit oblatum, nec non tanquam Jovi, atque adeo feſtis etiam diebus, quos Deo celebrat Alexandria: poſtquam multa ſaepius ante ipſos, atque ipſorum ſingulis oſtendiſſet. Ut autem aliquid etiam referam magis horrendum, cum Iſidi & Sarapidi quondam in Iſidis templo Smyrnae ſacra feciſſem, veſtibulum egreſſo anſeres duo ſacri occurrerunt, ac progreſſi tam exacte me, quo iturus eram, praeceſſerunt, ut id evidenter animadverterem. Tum ad amicos, & eos qui me deducebant, converſus, hi quoque, inquiebam, in amicorum numero nos deducunt: ac ſimul de ſeveritate Deae loquebar, ejuſque poteſtatem circa rumores & omnia praedicabam, ac ſaepe jam mihi ad preces datum eſſe reſponſum; & nunc adeo duces illam nobis iſtos miſiſſe inquiebam. Dum autem de his colloquebamur, quid agerent, interim obſervabamus; ac poſtquam aliquouſque a templo diſceſſimus, ego anſeribus alludens, ſatis, aio, nobis miniſtratum eſt, abite. Quae cum vix dixiſſem, illi averſi diſceſſerunt.

1 Lege ἕτερα. 2 Iſtud τ̃ delendum videtur.

SA-

ΑΡΙΣΤΕΙΔΟΥ ΙΕΡΩΝ ΛΟΓΟΣ ΤΕΤΑΡΤΟΣ.

Honores, ab Aeſculapio & Praetoribus Romanis ob eloquentiam ſibi tributos, recenſet.

ΕΤΕΙ δεκάτῳ τῷ εἰκοντι τ̃ ἀσθενείας, ἐπελθὸν φάσμα, ἔλεγε τοιάδε· ἐγὼ τ̃ αὐτὼ νόσον νοσήσας τῷ εἰῴοντι τῷ δεκάτῳ ἔτει, βυλομένῳ τ̃ Ασκληπι῀ πορευθεὶς ὅπῃ τὰς τόπυς, ἐν οἷς ἡ νόσος ἤρξατο συλλέγεσθαι, ἀπηλλάγην. τοιαῦτ' ἦν τὰ λεχθέντα, καὶ ἐδόκει γεγράφθαι· διήγομεν δὴ κ̀ τότε, περὶ ὃ ἱερὸν τ̃ Διὸς τ̃ Ολυμπίυ. χειμὼν δ' ἦν, ὀλίγον μὴ τεσπάς· ὁ δ' ἀὴρ ἤπιος. χρησθέντων δὲ τύτων, ἦν, ὡς εἰκὸς, χαρά τε καὶ ὁρμὴ θαυμαστὴ πρὸς τ̀ ἔξοδον. ἀπέχει δὲ ὁ Αἴσηπός τε καὶ τὰ ἐπ' αὐτῷ θερμὰ ὕδατα,
569 δυοῖν ἡμερῶν ὁδὸν, τ̃ περὶ ὃ ἱερὸν τόπυ τύτυ. καί μοι τὸ σῶμα ἐκεῖ πρῶτον ἐρρώλιαθε, χειμῶνος ὥρᾳ ψυχθὲν, ὑσθέντι λαμπρῶς ὅπῃ λυτροῖς πολλοῖς, ἐκπύρας ἤδη πρὸς ὃ χωρίον καὶ τ̀ ἔπαυλιν ἀπελαύνοντι τ̀ ἐμαυτῦ πλησίον ὄσαν, ὥσγ' ὑπνῳ φᾶναι. πρὸς μέντοι τ̀ πρόντα χαλεπὸν καὶ ἀφ' ὧν ἐπανήειν, κ̀ πλείω ἦν τ̃ δέοντος, καὶ τύτοις δὴ ἐπιγίνεται ἡ εἰς Ιταλίαν δυσχερὴς ἔξοδος ὀλίγαις ὕστερον ἡμέραις. ταῦτα μὲν δὴ προγεγόνει πρότερον ἔτει δεκάτῳ· τότε δ' ὡς εἰς θεωρίαν ἐστελλόμεθα ὑπ' εὐθυμίας αὐθείας τε ὕσης θαυμαστῆς, κ̀ τ̀ ὁδῦ δεχομένης. ἔπι δὲ [1] Ποιμανηνὸς χωρίον τῆς Μυσίας, καὶ ἐν 1. ἔστι
αὐτῷ ἱερὸν Ασκληπι῀, ἅγιόν τε κ̀ ὀνομαστὸν, ἐνθαῦτα ἐτελέσαμεν σταδίυς ἑξήκοντα μάλιστα καὶ ἑκατόν· κ̀ τύτων τὰς ἑξήκοντα, σχεδὸν νυκτὸς, ἅτε καὶ [2] πρωϊκούσης τῆς ἡμέρας χωνθέντες, καί πνι καὶ πηλῷ περὶ τῦτον ἤδη τὸν τόπον ἐπετύχομεν, ἐξ ὄμβρων πρωτέρων, ὑ ῥᾳδίῳ διεξελθεῖν· ἡ δὲ πορεία ἐγίγνετο ὑπὸ λαμπάδων. ἐνθαῦτα δὴ παντελῶς οἱονεὶ καθιερώμην τε κ̀ εἰχόμην, καί μοι πολλὰ μὴ εἰς αὐτὸν τ̀ σωτῆρα ἐποιήθη μέλη, ὡς ἔτυχε

SACRORUM SERMONUM IV.

DECIMO morbi mei anno ſpectrum ad me accedens, ita locutum eſt: Ego cum eodem laboraſſem morbo, decimo anno vertente ad ea loca, in quibus erat morbus exortus, juſſu Aeſculapii profectus ſanitatem recuperavi. Haec pronunciabantur, ac deſcripta eſſe videbantur, cum quidem nos etiamnum juxta templum Jovis Olympii verſaremur. Erat autem hyems, non longe a ſolſtitio; atque aer temperatus. Cum autem hoc accepiſſem reſponſum, gaudebam, ut aequum erat, & exire properabam. Abeſt autem Aeſepus, atque ejus thermae, bidui ab hoc templo itinere. Ibi enim primum corpus coepit flacceſcere, poſtquam hyeme poſt lotiones multas larga pluvia rigatum fuit, cum veſperi ad agrum & villam mihi vicinam, ut ita loquar, contenderem. Et quanquam eo tempore plus ſatis habebam ex reditu incommodi, acceſſit tamen paucis poſt diebus iter Italicum difficile. Atque haec quidem ante decem annos acciderant; tum vero quaſi ad pompam prae laetitia proficiſcebamur, cum & aer valde ſerenus eſſet, & via facilis. Ad Poemanenum autem Myſiae, agrum, in quo eſt etiam Aeſculapii templum, celebre & ſacrum, centum fere & ſexaginta confecimus ſtadia; ac ſexaginta quidem nocte propemodum, quoniam diluculo proficiſcebamur, ubi & luti copia quaedam ex imbribus prioribus moleſta nobis fuit: idque cum facibus. Heic ego totum Deo me quaſi conſecrabam, ac multa tum in ipſum Servatorem conſcripſi cantica, dum in

1 Lege Ποιμανηνόν. Vide quae de hac re dicuntur in Clariſſ. Maſſoni Prolegomenis. 2 Lege πρωϊκούσης.

καθήμενος ὅτι ὑ ζεύγοις· πολλὰ δὲ εἰς τε τ̃ Αἴσηπον καὶ νύμφας, καὶ τὴν Θερμαίαν Ar- 570
τεμιν, ἣ τὰς πηγὰς τὰς θερμὰς ἔχει, δῦναι λύσιν ἁπάντων ἤδη τ̃ν δυσχερῶν, καὶ κα-
ταστῆσαι πάλιν εἰς ὃ ἐξ ἀρχῆς. ὡς δὲ ἐγενόμην ἐν τ̃ Ποιμανηνῷ, χρηματίζει τε ὁ θεὸς
καὶ ὑπισχνεῖται ἡμέρας· καὶ καθαίρει τὴν ἄνω, καὶ σχεδὸν ὑκ εἰσάπαξ. καὶ γίνεται ὅταν
ἀνθρώπῳ γεωργῷ, ὃς ἐμὲ ὐκ ᾔδει πω, πλὴν ὅσον ἤκουεν· ἐδόκει τινὰ αὐτ̃ λέγειν, ὅτι
Ἀεσεύδης ἐχίδνης κεφαλὴν ἐξεμεμεκὼς εἴη. ταύτην δὲ ἰδὼν τὴν ὄψιν, φοβεῖται τ̃ ἐμ̃ν
πνεῦμα· ὅδ' ἐμοί. καὶ τοῦτο μὲν δὴ τοιοῦτον. ὡς δ' ἀπέπεμπεν ὑπὸ τ̃ Αἴσηπον, λυπ̃ν μὲν ἐκεί-
νων αὐτόθεν τεθραύσθαι ἀπέχεσθαι, τὴν δ' ἄλλην δίαιταν ἔφασκεν ἐφ' ἡμέρα. καὶ ζῶ-
μαι δὴ, καθαρμοί τε ἐγίγνοντο ὑπὸ τοῦ ποταμοῦ, ὑπὸ κωνείων, καὶ καθάρσεις οἴκοι δι' ἐμέ-
του. καὶ τριῶν ἢ τεττάρων ἡμερῶν διαγενομένων, γίγνεται φωνὴ δι' ὀνείρατος, ὅτι πέρας τε
ἔχοι, καὶ ἐπανήκειν δεῖ. ἦν δὲ ὑ μόνον τελετ̃ῇ τινὶ ἐοικὸς, ὅτι θείων τε καὶ τεθαυμάσμων τ̃ν
ὁρωμένων ὄντων, ἀλλὰ καὶ συνέπιπτέ τι θαυμαστὸν ἀληθείᾳ, ἅμα μὲν γὰρ ἦν [1] εὐθυμεῖσθαι χαί-
ρειν, καὶ εὐκόλοις εἶναι καὶ τ̃ ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος. ἅμα τ' οἶν ἀπιστεῖν, εἴποτε ταύτην 571
ἰδεῖν ἐξέσται τὴν ἡμέραν, καὶ ἧ τις ἐλεύθερον αὐτὸν τ̃ν τοσούτων πραγμάτων ὄψεται·
πρὸς δὲ καὶ δεδιέναι μή πῃ τί τ̃ εἰωθότων αὖθις συμβαίνῃ, λυμαίνηται τὰς περὶ τ̃ ὅλων
ἐλπίσι. κατεσκεύαστο μὲν ὕτω τὰ τ̃ς γνώμης, καὶ μετὰ τοιαύτης ἡδονῆς ἅμα καὶ ἀγω-
νίας ἡ ἀναχώρησις ἐγίγνετο· θεῶν δὲ ὕτω διδόντων, ἐγένετο ἀπὸ τούτων ἤδη τ̃ν χρό-
νων μεταβολὴ περὶ πᾶν τὸ σῶμα καὶ τ̃ δίαιταν σαφὴς· καὶ τοῦτο ἀέρα ὑποῆρξε μᾶλ-
λον φέρειν καὶ ὁδοιπορεῖν ῥᾳστώνως, οὐδὲν ἔλαττον τ̃ πρὸς ὑγρολλιὰ ἐρρωμένων. καὶ τ̃ν
σκεπασμάτων περιτὰ ἀφῃρέθη, οἵτε ἀνώνυμοι καταῤῥοι καὶ σφάκελοι περὶ τὰς φλέβας,
καὶ τὰ νεῦρα ἀπεπαύσαντο. τροφὴ δέ πως ἤδη διῳκεῖτο, καὶ ἀγῶνας ὑπετελεῖς ἠγωνιζόμεθα
οἴκοι τε καὶ ἐν τοῖς δημοσίοις. καὶ δὴ καὶ πόλεις εἰσήλθομεν ἡγεμόνα θεὸν μετ' τ̃ς ἀγαθ̃ς

curru ſedebam; tum in Aeſepum, Nymphas, ac Thermenſem Dianam, thermarum praeſidem; ut ab omni me tandem liberarent moleſtia, & priſtino redderent vigori. In Poemaneno deinde jubet me Deus aliquot dies morari, & a ſuperiore parte purgari non ſemel. Tum ruſtico cuidam, qui me nunquam, niſi ex auditu, cognoverat, viſus eſt quidam ſecundum quietem dicere, Ariſtidem viperae caput evomuiſſe. Hoc ille ſomnium cuidam meorum retulit, atque hic mihi. Et haec hactenus. Poſtquam autem ad Aeſepum me dimiſit, illis quidem lavacris ibidem juſſit abſtinere, aliam vero diaetam quotidie praeſcripſit. Quin etiam in fluvio purgabar certis legibus, & domi per vomitus. Poſt tres vel quatuor dies extitit vox per ſomnium dicentis, abſoluta omnia, ac redeundum eſſe. At hoc non eo tantum initiorum quandam referebat ſpeciem, quod tam divina & inſolita eſſent ea, quae contingebant, ſed & quia mirabile quiddam ſimul accidebat, cum pariter & gauderem, atque animo ſimul & corpore bene affectus eſſem, & perſuadere mihi quodam modo non poſſem, fore ut eam aliquando viderem diem, qua liberatus a tantis moleſtiis conſpicerer; ſimulque metuerem, ne quid ſolitum rurſus interveniens, ſpem totam deſtrueret. Atque hoc quidem animo tunc eram, & tali cum gaudio ſimul & pavore diſceſſi: deinceps vero, deorum gratia, manifeſta per corpus totum, & diaetam obvenit mutatio; ſic ut & aerem ferrem facilius, nec minus iis, qui ſunt robuſtiſſimi, iter facerem. Tum veſtes ſupervacuae ſunt ablatae, catarrhis neſcio quibus, venarumque & nervorum ſphacelis ceſſantibus. Cibum quoque digerere quodam modo coepimus, atque integra obire certamina, partim domi, partim publice. Quin & urbes Deo duce cum bona fama & for-

1 Lege εὐθυμεισθαι καὶ χαίρειν.

tuna

φήμης ϗ τύχης. καὶ χρόνοις δ' ὕστερον, ἡ λοιμώδης [1] ἐκείνη συνέβη νόσος, ἧς ὅτε σωτὴρ ϗ
572 ἡ δέσποινα Ἀθηνᾶ, θεῖραπεῦσε ἐρρύσαντό με. καὶ ἐξ μῆνας μέν πινας θαυμαστῶς ὡς, τὸ μὴ τοῦτο δύηλθον· ἔπειτα ἡ ξηρότης πολλὴ ξυνέβη καὶ ἕτερα ἠνώχλησεν· ἃ πάντα ὁ θεὸς καθίστη τε, ϗ συνῆρμόσε, καθίστη ταῖς ἐφημέρεσι διάταις, καὶ θεῤῥήσεσι. τότε δ' ἦν ὡς ἐπανῆλθον ἀπὸ τοῦ Αἰσήπου, εὐθὺς μὲ θεραπεύοντος, ἐγίγνοντο φῆμαι καὶ παιδίων καὶ ἄλλων ἀγαθαί, καὶ παίζοντα ἐν αὐλοῖς ἐδόα, Καλῶς κυρίῳ. καὶ ὁ τροφὸς εὐθὺς ἀνεσήκε ϗ ἀπήντα, καὶ ἔῤῥωτο, καὶ ἦν ἄῤῥ εἰκὼν ὅτι τοιούτοις. ἔπειτα κελεύει ὁ θεὸς, ὡς δεῖ αὐτὶ τοῦ καλυπτοῦσαι ἐπαμήσασθαι τὴ λευκὴν γῆν, τὴ ἐν παλαίστρᾳ δὴ τόπον, βεβαιότητος ἕνεκα, ϗ ὡς εἴη τόπον τινὰ ϗ τοῦτο ἐκπεπληρωμένον. ἔτι δὲ λύσασθαι ψυχρῷ, τὸ δ' ἦν ἄρα χιόνι λύσασθαι· οὕτω πάντα κατεῖχεν ἡ χιὼν, καὶ ἔδαφος, ϗ δένδρα, καὶ κρήνας. ϗ δῆλον δὴ ὅτι ϗ ζῶντα ὑπεκύομεν ἀσμένως. τοιαῦτα μὲ χτ[ι] τὴ πορείαν τὴ ἐπ' Αἴσηπον, ϗ τὴ ἐκεῖθεν αὖθις ἀναστροφήν. ἦν δὲ ἡγεμὼν τῆ Ασίας τότε, ἀνὴρ ϗ μάλα τῶν γνωρίμων, Σέβηρος τὸ ἀπὸ τῆ ἄνω-
573 θεν Φρυγίας· περὶ ὃν θαυμαστὰ ἐτεφάνθη τῷ θεῷ, ἀμφέροντα ἐμοί· περὶ ὧν ἴσως ἐφεξῆς ἂν εἴη λέγειν. τὸ μὲν οὖν πρῶτον ὥσπερ ἔφην, οὕτω πρέπει μοι διελθεῖν εὐθὺς τὰς περὶ τοῦτο εὐεργεσίας. ἔπειτ' ἔδοξαν ἀνελθεῖν ὅπη τὰς ἄνω χρόνους, καὶ τὰς ἄλλας τεθεικήσασθαι τῶν θεῶν τιμὰς, εἰς τὸ δυνατόν· πρῶτον μὲ τὰς εἰς τὰς λόγους γενομένας, καὶ ὅσαι τιαῦται· ἔπειτα τὰς ὅπη τῆ τεταξέως τῆ χτ[ι] τὰς ἡγεμονίας. ἔπειθ' ὅταν συμβαίνῃ ταὐτὸ τῶν χρόνων, ὅρος τὶς κείσε) τοῦ προτέρου λόγου, τοῦς ὃν τὰ λοιπὰ συνάπτειν δέησε. ἐνιαυτὸν μὲ γὸ μάλιστα τὴ τοῦτον τῆ ἀσθενείας, ἐξέλιπον τὴ περὶ τοὺς λόγους ἀγρυπνίαν· οἷαν ἐν τοσούτοις τε ϗ τοιούτοις τεθνήμασι τοῦ σώματος, καὶ ἅμα, ἀπολυπεῖν. καθημένῳ δέ μοι ἤδη ἐν Περγάμῳ χτ[ι] τὴ κλῆσίν τε καὶ ἱκετείαν, γίγνε) τοῦτό τοῦ θεοῦ τεθνημα ϗ τοῦκλησις,

tuna ſumus ingreſſi. Poſt aliquod tempus peſtis illa graſſari coepit, a qua me Servator, & hera Minerva manifeſte ſervarunt. Cumque ſex deinceps menſes novo quodam modo tranſegiſſem, ſecuta eſt ingens ſiccitas, aliaeque moleſtiae; quae Deus tandem omnia compoſuit, idque, quod ipſius pace dictum ſit, quotidiana diaetae praeſcriptione. Ut autem ab Aeſepo redii, puerorum atque aliorum fauſta nos exceperunt omina, clamantibus quibuſdam, Recte Domino. Nutrix quoque mox ſurrexit, atque occurrit, & convaluit; accedentibus iis, quae ſolita ſunt. Deinde imperavit mihi Deus, ut loco ſepulturae alba terra contegerer, more palaeſtrico; idque firmitatis cauſa, utque hoc etiam aliquatenus perfectum eſſet: tum ut frigida lavarem, quae quidem nix erat; ita quaevis occuparat, arbores, ſolum, fontes. In his autem libenter quoque obtemperavimus. Atque haec in profectione ad Aeſepum, & reditu contigerunt, cum quidem Aſiae Praetor eſſet vir celeberrimus, Severus, ex ſuperiore Phrygia oriundus; cum quo mira Deus egit, quae ad me pertinebant: de quibus deinceps erit forſitan dicendum. Ac primum quidem, ut dicebam, hujus generis beneficia ſic volui percurrere. Deinde ad ſuperiora viſum eſt reverti tempora, alioſque a Deo tributos honores, quantum licebit, narrare: ac primum eos, qui ad eloquentiam pertinent, tum illos, qui cum rebus in unaquaque Praetura geſtis conjuncti fuerunt. Deinde cum inter ſe congruerent tempora, terminus quidam prioris ſtatuetur ſermonis, cum quo reliqua connectantur. Ac primo quidem morbi anno literarum omiſeram ſtudium, cum corpus ita eſſet affectum, ac ſimul deſperaveram. Cum autem Pergami reſiderem, partim vocatus, partim ſupplex, imperat mihi Deus, & adhortatur,

1 De qua in ſerm. ſecundo. *Cant.*

non ducere? Atque haec fere utrinque dicebantur. Poſtea viſus ſum una cum illis exire, & ut ad portam venimus, quae ad templum ducit, cum illi recta ad templum pergerent, tum eos in digreſſu complecti, & quia nos noſtraque ſemper ornarent atque curarent, gratias agere. Jam quam fuerint acceptae litterae, cum ab ipſo Praetore coram omnibus legerentur, atque earum habendarum ſtudio tenerentur omnes; tum quae reſcripſerit ad eas, quaeque poſtremo ſub finem magiſtratus; ea ſi narrarem, partim arrogans fortaſſis viderer, propter eximias, quae in iis comprehenduntur, laudes, partim etiam quaſi minutias quaſdam poſt honores a diis nobis tributos conſectari. Veruntamen quaecunque ad inſtitutum ſpectabant ſermonem, haec fere fuerunt. Atque iſta quidem ſuperioribus accidere temporibus: cum autem hucuſque perveniſſem, & ad alia Dei beneficia pergerem, quaeque ſub aliis Praetoribus & in aliis obvenerunt negotiis, deinceps deſcribere pararem, ſomniavi quiddam interea, quod huc rurſum pertinebat, hoc modo. Videbar apud quoſdam declamare, atque inter dicendum Deum invocare his verbis: Here Aeſculapi, ſi quidem in dicendo excello, multumque excello, mihi ſanitas contingat, invidi vero rumpantur. Quae cum viderer ſomniaſſe, poſtquam dies fuit, libro quodam in manus ſumpto eadem reperio, quae locutus eram. Itaque miratus ad Zoſimum dicere: Vides, ut ea, quae viſus eram dormiens dicere, in libro deſcripta reperiam. Atque ita quidem haec quoque nova cum antiquis conjuncta ſint; an vero Dei ſententiam ſimus aſſecuti, novit ipſe maxime. Et quae quidem ad orationes pertinent, ac quomodo ad eas nos initio perduxerit, & qualem de iis ſententiam tulerit, quaeque ad eam rem dederit oracula, tum quomodo ad vetus nomen Theodorum adjunxerit, ac ſuam nobis naturam oſtenderit, & quaecunque ſunt hujus ge-

τάτα, πάντα μὲ ἂν ἐγὼ εἴρηκα, ὅσα δὲ ἦν ἔναυλα, καὶ ἀφ' ὧν ἔξεστι δεῖ τ' ἄλλων τεκμήρεσθαι. ἐπάνειμι δ' [1] ἂ μικρῷ πρόσθεν ἔφην οὐκ ἐᾶσαι καταλείψειν τ' λόγον· ὡς καὶ τἆλλα σημαίνων καὶ πράττων, καὶ πανταχοῦ φανερὸς ἦν. Σέβηρος ὁ τ' Ασίας ἡγεμών, ἦρξεν οἷμαι σὺν αὐτῷ πρότερον ἢ ἡμετέρᾳ ἑταίρᾳ. ἦν δὲ ἀνὴρ ὑψηλὸς τὰς πρόπας, καὶ ὅ, τι γνοίη καὶ προέλοιτο, οὐκ ἂν ὑφεῖτο οὐδενί. Διατρίβοντος δέ μου περὶ τ' Αἴσηπον τότε, ἃ αὖ περὶ τὸ ἱερὸν τοῦ Διὸς, ἐποίησε τοιόνδε. ἐπέμπετο τοῖς ἡγεμόσι κατ' ἐκείνας τὰς 601
χρόνας ἀφ' ἑκάστης πόλεως, ἑκάστου ἔτους, ὀνόματα δέκα ἀνδρῶν τ' προφέρειν. ταῦτα ἔδει σκεψάμενον τ' ἡγεμόνα, ἕνα ὃν προκρίνειν ἐξ ἁπάντων, καθιστάναι φύλακα τ' εἰρήνης. οὐκ οἶδα πολίσματος τ' Μυσίας, ὃ τ' ὄνομα οὐδὲν δέομαι λέγειν, ἀφικνεῖται πρὸς αὐτὸν, τὰ προκειμένα ὀνόματα· ὧν οὐδένα τῶν ἐμῶν σαφῶς εἰδὼς, ἀλλ' ἢ τοσοῦτον ἀκηκοὼς, ὅτι κτήματα εἴη μοι περὶ τ' τόπον τοῦτον, ἃ τ' ἄλλην μοι δοκεῖν τάξιν ὅπερ ἃ τ' ἀφορμῶν, παριδὼν καὶ ἀπιμάσας ἅπαντα τὰ πεμφθέντα ὀνόματα, προσῆκεν ἄρχειν ἐμέ· οὐκ εἰθυμηθείς, ὅθ' ὅτι τῇ Σμύρνῃ προσήκειν πολλοῖς πρότερον χρόνοις, πρὶν ἐκείνης γενέσθαι πόλεως ἐλπίδας, ἃ δ' ὅτι πᾶν ἄλλοιον τὸ ἡμέτερον. καὶ πέμπει δὴ τοῖς ἄρχουσιν ὀψιολίβῳ, οὐκ αὐτοῖς ὀψιείλας, ἀλλ' ἐμοί. οἷσδ' ἐλθόντες, ἀπεδίδοσαν. τὰ δὲ γράμματα ἐκέλευε, προσῆναι τῆς εἰρήνης. ἦν οὖν ἀπορία πολλή. ἅτε γὰρ ἔκκλητον ἦν ποιήσαι τῷ δίκῃ, πρόδηλος ὄντος ἀντιδίκου ἐν μέσῳ, ἀλλ' αὐτὸς ἦν ὅ τε δῆμος τ' νόμα καὶ ὁ ὀπίκυρος· ἃ δ' 602
εὑρεῖν, ὅτῳ τις μάχοιτο, ἢ πρὸς ὄντινα, καὶ ὅπως ὃ πρᾶγμα καταστήσαιτο. ἀλλ' ἢ τοσοῦτον συνέδοξε κοινῇ βουλευομένοις ἡμῖν τε καὶ τοῖς ἄρχουσι, ποιήσασθαι τῷ ἔκκλητον, ὡς δὴ πρὸς αὐτὰς τὰς ἄρχοντας, τὰς ἀποδιδούσας τὰ γράμματα. ἐσαῦερα τὲ ἐπέρχεσθαι· καὶ ἠρώτων τ' θεὸν, τί τε εἴη ταῦτα, ἃ τί χρὴ ποιεῖν. καί μοι γίγνεται τὸ ἔπος ὃ ἐκ Δελφῶν,

neris, ea nos omnia quidem nullo pacto recenſere potuimus, ſed quorum memores eramus, & e quibus de reliquis liceat conjecturam facere. Jam vero, unde paulo ante relicto ſermone inſtituto ſum digreſſus, eo revertor; ut oſtendam, eum in aliis quoque indicio nobis ac providentia ſua praeſto ubique fuiſſe. Anno prius, ut arbitror, quam amicus noſter, Severus Aſiae praetor fuit, vir magnanimus, & qui, quicquid decreviſſet, in eo nemini concederet. Cum autem apud Aeſepum tunc temporis,& rurſum circa Jovis templum verſarer, ita mecum egit. Mittebantur quotannis eo tempore ad Praetorem ex urbibus ſingulis nomina decem praeſtantiſſimorum quorumque civium: quae ille conſiderans, aliquem deligeret ex omnibus,quem pacis cuſtodem conſtitueret. Itaque cum ex Myſiae quodam oppidulo, cujus nihil eſt opus nomen dicere, veniſſent ad Severum delecta nomina; ille, qui nihil adhuc rerum mearum cognoſceret, niſi quod agros aliquot eo loco me habere, ac de coetero fortaſſis non infimi eſſe ordinis audierat; rejectis omnibus, quotquot miſſa erant, nominibus, mihi magiſtratum detulit, cum id non cogitaſſet, & ad Smyrnam multo prius, quam ſperaveram, me pertinuiſſe, & ad eam rem ineptum prorſus eſſe. Mittit deinde ad Praefectos epiſtolam, non ad ipſos, verum ad me datam: quam cum illi reddidiſſent, ac juberent me litterae paci praeeſſe, magnopere perculſus fui. Nam nec provocare licebat, cum non extaret adverſarius, verum idem Praetor nomen & dediſſet & confirmaſſet; nec cum quo quis contenderet, aut quomodo cauſam inſtitueret, reperire. Hoc tamen nobis ac Praefectis communiter deliberantibus viſum eſt, ut provocatio quaſi ad ipſos Praefectos, qui litteras tradiderant, fieret. Jam cum veſperi Deum interrogarem, quid haec ſibi vellent, & quid agendum eſſet; Delphicum illud mihi reſponſum eſt,

1 Lege ἔ. *Cant.*

Ego

Εμοὶ μελήσῃ ταῦτα, ϗ λευκαῖς κόραις. ποῖ οὖν τοῦτο ἐτελεύτησεν; ἡμέραις ϑ πολλαῖς ὕστερον ἐξ Ιταλίας ἀφικνῆνται ὑπατολαί μοι παρὰ τῶν βασιλέων, τοῦ τε αὐτοκράτορος αὐτοῦ, ϗ παιδός· ἄλλας τε εὐφημίας ἔχουσαι, ϗ τὴν ἀτέλειαν ὑποφερομένην τοῖς λόγοις, εἰ τυγχάνοιμι χρώμενος αὐτοῖς. ἦκεν δέ μοι ϗ παρὰ Ηλιοδώρου τοῦ τῆς Αἰγύπτου ἐπάρχου γενομένου, γράμματα ἅμα τοῖς βασιλικοῖς, ἐμοί τε αὐτῷ, ϗ ἕτερα ὑπὲρ ἐμοῦ τῷ ἡγεμόνι, ϗ μάλ' ἔντιμα ϗ λαμπρά· γραφέντα μὲ πολλῷ πρότερον τῆς χρείας ταύτης, ἀπαντήσαντα δὲ εἰς τὸν καιρὸν τότε. τὰς μὲν οὖν κόρας τὰς λευκὰς,
603 εἰς τὰς ὑπατολὰς εὐθὺς ἔλαβον. θαρρήσας δὲ τῷ τε χρησμῷ, ϗ τῷ παρὰ τῆς τύχης συμβάντι, κινεῖσθαι μὲ οὐκ οἷός τ' ἦν ϑεοῦ κατέχοντος, πέμπω δὲ γράμματα πρὸς τὸν ἡγεμόνα, τότε σύμπαν δηλοῦν ὁποῖον εἴη τοὐμὸν πρᾶγμα, ϗ ὅτι παντάπασιν εἰσίκασιν οἱ πρὸς αὐτὸν εἰπόντες τοὐμὸν ὄνομα, οὐδὲν πλέον εἰπεῖν, ἢ τοὔνομα· τούς τε ἀφιέναι, ἐδήλουν, οἵτινες εἶεν, ϗ τὰ γράμματα τὰ νεωστὶ ἥκοντα. ἅμα δὲ ϗ αὐτὰ ἔπεμπον, μετ' ἐμῶν, τά τε τῆς συγκλήτου ϗ τὰ τῆς φύσεως. ἔτι δὲ ὄντος μετεώρου τοῦ πράγματος, ὑπολαὶ παντοῖαι παρὰ τῶν ἀγοραίων ἐφοίτων, ὅσοι φιλικῶς ἐδόκουν ἔχειν πρός με, ϗ ἅμα τὰς ἀνάγκας ὁρᾶν ὀρθῶς· τοῦ τε γὰρ δυνάμενος τοῦ ἀνδρὸς ἔφραζον ὅσον, ϗ ὅτι τῶν βασιλικῶν εἴη δικαστῶν εἷς, ϗ μάλιστα δὴ τὸ τόνου τῆς γνώμης ϗ τὸ ῥώμην, ϗ ὡς οὐδ' ἂν εἴη γένοιτο, μεταθεῖτο τῶν δεδογμένων οὐδέν· ἐδέοντό τε, μὴ προπηρεῖν Φαρνακοῦς. γράφω δὴ ϗ πρὸς τούτους μακροτέρα ϗ νεανικώτερα ὑπεπιτηδὲς, εὖ εἰδὼς εἰς τοὺς Σεβήρου χεῖρας ἥξοντα τὰ
604 γράμματα, ϗ δ' ἦκον αὐτοὺς ὑπεικῶς σωφρόνως ἔχειν αὐτοῦ. κεφάλαιον δ' ἦν ὅτῳ ϗ πρὸς αὐτὸν ἐπέστελλα, ὅτι ἀδυνάτα ἀξιοῖεν. μὴ ταῦτα, Σεβήρου μὲ ὀκ τῶν ἄνωθεν χρεῶν, εἰς τὸν Εφησον καθίει, δικῶν ἀγορὰν ἄξων, ϗ τὰ γράμματα ἀναγνοὺς ἐκέλευεν ἀπαν-

Ego providebo rem iſtam, & albae virgines. Quid ergo conſecutum eſt? Paucis diebus interjectis venerunt ad me ex Italia Regum litterae, tum Imperatoris ipſius, tum ejus filii; quae praeter alias, quas continebant, laudes, immunitatem propter ſermones, ſi ipſorum uterer conſuetudine, mihi confirmabant. Ab Heliodoro quoque, qui fuerat Aegypti praefectus, litterae una cum regiis venerunt, partim ad me datae, partim etiam ad Praetorem de me ſcriptae, honorifice ac ſplendide; quae dudum quidem ante hoc negotium datae fuerant, tunc autem opportune ſunt redditae. Primum itaque virgines albas de epiſtolis ſum interpretatus. Deinde oraculo, & fortunae fretus eventu, cum diſcedere per Deum non poſſem, ad Praetorem litteras miſi, quibus & negotium meum illi integrum ſignificabam, & eos, qui nomen meum ad ipſum detulerant, nihil aliud, quam nomen, detuliſſe oſtendebam; tum eos, qui dimiſerant, quales eſſent, declarabam, & eas quae nuper venerant, litteras, quas una cum meis ad illum miſi, tam eas quae commendationem, quam quae ingenium continebant. Dum autem incertus etiam erat rei eventus, forenſium quorundam, quicunque nos amare, & rei neceſſitatem ſatis perſpicere videbantur, mandata varia perlata ſunt, in quibus potentiam viri, qui ex regiis eſſet judicibus, & ſententiae maxime vim ac pertinaciam, ita ut ab ea nullo pacto dimoveri poſſet, exponebant, ac ne fruſtra reluctarer, obſecrabant. Quapropter ad illos quoque longius & confidentius de induſtria ſcripſi, quandoquidem ſciebam fore, ut in manus Severi litterae venirent, quoniam huic eos eſſe familiares audieram. Argumentum autem erat idem atque in datis ad illum litteris: nempe, non poſſe me obtemperare. Poſtea Severus Epheſum ex altioribus locis deſcendit ad agendum forum; lectiſque litteris, eo nos ve-

1 Severi. *Cam.*

τᾶν ἀκεῖσε. ἐγὼ δ' ἔπεμπον. ὡς δ' ἦκεν ἡ κυρία ἡμέρα τᾶς δίκας, παρῆσαν οἱ σύνδικοι. καὶ πρὶν φθέγξασθαι μόνον αὐτούς, ὁ Σέβηρος ἄνωθεν, Ἀριστείδην ἔφη γιγνώσκω, καὶ τᾶς δόξης ἄγαμαι, καὶ συμφημὶ πρωτεύειν τοὺς λόγους, καὶ ταῦτά μοι καὶ πρὸ τᾶς ἐς Ῥώμην φίλων ἐπέσταλται. αὐτᾶμαι δ' αὐτόν, ἔφη, συνάρξαι μοι. τὰ δὲ δίκαια τᾶς ἀτελείας αὐτός καὶ βεβαιῶ, καὶ μένει. ταῦτ' εἶπε δημοσίᾳ· ταῦτ' ἐγράψατο τοῖς ὑπομνήμασι. γενομένης δὲ τᾶς γνώσεως τοιαύτας, οἱ πεμφθέντες πρὸ ἐμοῦ τᾶ δίκας ἕνεκα, ἅμα μὲν τοὺς συνδίκων συγχαιρόντων τᾷ τιμᾷ, καὶ τᾶ ἄλλων μέγα ποιουμένων ὅτι σὺν πρεσβείας μέρει ἔσοιτ' ἔφη ποιεῖν ὁ Σέβηρος, καὶ ὅτι τοῦ ἀτέλειαν κύριον πρὸς ἅπαντα τὸν λοιπὸν χρόνον καὶ ταῦτα ἀπόντι, καί τι καὶ αὐδοῖς εἰς τὸ πρόσω πεπράνθαι νομίζοντες, καὶ οὐ παντάπασιν ἄπρακτοι δοκεῖν ἐπανήκειν, ἅμα δὲ οὐκ ἔχοντες ὅπως χρὴ ποιήσαντες τὸ 605
ἔφεσιν, ἀνθρώπου μὴ κείσεως νόμῳ τὴν ἀρχὴν ἀναπτέντος, ἀλλ' ὥσπερεί χάριν αἰτοῦντος καὶ φιλίας ἀρχήν τινα ταύτην καθιζάμενον, τέρψομένους τοῖς παροῦσιν, ἐπανελθόντες ὡς ἐμέ, διηγοῦνται ὅ πᾶν· οἱ δὲ τούτῳ, καὶ ἡ πρόθεσμία παρελήλυθε ἡ τᾶς ἐφέσεως. ἔτι οὖν ἀποροῦντες ἢ πρότερον ἢ πρότερον διεκείμεθα, οὐ γὰρ ἔμοιγε ἤρκει, πεπιῶσθαι ἀφανεῖς. πάλιν δὴ προσκείμενοι τῷ θεῷ· δεόμενός τε καὶ πιθανόμενον, τί τις ἂν χρήσαιτο τῷ πράγματι τούτῳ. καί μοι δίδωσιν ὄναρ θαυμαστὸν οἷον· ὃ τὰ μὲν καθέκαστα, οὐκ ἂν οἷός τ' εἴην εἰπεῖν, ὅ δ' ὥσπερεὶ κεφάλαιον ὅπως ἔσχεν. ἐδόκουν τῷ γραμματεῖ τῷ ἡγεμόνος ἀφαλέσθαι περὶ τούτων, ἥκειν δ' αὐτὸν ὡς ἐμέ. ὡς δ' ἀκούσαι πάντων, ὑποχνεῖσθαι λύσειν τε καὶ μεταθήσειν τὰ γεγραμμένα, πρέσθαι δὲ κελεύειν ὅσον δραχμὰς πεντακοσίας. γενομένου δὲ τοῦ ὀνείρατος, τῇ μὲν ἡδίων γίγνομαι, ὅτι ἐπαγγελία τις ἐφαίνετο σώσειν, καὶ οὐκ ἄπορος ἄρνησις ἦν· τῇ δ' ὥσπερ εἰς ἑαυτὸν φέρειν ἐδόκει μοι. πῶς γὰρ ἄν τις πεντακοσίων δραχμῶν ὠρίατο πρᾶγμα τοσοῦτον, καὶ ταῦτα παρ' ἀνδρὸς, ὅτῳ μὴ ἀδωροδοκήτου, ὡς πρότερον γε ῥᾳ- 606

nire juſſit. Itaque miſi, qui irent. Ut autem dies venit, ac proclamatum eſt nomen, aderant ſyndici. Hi antequam loqui coepiſſent, Severus mox e loco ſuperiore, Ariſtidem, inquit, cognoſco, & gloriam admiror, atque eloquentiae primas ferre aſſentior, idque mihi Roma ab amicis ſcriptum eſt. Cupio autem, ut mecum imperet. Immunitatis vero jus ipſi confirmo, ac manet. Haec publice dixit, & in inſtrumenta retulit. Tale cum eſſet factum decretum, ii qui a me litis cauſa miſſi erant, cum partim aliquid a ſe perfectum, nec omnino re infecta ſe redituros arbitrarentur (nam & ſyndici gratulabantur honori, & magni faciebant alii, quod haec ſe conſolandi cauſa feciſſe Severus dixerat, & immunitatem perpetuam in poſterum abſenti confirmarat) partim provocandi modum ignorarent, cum Praetor non judicii forma deferret imperium, ſed inſtar beneficii peteret, atque ab hoc initio amicitiam quodammodo auſpicaretur, contenti redierunt, ac mihi rem totam narrarunt, cum interim provocationis dies tranſiiſſet. Itaque pejore in loco, quam prius, eramus, cum mihi fruſtra collatus honor non ſufficeret. Quocirca ad Deum me retuli, obſecrans eum & interrogans, quid eſſet in hoc agendum negotio. Ille vero ſomnium miſit admirandum; cujus ut partes ſingulas dicere non poſſum, ita ſummam breviter complectar. Videbar cum ſcriba Praetoris, qui ad me venerat, his de rebus colloqui. At ille ut audivit omnia, promittit ſe aboliturum & mutaturum ea, quae jam conſcripta erant, ac quingentas fere drachmas jubet impendere. Quod cum ſomniaſſem, partim hilarior ſum factus, quia promiſſionem quandam res continebat, nec aperte negabat; partim quaſi eodem relabi me exiſtimavi: quomodo enim quingentis drachmis rem tantam quis redimeret, ab eo praeſertim viro, qui & ita integer eſſet, ut facilius fluviorum

θρα τῶν ποταμῶν ἄν τινα φῆσαι, ἢ ἐκεῖνον πείσαθαι, ὅτῳ δ' αὖ δεινῷ πρεῖ πρᾶγμα; ἢ πάντων ἥκιστα ἂν ἐξαπατηθέντος; ἔοικεν ἡ ὑπόκρισις ἄρνησις εἶ), [1] ἠπεῖναι γὰρ ὃ ἀδύνατον. ταῦτα ἐπόρων· καὶν τούτῳ σκάλῃ ὁ θεὸς πάλιν εἰς Πέργαμον· ἢ ἐτύγχανε Ρυφῖνος ὑπομνημάτων, [2] ἔμελλε δ' αὐτῷ τῶ τιμᾶν ἡμᾶς, εἰς ὅσον οἷός τ' ἦν. συντυχὼν δ' αὐτῷ, διηγοῦμαι τὰ πεπραγμένα, ἢ βοηθεῖν ἠξίουν. πάντας δὲ ἢ αὐτὸν Σέβηρον ὁμολογηκέναι, κυρίαν εἶναί μοι τὴν ἀτέλειαν· τοῦτο δ' οὐκ ἐξαρκεῖν γεγράφθαι· καὶ γὰρ ἄλλῳ παντὶ τῶν ἡγεμόνων ὑπάρξειν ἄλλό τι πρᾶξαι ἐμοὶ μὴ ὃ αὐτῷ τούτῳ πρόσκειμαι, ἢ ὅτω λυθήσεσθαι τὴν ἀτέλειαν ἀφ' οὗπερ ἂν τεθῇ μένειν. δεῖσθαι δὲ, οὐ τὸ ῥήματος εὐπρεπείας, ἀλλὰ τῶ πράγματος, ὃ γὰρ σῶμα ὅτως ἔχειν μοι. ἔδοξα δίκαιον λέγειν τῷ Ρυφίνῳ, καί μοι δίδωσι πρὸς αὐτὸν ὑπόμνησιν, τῇ αὐτοῦ φωνῇ γράψας, ὡς δυνατὸν πρόθυμόσαι, οὐ μὴ τά τε ἄλλα ἐπεξῇ, τὰ μὲ, ὡς συνιεὶς, τὰ δ' ὡς συμβουλεύων, ἢ περὶ μὲν ὧν μέλλοντος μνήσθαι ὁποῖόν
607 τι ἔσοιτο, εἰμή με ἐκὼν ἀφοῖ. ἵνα δ' ἐκπεράνω, γινόμην οὐ τῇ Σμύρνῃ, Διονυσίοις, ἢ παρῆν ὁ Σέβηρος τὴν ἑορτήν· ἦν οὖν τις τῶν καλυμένων πρεσβευτῶν, τά τε ἄλλα θαυμαστὸς, ὡς ὑπερηδέως ἔχων αὐτῷ, ἢ σχεδὸν ὡσπερεὶ γραμματεὺς αὐτοῦ· πάντων γὰρ ὅσα οὐ γράμμασι, κύριος αὐτὸς ἦν. ἢ δὴ ἢ τοτε τὴν ὑπόκρισιν τούτῳ δείκνυμεν, ἐντυχόντες πρώτῳ· ἢ γὰρ ὑπὲρ τὴν διοικήσεως τὴν περὶ [3] Σμύρναν, ἢ μὴν ὅσα γε ἀπὸ στόματος εἰπεῖν ἔδει, πάντα διῆλθον πρὸς αὐτὸν, ἵνα εἰδὼς ἀκριβῶς φέροι πρὸς τὸν ἡγεμόνα. ἢ ὡς ἑώρων τούς τε λόγους δεχόμενον, ἢ πρὸς τὰ δίκαια καμπτόμενον, εὐθύμιον ποιοῦμαι τὴν σύντασιν φωνῆς, ὡς ὁ γραμματεὺς ὑπισχνεῖτό μοι συμπροθύμεσθαι. ἢ τό, τε ὅναρ [4] αὐτῷ διηγοῦμαι πρὸς αὐτὸν, ἢ ἠξίουν ὑπακοῦσαι τῷ θεῷ, φάσκων ἐκεῖνον εἶ) τὸν ὑποσχόμενον· αὐτὸν δὴ λέγων. ἥδη τοῖς λόγοις, προσῆγεν ἡμᾶς τῷ ἡγεμόνι, ἀποδίδω τὰ γράμματα κοινῇ μοὶ ἡμῖν. ἢ ὡς ἐπ μὲν ἀναγι-

viorum ſiſterentur fluxiones, quam ſe pecunia corrumpi ſineret, & adeo rerum peritus, ut minime poſſet omnium decipi? Quocirca repulſae inſtar viſa eſt eſſe promiſſio, cum id, quod fieri non poſſet, complecteretur. Dum haec anxium me redderent, jubet Deus Pergamum redire, ubi tum erat Rufinus, qui noſtri honoris, quantam poterat, curam gerebat. Poſtquam autem ad eum veni, rem geſtam narro, & auxilium peto. Nam Severum quidem immunitatem omnino confirmaſſe, adjuncto manendi vocabulo; id autem deſcriptum non ſufficere: fore enim, ut alius quivis aliud Praetor ejuſdem ſcripti adjectione mihi imperaret, atque ita periret immunitas; at mihi non verbis ſpecioſis, verum re ipſa opus eſſe, ita poſtulante corporis valetudine. Quae cum illi non iniqua viderentur, dat mihi ad ipſum litteras, ſuo ſermone quam fieri poterat promptiſſime conſcriptas, in quibus cum alia declarabat, partim commendans, partim ſuadens, tum quid eſſet futurum, niſi me ultro dimitteret, augurabatur. Ut autem finem faciam, poſtquam Smyrnam veni Dionyſiis, & aderat Severus, atque una legatus quidam, ut vocant, qui cum in coeteris magnifieret propter familiaritatem Praetoris, tum ejus eſſet quaſi ſcriba, quandoquidem quaecunque ad litteras pertinebant, in illius erant poteſtate: huic ego primum occurrens, litteras oſtendi, cum in Smyrna regenda occupatus eſſet, nec ſecus quaecunque dicenda erant, expoſui omnia; ut rem accurate cognitam ad Praetorem referret. Cum autem eum viderem benigne verba mea excipere, & ad aequitatem flecti, venit mihi in mentem de ſomnio, quo mihi Scribae erat opera promiſſa. Itaque ſomnium ipſum ei narro, & ut obediat Deo, moneo, quoniam ipſe promiſerat; nempe Scriba. His ille verbis gaviſus, ad Praetorem nos deduxit, & litteras una nobiſcum reddidit. Atque ille quidem inter legen-

1 Lege ἐπεῖναι. *Cant.* 2 Lege ἔμελε. 3 Deeſt ἦν poſt Σμύρναν. 4 Lege αὐτό.

dum,

νώσκων, δῆλος ἦν παντοῖος γινόμενος, ἰσάριθμός τε πολλαχῇ τ γραμμάτων καὶ τρεφόμενος. πλεῖστα δὲ καὶ μέγιστα ὠφελήθην αὐτοῦ περὶ τ λόγων τ ἐμοῦ, Παρδάλα δ ἡμετέρα μ 608
ἑταῖρα, ἐκείνα δ' οἰκείως καὶ συνήθως ἐκ παίδων, ἐπειδὴ καὶ ταύτην ἔλαβε τ ὑπατολίαν, καὶ διῆλθεν ἀμφοτέρας, Οὐδείς, ἔφη, ζητεῖ περὶ τ λόγων, ἀλλ' ἕτερόν ἐστι πρῶτον Ἑλλήνων (τοῦτο γὰρ ὠνόμασε) καὶ ἕτερον ἀφανίζειν ὑπὸ τούτῳ, καὶ μαθητὰς ἔχειν. καὶ μικρὸν ἀφαλιπών, πορεύθητι, ἔφη, πρὸς τ βουλήν· πεῖσον τοὺς πολίτας· καὶ ἅμα παρῄνεσε, καὶ παρήνει προσπέσθαι τοὺς νέους. τότε δή κἀγὼ τοσοῦτον ἀπεκινάμην, ὅτι οὐδὲν δεοίμην προσκλήσεως, ἀλλ' ὁ θεὸς αὐτῶν τούτων ἕνεκα ἀποστέλλειεν, ὡς ἀνάγκη πείθεσθαι. ἀρχὴ μὲν δὴ καὶ κατάστασις αὕτη γ προφάσεως γίγνεται, καὶ πάροδος πρώτη μὴ τ ἐν τῇ Ἐφέσῳ γῶν γενομένην. ἐπὶ δ' ὅτοις μελέτῃ, συμβαίνει δεύτερον τοιόνδε. πρὶν εἰσελθεῖν εἰς τ βουλὴν ἐμέ, καὶ γενέσθαι λόγον ὑπὲρ τούτων, ἦσαν δ' ἀρχαιρεσίαι καθ' ἑκεῖνον τ χρόνον [1] πρυτανείαι, προσέβαλλέτο με ἡ βουλή, δυοῖν καὶ τριῶν ἑκατοντάδων. καὶ προεισήκει τὸ πρᾶγμα εἰς ἄτοπον. ἀντὶ γὰρ τοῦ πείθειν ἐκείνους περὶ ὧν ὁ ἡγεμὼν ἀπέστειλεν, 609
ἠναγκαζόμην αὖθις ἐφιέναι πρὸς ἐκείνων εἰς ὃ τοῦ ἡγεμόνος δικαστήριον, καὶ δύο γε ἀντὶ μιᾶς αἱ δίκαι γίγνονται, καὶ δικαστὴς πάλιν αὐτός, ὅπερ ἐξ ἀρχῆς. καὶ ἀπιντῶμεν εἰς Πέργαμον. μελλούσης δὲ καλεῖσθαι τ δίκης, ἵνα συντέμω, ἦδη μὲν ὑδεὶς ἐμοῦ· ὁ γὰρ προείρητο ἡμέρα· ὅναρ δ' ἐπιφανὲν περὶ τ ἕω, τοσοῦτον ἔφραζε, [2] Κάδμου πολῖται, χρὴ λέξειν τὰ κύρια. εὐθὺς ἦν δῆλον ἦν, ὅτι ἀγωνίζεσθαι δέοιτο, καὶ παρεσκευαζόμην ὅτῳ. καὶ ὁ πολὺ ὕστερον ἦκεν ἀγγέλλων τις, ὅτι καὶ δὴ καλεῖταί μου τὸ ὄνομα. ἐν ὅσῳ δὲ ἐκ τοῦ ἱεροῦ κατῄειν εἰς τ πόλιν, διατριβῆς ἐγίνοντο, καὶ καλουμένου πάλιν αὖθις ὀνόματος, ἔφασ' τ Σέβηρον μάλα δεξιῶς εἰπεῖν, ὅτι ἀφιξοίμην τε, καὶ ὑδὲ δέοι καλεπεῖσθαι. καὶ μετὰ τοῦτο ὡς εἶδε προσιόντα, ῥαδίως τε εὐθὺς ἐκπέμπει μοι,

dum, magnopere afficiebatur, ſaepius in litteris ſubſiſtens & converſus; poſtquam vero etiam Pardali, qui tum amicus nobis, tum illi fuerat a puero familiaris, litteras, quibus ad eum multis de noſtra doctrina ſcripſerat, accepit, & perlegit utraſque, Nullus, inquit, de eloquentia quaerit, cum aliud ſit eſſe principem Graecorum, & oratorem ſummum (ſic enim appellabat) atque aliud huic rei operam dare, & habere diſcipulos. Paulo poſt ad Senatum juſſit me ire, ac civibus perſuadere; ſimulque adhortatus eſt, & ad juniores admittendos incitavit. At ego nihil eſſe admonitione opus reſpondi, cum Deus hac de cauſa me dimiſiſſet, cui neceſſario foret obtemperandum. Atque hoc quidem principium fuit, & cauſae conſtitutio: haec prima poſt factum Epheſi decretum acceſſio. Dum autem res etiam erat incerta, alterum hoc accidit. Antequam curiam ingrederer, & hac de re verba facerem ulla, cum haberentur hoc tempore comitia Prytanaea, nominavit me Senatus, duobus vel tribus ſubſcribentibus. Itaque abſurdum quiddam ſum paſſus. Etenim cum illis ea, de quibus miſerat me Praetor, eſſent perſuadenda, rurſus ab illis ad Praetorem cogebar provocare; atque ita duae lites pro una extiterunt, & idem, qui prius, redditus eſt judex. Pergamum igitur ſum profectus. Ac ne longum faciam, cum eſſet vocanda cauſa, nec id quiſquam noſtrum ſciret, quoniam dies praedicta non erat; mane quidam ita viſus eſt dormienti dicere, *Cadmea proles, commoda eſt opus loqui.* Id ego mox intelligens, cauſam videlicet agendam eſſe, praeparare me coepi. Paulo poſt nunciavit quidam, nomen meum proclamari. Cum autem e templo in urbem deſcenderem, atque interim mora fieret, & nomen rurſum proclamaretur, Severus, ut aiebant, venire me, nec feſtinandum eſſe dixit. Deinde ut venire me vidit, ſtatim lictores obviam miſit,

1 De quibus Budaeus. *Cant.* 2 Initium tragoediae Aeſchyli. *Cant.*

quo

ῥᾳστώνης ἕνεκα τ προσόδου· τυτὶ γὰρ προσῆθεν ἠτιμώσ ἔτυχον αὐτόν. καὶ ἐπειδὴ παρῆλθον, ἄπας αἰδῶ, ἡ παρ' αὐτῷ, καὶ πρὸς τ τ συνέδρων, ὡσαύτως δὲ ῥητόρων τ προσεγκ-
610 χότων, καὶ τ ἄλλων ὁπόσοι παρῆσαν, ἡ σχῆμα ἐπιδείξεως μᾶλλον ἦν ἢ δίκης, ἥτε εὔνοια θαυμαστή, καὶ ὁ πρὸς λόγους ὡρμημὸς ἐπεσήμαινον τότε ἡ χειρὶ ἡ φωνῇ, καὶ πάντ' ἦν ὥσπερ ἐπὶ σχολῆς ἀκροωμένων. πέντε δὲ μέτρων ἀπομετρηθέντων, καὶ παῤῥησίᾳ μου χρησαμένου πλείονι, ἡ προσδηλώσαντος ὁποῖός τις ἂν εἴην πρὸς τὸ βασιλέα, τούτοις ποιούμενος τοὺς λόγους, τελευτῶν ὁ Σέβηρος, ἑνὸς τ ἀπὸ τ πόλεως συνδίκων, μικρὰ ἡ μετ' εὐφημίας ἀπορτήσαντός ἡμῖν, ἅμα καὶ τιμῆς, κἀμοὶ ταυτὸν ἔσεσθαι νομίζων, καὶ ταύτῃ ἀείσην εἰ) γνῶσιν, πέμπει με αἴθις εἰς τ βουλὴν μετ' γραμμάτων ἐντίμων. ἡ συνέβη δή μοι, ἡ μόνον τὴν ἀτέλειαν βεβαιώσασθαι, ἀλλὰ καὶ μετὰ τιμῆς τοσαύτης
611 καὶ σχήματος, ὥστε μηδενὶ τ ἄλλων δοκεῖν περὶ ταῦτα κοινωνεῖν. τ δ' ἑτέρας ἀρχῆς, ἐφ' ἣν αὐτὸς ἦγέ με, ὑπ' ἐμνήσθη πρὸς ἐμὲ, ὑπ' ὢν ἡμεῖς πρὸς ἐκεῖνον· ἀλλ' ἐπέστειλεν ἐφ' αὑτῷ τοῖς ἄρχουσι, κελεύων ἕτερον ἀντ' ἐμοῦ καθαιρεθῆναι. εἰς τοῦτο ἐτελεύτησεν ἡ παρόῤῥησις τοῦ θεοῦ. καί μοι λογιζομένῳ τὰ ἀνηλωμένα, μαθόντ' ἀγοραίοις ἡ οἰκέταις ἐφόδια, εἴ πινάς ποι τούτων ἕνεκα ἀπέστειλα, αἱ πεντακόσιαι μάλιστά πως συνέβαινον δραχμαί. οἷς δ' αὖ καὶ ὅ πρόσθεν τούτων ἐναυτὸν ἐκδὸν γενόμενον, ὑπὸ Πολλίωνι ἄρχοντι τῆς Ἀσίας; ἆρτι μὲν εἰς ὅ βουλευτήριον παρελήλυθειν ἐκ τῆς πολλῆς ἡσυχίας, ὥσπερ ἔφην, τοῦ θεοῦ προαγαγόντος τὸν λόγους· ἦσαν δ' ἄπορροι ἐπ' ἐλπίδων, ὡς ἡ δὴ συνεσοίμην τοῖς νέοις· ἀπολώλεκε δὲ οἱ δείλαιοι σοφισταὶ τὸ δέος, οὐχ ἅπαντες, ἀλλ' οἷς ἐκ ἀνιᾶσθαι ἐπιμελὲς ἦν, ἠρέθην ἐκλογεύς. ἦκε ὅ πρᾶγμα ἐπὶ τ πρεσβευτήν· κυροῖ τ χειροτονίαν ἐν Φιλαδελφίᾳ δικαστηρίοις ἀπόντος ἐμοῦ. μὴ ταῦτα, ἀνεγινώσκετο ἐν τῇ βουλῇ ἡ γνῶσις τοῦ πρεσβευτοῦ. καὶ παρ' ἡμῶν ἔφεσις μὲ εἰς Ῥώμην ἐδίδοτο, ἐπιστολαὶ δ' ἐπέμποντο πρός τε αὐτὸν

quo facilius accederem, quemadmodum ab ipso prius petieram. Postquam vero accessi, omni ab ipso reverentia, & a judicibus, & oratoribus, cunctisque, quotquot aderant, aliis exceptus fui, nec judicii magis quam declamationis apparebat forma, cum & benevolentia esset magna, & audiendi studium manibus ac voce significarent, omnesque tanquam otiosi auscultarent. Cum autem ad quinque dixissem mensuras, usus majore libertate, & ostendissem praeterea, qualis apud Regem his orationibus habitis futurus eram; Severus denique, postquam ex urbanis syndicis quidam breviter & cum laude nobis respondisset, ad Senatum cum litteris honorificis me remittit, simul & Senatum honore prosequens, & mihi idem futurum & id optimum fore decretum arbitratus. Tum vero non immunitas mihi tantum est confirmata, sed & cum honore tanto atque decore, ut aliorum nemini hac in re cedere viderer. Alterius autem imperii, quod ipse mihi obtulerat, ne mentionem quidem apud me fecit, itaque nec ego apud illum; sed per se ad praefectos scripsit, jubens alium mihi substitui. Atque hunc habuit eventum Dei oraculum. Cumque sumptus computassem tam in mercedes forensium, quam in viatica famulorum, si quos aliquo hac de causa miseram, factos, quingentae fere sunt effectae drachmae. Jam quale illud est, quod anno proxime priore, ni fallor, acciderat, Pollione Praetore? Cum enim in curiam essem ingressus, post longam quietem Deo nos, ut dixi, ad dicendum producente, ac sperarent omnes fore, ut cum juvenibus disputarem, postquam timidi sophistae metu perierant, non quidem omnes, sed qui vexari nollent; Coactor sum electus. Ut autem res ad Legatum venit, confirmavit electionem Philadelphiae, me absente. Deinde recitatum fuit in Senatu Legati decretum. Nos vero tum Romam provocavimus, tum ad ipsum

Pol-

Πολλίωνα, καὶ τὸν πρεσβευτήν, οἷα εἰκὸς λέγουσι. ὁ δὲ θεὸς, ταῦτ' ἐσήμηνεν· ἐδόκουν τ' Αλκιμον τὸν διοικητήν, ὃν ἔπεμψα τούτων ἕνεκα, ἐπανήκειν, κομίζοντά μοι λόγον Δημοσθένους τ' ὑπὲρ οὗ πεφάνθ', ἔχοντα, οὐχ ὡς νυνὶ, ἀλλ' ἑτέρως γε καὶ καθ' ἕτερον σωθέ- 612
σιν. καὶ πάλιν ἦσαν ὑποψίσεις, ὡς Γλαβρίωνος τοῦ πάνυ συγκλασησόμενος ὁ πᾶν. ὅθ' ἔτυχεν οἰκοι τότε ἐπιδημῶν. ἐγένοντο δέ μοι καὶ ὧδαί θ' Σαραπίδος καὶ τ' Ισιδος χρησμοὶ, ὡς πεπραξομένου τε θ' πράγματος, καὶ ἐχθροὶς εἰς φιλίαν ἥξειν ἔφασ'. καὶ τὰ μὲν χρηθέντα καὶ φηθέντα, ὡς ἐν κεφαλαίοις, τοιαῦτα ἦν. εἰς δὲ τ' Φιλαδελφίαν ἀφίκοντο οἱ πεμφθέντες, καὶ ἦν μὲ ἀφέσιμος, ὡς ἔφασ', ἡμέρα, ἢ τὰ γράμματα ἀπεδίδοσ'. ἀναγνοὺς δὲ Πολλίων, καί τινος χαρᾶς γενομένης περὶ ἡμῶν ὑπὸ θ' ἐν τῇ πρεσβείᾳ πρόνοιαν, γνοὺς θ' πρεσβευτῆς τ' ἀφέλειαν, κελεύει πορευθέντα εὐθὺς καθίζεσθαι καὶ ἐπανορθώσασθαι τὴν γνῶσιν. ποιεῖ ταῦτα ὁ πρεσβευτὴς, καὶ καθίζει ἐνὸς ἕνεκα τούτου, καὶ δίδοσι γράμματα ἕτερα πρὸς τ' βουλήν. κομισθέντων δ' αὐτῶν, ὁ ἄρχων, ὥσπερ προθυμότατα ἀνθειστήκει μοι, καὶ τἀναντία τούτων ἀνεγνώκει πρότερον, θορυβάμενος ἤδη καὶ ἐν παντὶ ὤν, ἔπεμψεν ὡς τοὺς ἡγεμόνας πυνθανόμενος περὶ αὐτῶν. οἳ δ' οὐδὲν ἀπεκρίναντο. ὅθ' ἑλθὼν ὡς ἐμὲ, ἐδεῖτο συγγνώμην ἔχειν. καὶ πρῆξιν εἰς τὴν βουλήν, καὶ τῆς τε ἀδοκησίας ἀφεῖδην, καὶ τῆς ἀτελείας 613
ἔτυχον· πρῶτον τότε καὶ μετὰ τοῦτο, φίλτατος μὲν ὁ ἄρχων, φίλτατος δὲ ὁ πρεσβευτὴς αὐτός. φέρε δὴ καθάπερ κλίμακος αἰεὶ τῷ ἀνωτέρω προϊόντες, ἑτέρου τοῦ ὑπὲρ ταῦτα μνημονεύσωμεν. ὁ σοφιστὴς, οὗ μικρῷ πρόσθεν ἐμνήσθην, ἦρχεν. ἰσαμένου δὲ τοῦ ἔτους, καὶ γιγνομένης ἐκκλησίας τῆς πρώτης, ἦκον οἱ δήμου καλοῦντές με, οἷα δὴ μακρὰ χρόνου τε ἀφιγμένον, καὶ ἅμα ἀπαγγέλλοντες ὅτι μέλλοιεν θύσειν ὑπὲρ ἐμοῦ δημοσίᾳ, ὅπερ οὖν καὶ πρόσθεν πολλάκις πεποιηκότες ἦσαν. ὡς δὲ παρῆλθον εἰς τὴν ἐκκλησίαν, καὶ ὁ δῆμος τὰ εἰωθότα ἐθορύβησεν, ἔργου εἶχον τὸ

Pollionem ac Legatum, quae oportebat, ſcripſimus. Deus autem haec nobis ſignificavit; Alcimum curatorem, quem ad haec negotia dimiſeram, videbam in ſomnis redire, ac Demoſthenis pro corona ſermonem adferre, qui non ut nunc, verum alio modo atque argumento conſcriptus eſſet. Accedebant rurſum promiſſiones, quaſi Glabrio ſummus rem totam eſſet compoſiturus. Is autem tunc, ut reor, in urbe erat. A Serapide quoque & Iſide accepimus oracula, quae negotium confectum iri, ac inimicos in gratiam mecum redituros eſſe promittebant. Ac ſomniorum quidem & oraculorum haec fere ſumma fuit. Cum autem Philadelphiam veniſſent, qui erant eo miſſi, dies erat, ut aiebant, dimiſſoria, cum litteras reddiderunt. Quibus lectis, Pollio, poſtquam aliqua propter eos, qui aderant, interceſſerat mora, ac legati cognita ſimplicitate, jubet eum mox dato judicio decretum corrigere. Itaque ille de hoc uno negotio judex ſedit, & alias ad Senatum litteras dedit. Hae cum eſſent perlatae, Praefectus, qui acerrime mihi reſtiterat, & contraria prius legerat decreta, cum jam perturbatus eſſet, & inops conſilii, miſit ad Praeſides, qui de rebus his inquirerent. At illi nihil reſponderunt. Ipſe vero ad me venit, & veniam petiit. Tum ego in curiam ingreſſus, & a magiſtratu liberatus, & immunitatem ſum primum conſecutus; ac deinceps & Praefectus & ipſe Legatus amiciſſimi nobis fuerunt. Age vero, quaſi per ſcalam ad ſuperiora progredientes, aliud quiddam, quod ante haec accidit, memoremus. Cum ſophiſta ille, cujus paulo ante memini, Praeturam gereret, & ineunte anno prima haberetur concio, venerunt ex populo quidam, ut me vocarent, cum quia longo poſt tempore adveneram, tum quod publice mea cauſa ſacrificaturi erant, quemadmodum ſaepius jam fecerant. Poſtquam in concionem veni, & populus more ſolito plauſum edidit; tum qui ad

eam

παρεσκευασμένοι κρολῦντές τε, καὶ τὴν ἱερωσύνην τὴν κοινὴν τῆς Ασίας ἀναπτέντες μοι, καὶ τὸν δῆμον ἐπεσπάσαντο ἑκουσίως. καὶ ἅμα αἱ ἀρχαὶ παρίζαντό με, ἄλλος ἄλλοθεν ἐπαινῶν καὶ βοῶν, καὶ πρὸς τὸν δῆμον τὴν παράκλησιν φιλοτιμούμενοι. ἐγεγόνη δέ μοι σημεῖα ἐξ ὀνειράτων λαμπρὰ καὶ
614 ὀπίραιη· οἷς ἐθαῤῥῦν καὶ πάνυ. λόγον δ' αἰτήσας ὅπως ἔπεισα, ὥστε ὁ δῆμος ταύτης μὲν ἀπέστη τῆς ἀξιώσεως, ἐψηφίζετο δέ μοι τὴν ἱερωσύνην τοῦ Ασκληπιοῦ μάλα φανερῶς ἅπας, ἔτι δ' ἦν οἰκοδομὴ τότε ὁ νεὼς ὁ πρὸς τῷ ἔξω λιμένι. καὶ οἶδα εὐδοκιμήσας οἷς ἀπεκινάμην· ἔφην γὰρ ὡς οὐδὲν ὅτε μεῖζον ὅτε ἔλαττον, οἷόν τ' εἴη θεάτειν μοι ἄνευ τοῦ θεοῦ, ὅτ' οὖν αὐτὸ ἱερᾶς νομίζειν ἀξίωμα πρέπειν, πολὺ ἂν αὖ πύθωμαι τοῦ θεοῦ. οἷς ἐθαύμασάν τε καὶ συνεχώρουν. γενομένων δὲ τούτων, εὐδοξία καὶ ζῆλος ἦν ὅπως ταῖς δημιουργείαις, καὶ οὐδὲν δεῖν ἡμῶν ἔτι πραγμάτων. ὁ δὲ θεὸς, ὅτι που [1] οἴει πέρας τοῦτο ἔχειν, οὐδ' ἐγχειρεῖσθον ἔχοι ἂν μάλης. καὶ συμβαίνοι μοι τοῦτο, συνέδρους μὲν ἀξιέναι Σμυρναίων εἰς Φρυγίαν ἄνω, καὶ μέλλειν φέρειν τιμὴν ὄνομα ἐν τῷ συνεδρίῳ τῷ κοινῷ. πραιαθέσθαι δέ με, καὶ πέμψαι τὸν προφέα τὸν Ζώσιμον· καὶ γίνομαι τρίτος ἢ τέταρτος τῇ χειροτονίᾳ. μετὰ ταῦτα ἔφεσις, κλῆσις ἡγεμόνος, κλῆσις σωτῆρος εἰς Πέργαμον· διέτριβον δ' ἐν τῷ χωρίῳ τῷ εἰω-
615 θότι, τοῦτον ἤδη τὸν χρόνον αὖ γε πέμψαντος. δευτέρᾳ δ' ἡμέρᾳ ἧκον ἀπαντῆσαί μοι ὁ κομίζων τὸν ὑπατικὸν τοῦ ἡγεμόνος. καὶ ἐπειδὴ ἀνέγνων τὰ γράμματα, ἀλλὰ προεκέκλημαί τε ἔφην ὑπὸ θεοῦ, καὶ θέοντα ἐπεγείρεις· τί δεῖ βραδύνειν; ἀφεῖσθαι γὰρ πάντων πραγμάτων ἐν τῷ ἐξόδῳ τὸν ναὸν τὸν ἐν Ασκληπιοῦ. οὕτω πρὸς ἡμᾶς ἔχειν ὁ ἡγεμών· οἶμαι δ' οὐκ ἐκεῖνος μᾶλλόν τι, ἢ ὅτι ὄντι καθάπαξ [2] ἡγεμόνι. ὅμοιον δὲ τούτῳ καὶ ὃ πρῶτον ἁπάντων τούτων γενόμενον. χωρίον ὅθι Λαμεῖον ὑπόρρυτον τοῦ ἱεροῦ τοῦ Διός, ὃ καὶ ἐν τοῖς ἄνω λόγοις ἐμεμνήμην τοῦ ἱεροῦ. τοῦτο δὲ χωρίον πειαμένων ἐμοὶ τῶν ἐμῶν ὅτι τῆς βραδυτῆς

eam rem ſubornati erant, commune totius Aſiae ſacerdotium mihi detulerunt, nec difficulter populum in ſuam perduxere ſententiam. Quin etiam magiſtratus me circumſtiterunt, alius aliunde laudantes & acclamantes, & cum populo certatim nos adhortantes. Clara autem & illuſtria mihi ſecundum quietem data erant ſigna, quibus equidem valde confidebam. Facta vero dicendi copia, perſuaſi populo, ut, hac ablata dignitate, Aeſculapii ſacerdotium libenter mihi tribueret; cum quidem templum, quod eſt ad exteriorem portum, extrueretur. Quin & reſponſum noſtrum ſatis placuit, poſtquam dixeram me, qui nihil nec magnum nec parvum ſine Dei conſenſu poſſem agere, etiam conſecrari nolle, priuſquam Deum ſciſcitatus eſſem. Id quod illi admirati, conceſſerunt. Dum autem haec fierent, conciones praedicabant & laudabant; nec ego quicquam reſtare arbitrabar. Verum Deus nondum iſta ſinebat perfici, qui quidem pugionem habet ſub ala. Poſtea judices Smyrnaei in ſuperiorem Phrygiam ſunt profecti, ac nomen meum in publico concilio erant oblaturi. Id ego praeſentiens, nutritium miſi, Zoſimum; ac tertio vel quarto loco ſum electus. Deinde provocavi; vocavit Praetor: vocavit Servator Pergamum, cum in ſolito verſarer ex ipſius juſſu praedio. Altero poſt die, quam eram profectus, allata eſt Praetoris epiſtola. Ea lecta, ego me jam ante a Deo vocatum eſſe dixi, currentemque incitari, nec quicquam morandum eſſe, quandoquidem ab omni moleſtia in ambitu fanorum, quae ſunt in Aeſculapii templo, liberatus eram. Et ita quidem Praetor erga nos ſe geſſit; aut potius non tam ille, quam verus & perpetuus Praetor. Huic autem non diſſimile eſt id, quod ante haec omnia contigit. Eſt mihi non longe a Jovis templo, cujus etiam in prioribus memini ſermonibus, praedium Laneum. Id cum mei mihi, dum in Aegypto

1 Lege ἔια pro οἴει. *Cant.* 2 Aeſculapius. *Cant.*

τῆς δ' Αἰγύπτῳ, ἐσφετερίζοντο Μυσῶν τινές, πολλὰ καὶ παντοῖα τὸ μὲ θεῖον λέγοντες, ἔπειτα καὶ θεάτοντες ἤδη. ὡς γὰρ ἀπέγνωσαν ι αὐτὸς, ἵνα μὴ κατ' ἐμαυτὸν λέγω ὃ βλάσφημον, ἀθρόισαντες ὡς ἐδύναντο πλείστους οἰκέτας, ἅμα δὲ μαθητὰς, ἐπῆλθον μὲθ' ὅπλων ἁπάντων· ἔπειθ' οἱ μὲν αὐτῶν, ἀπόθεν ἠκόντιζον καὶ ἐσφενδόνων λίθοις καὶ βώλοις, οἱδ' εἰς χεῖρας ἦεσαν, οἱδ' ἐνεβάτευον εἰς τὴν οἰκίαν, καὶ τοῖς ἔνδον ἐχρῶντο ὡς ὕστιν ἑαυ- 616
τῶν· πάντα δ' ἦν ταραχῆς μεστὰ καὶ τραυμάτων. ἀγγελθέντων δὲ τούτων εἰς Πέργαμον, εἶχον μὲ ὅπως ὃ σῶμα, ὥστε ἀναπνεῖν μόλις· ἀγρεσὶ δ' ἦν δικῶν· ὅπ δὲ χρήσωμαι, ἠπόρουν. ὁ δὲ θεὸς τὴν τε ὁδὸν ἐξεῦρε τ' πρὸς τ' ἡγεμόνα, καὶ τ' χαρὲν προσεκεύασε. καὶ ὃ μὲ ἀκροτελεύτιον τ' ὀνειράτων, Ἀδριανὸς ἦν ὁ αὐτοκράτωρ ἐν τῇ αὐλῇ τοῦ ἱεροῦ, προϊέπων τέ με ἄρτι γνώριμον αὐτῷ γεγονότα, καὶ ἐλπίδας μεγάλας. τὸ δὲ συμβὰν εὐθὺς, ὅτι τῇ ὄψει ταύτῃ, τόδε. ἦκον εἰς ὃ ἱερὸν ὅπως, ὅπως οἷός' ἦν· καὶ μοι ἀφικνουμένῳ ἐπ αὐτόθι, ὁ ἡγεμὼν Ἰουλιανὸς ἐπέρχεται, καὶ σὺν αὐτῷ Ῥουφῖνος. γνοὺς δὲ ἐγὼ τ' χαρὲν, τῷ τε Ῥουφίνῳ φράζω τὸ πρᾶγμα, καὶ τῷ Ἰουλιανῷ ἀναστρέφοντι προσέρχομαι, κατ' αὐτόν πως ὃν εἶδον ὄναρ τόπον, καὶ ὅσα τὸ αὐτῷ μοι χαρὲν ἦν, εἶπον· καὶ ὁ Ῥουφῖνος προθυμίας οὐδὲν ἀπέλιπεν. ὅδ' ὕπνος ἔνθεος γίγνεται, ὡς' εὐθὺς μὲν προέβαλεν, ὡς 617
ἄν τις πάλαι φίλταλος· λαβόμενος δέ μου τῆς χειρὸς, θαῤῥεῖν τε ἐκέλευε, καὶ περὶ τὸν θεὸν ἔχειν, ταῦτα δὲ αὐτῷ μελήσειν· καὶ τέλος εἶπεν, ὅ μὴ ἡμῶν καταφρονήσουσι. γίγνεται δὲ ὅτι ὃ δικαστηρίου, καὶ καλέσας τὴν δίκην, καὶ λόγων ὀλίγων πολλῶν ῥηθέντων, ἠγανάκτησέ τε τοῖς γενομένοις, καὶ τινα καὶ τῶν μεταχόντων τῆς ὁπόθρομῆς εἰς τὴν εἱρκτὴν ἐνέβαλε. καὶ ὃ χωρίον ἡμῖν ψηφίζεται, καὶ εἰσήειμεν εἰς αὐτὸ ἕνεκα γραμμάτων· ὁπλίται δὲ καὶ σφενδονῆται, καὶ πάντα ἐκεῖνα ἐνεχώρει τῷ θεῷ.

peregrinabar, emiſſent, Myſi quidam ſibi vindicarunt, multa & varia dicentes primum, deinde etiam facientes. Cum enim de ſeipſis (ne crimen in me recipiam) deſperaſſent, plurimis & famulis collectis & mercenariis, cum armis irruerunt: deinde partim eminus jaculantes lapides ac glebas, partim manus conſerentes, partim etiam in domum ingreſſi, eaque tanquam ſua utentes, omnia tumultu & vulneribus repleverunt. Quae cum Pergamum eſſent delata, ego quidem ſic eram affectus, ut reſpirare vix poſſem: cum autem dies eſſet judicialis, quid faciendum eſſet, ignorabam. Deus autem & acceſſum ad Praetorem invenit, & occaſionem praeſtitit. Finis vero ſomniorum erat Adrianus Imperator in aula templi nos amplectens, cui nuper innotueramus, & magnam nobis ſpem faciens. Hoc ſomnium iſta mox conſecuta ſunt. Cum in templum, ut poteram, veniſſem, & ibi morarer, ſupervenit Julianus Praetor, & una Rufinus. Quapropter animadverſa occaſione, Rufino primum rem indico, deinde ad Julianum eodem fere in loco, quem ſecundum quietem videram, accedo, & quaecunque ad rem pertinebant, narro, adjuvante, quod poterat, Rufino. Tum ille ita repente quaſi divinitus commotus eſt, ut mox quidem amplecteretur velut amicum veterem, manu autem prehenſa bono eſſe animo juberet, ac Deo vacare; ſibi enim iſta curae fore: ac denique, Nequaquam nos contemnent, inquit. Poſt in judicium ingreſſus, & litem vocans, paucis factis verbis, indignatus eſt ob ea quae acciderant, & quendam eorum, qui praedium ſimul invaſerant, in carcerem conjecit. Itaque nobis adjudicatum eſt praedium, & in illud confectis inſtrumentis ſumus ingreſſi; cum ſagittarii, funditores, & reliqua omnia Dei ceſſiſſent.

1 Lege αὐτοῖ.

SA-

ΑΡΙΣΤΕΙΔΟΥ ΙΕΡΩΝ ΛΟΓΟΣ ΠΕΜΠΤΟΣ.

Cyziceni ac Smyrnaei itineris hiſtoria.

ΘΕΡΟΥΣ ὥρᾳ, πονήρως εἶχεν ὁ ϛόμαχος, καὶ δίψος ἦν νύκτα καὶ ἡμέραν, καὶ ἱδρὼς ἀμύθητος, καὶ λύσις τοῦ σώματος, καὶ μόλις ἂν δύο καὶ τρεῖς εἶλκον ἀπὸ τῆς κλίνης, ἀναστῆναι δεόμενον· καὶ ὁ θεὸς σημαίνει ἔξοδον, εἰς Σμύρνῃ ὄντι
618 τὸν χρόνον τοῦτον, καὶ ἔδει ἰξιέναι αὐτίκα. καὶ ἰξέναι μὲ τιὼ ὀπὶ Περγάμου. εἰ ὅσῳ δὲ ὀχήματα ἐξεποιέζετο, καὶ δὴ μεσημβρία τὲ προσήκῃ, ϗ καῦμα ἤρετο λαμπρόν. ἔδοξεν οὖν ἡμῖν εἰ τῷ προασείῳ ἀφατείψαι ζας, αὐτιὼ τιὼ ἀκμιὼ ὕτω φαίνειν. ἡ δ' ὁρμὴ ἦν ὡς εἰς Σμύρναν, καὶ τὰ σκευοφόρα ὀπὶ τούτῳ προήϊ. οἷα δὲ πνίγους ὄντος, ϗ ἅμα ὑφ' ἡδονῆς τοῦ χωρίου, καὶ προσέτι ἀργολιῶν πινῶν, προεμέθα τῆς ὥρας συχνὸν, ὥστε γινόμθα ὀπὶ τῷ καλαγωγίῳ τῷ πρὸ τοῦ Ερμοῦ πρὸι αὐτιὼ δύσιν ἡλίου. καὶ ἠπόρησα μὲ ὅπ ποιῶ. ὡς δὲ ὕτε τιὼ δυσχέρειαν τῶν οἰκημάτων ἔφερον εἰσελθών, θεραπεία τὲ ὑ παρῆν ἀφ' ὅ προεκπέμψαι, ἐδόκῃ χρῆναι τὸ πρόσω διώκειν, καὶ ἀφικάνει [1] ποταμὸν, νύξ τε ἦν ἤδη καθαρὰ, καὶ προσέβαλεν αὖρά τις ἐλαφρὰ καὶ ψυχεινὴ, ϗ τό, τε σώμά πως ἀνελάμβανε, καὶ τῇ γνώμῃ τόνός τις μετ' εὐθυμίας ἐπεδιώκετο, ὡς τῷ τε ἀεὶ ὁμιλεῖν καθ' ἡσυχίαν, ϗ ἅμα πρὸς τιὼ παρελθοῦσαν ἡμέραν τὰ παρόντα κείνοντι ὁπό-
619 σόν τι μεταβεβλήκει. ἤδη δὲ βαθείας ἑσπέρας, ἦλθον εἰς Λάρυσαν, καί μοι ἀσμένῳ γίγνεται. ὡς δὲ τάπε ὀχήματα ὑ κατείληπτο, καὶ τὰ τῆς καλαγωγῆς, ὅθεν ἀμείνω τῆς πρόσθεν ἦν, ἀλλ' ἀνάγκη παρῆν ἔχεσθαι τῆς ὁδοῦ, καὶ ἀφικαρτερεῖν. καὶ μέσαι τε ἤδη νύκτες, ἢ ϗ ἔτι πορρωτέρω, ϗ γινόμθα ἐν Κύμῃ, ϗ πάντα ἀπεκέκλειϛο, ϗ μάλ'

Sacrorum Sermonum V.

CUM aeſtate quadam laborarem e ſtomacho, & dies nocteſque ſitirem, ac immenſo ſudore corpus diſſolveretur, & vix duo me vel tres, cum erat ſurgendum, de lecto tollerent; jubet Deus peregre proficiſci, cum eſſem Smyrnae, idque ſine mora. Itaque via Pergamena ſum egreſſus. Dum autem parabantur vehicula, appropinquabat meridies, & aeſtus oriebatur vehemens. Quapropter in ſuburbio viſum eſt commorari, donec ſe calor tantus frangeret. Erat autem Smyrnam iter inſtitutum, ac praeceſſerant impedimenta. Verum propter calorem, & loci amoenitatem, ac remoras quaſdam, multum temporis perdidimus, ita ut ad diverſorium, quod eſt ante Hermum, circa Solis occaſum veniremus. Tum vero quid agerem, dubitabam. Ut autem nec aedium incommoditatem ferre potui, nec famulos, quoniam praemiſſi erant, mecum habui; longius decrevi pergere. Quapropter fluvio trajecto, noctem habui ſerenam, & levem quandam tepidamque ſenſi auram; ac tum corpus refocillabatur quodam modo, tum animum conſtantia quaedam cum tranquillitate ſubibat, ſic ut & aere ſecure fruerer, & praeſentem ſtatum cum ſuperiori comparans die, non parvam animadverterem mutationem. Sera jam veſpera, Lariſſam veni non invitus. Cum autem nec vehicula eſſem aſſecutus, nec eſſent meliora, quam prius, diverſoria; iter neceſſario perſequendum fuit. Itaque media nocte, aut etiam ſerius, Cumam venimus, & omnia reperimus occluſa; id quod

1 Caicum. *Cant.*

ἀγαπητῶς ἐμοί. προσκαλέσας δὲ τοὺς ἑπομένους, οἱ παρέπεμπόν με ἀπὸ ὅρους χωρίου προσαλαμπρύνοντες καὶ ὃ λοιπόν,[1] ὡς οὐκ εἰσόμενον αὐτοῖς, πάντως δὲ ὀλίγον τι εἰ· καὶ προφέρειν οὐκ ὀλίγον [2]μὴ δοκεῖν τῆς προαιρέσεως ἁμαρτεῖν, ἐχώρουν ἔξω πυλῶν, ἤ ψῦχος τε ἤδη ἦν ὑγρότερον, ὥστε καὶ θέρμης δεῖσθαι. καὶ πως ἀλεκτρυόνων μάλιστά πως ᾠδαὶς,
l. Μυρίναν ἀνύσας εἰς Σμύρναν, ὁρῶ τοὺς ἐμοὺς πρόθεν τῶν καταγωγίων τινὸς συνεσκευασμένους, ὡς εἶχον, ἁμὰ τὸ μὴ δ' αὐτοὺς ὡς ἔφασαν καλαλαβεῖν ἀνεῳγμένον μηδέν. ἦν δέ τις ὑπὸ προθύρῳ τῷ πανδοκείῳ σκίμπους· τοῦτον περιφέροντες ἄνω καὶ κάτω, διατελοῦμεν εἰχόμενοι. ὅπου γὰρ τεθείη, παλαχῇ λυπηρὸς ἦν. ὑγρὰν δὲ κόπτουσιν ἢ ξένων ἢ ὠνητικῶν, πλέον 620
οὐδὲν ἦν· ὁ γὰρ ὑποκύσων οὐδείς. ὀψὲ δέ πολε, εὕρομεν εἰσελθεῖν εἰς οἰκείαν τινὰ ἑταιρείων τινός, κακοδαιμονίᾳ δὲ θυρωρῶν τό, τε πῦρ ἀπεσβήκει, καὶ ἄλλως οὐδὲν ἦν ὑγιὲς μικρὸν ὑ μέγα. εἰσήειμεν δὲ ὑπὸ σκότῳ καὶ ὑπὸ χειραγωγῷ, ὅτε ὁρῶντες, ὅτε ὁρώμενοι. ἐν ὅσῳ δὲ πῦρ τε ἐποιεῖτο, καὶ προσιόντος, ἔμελλον χείσεσθαί τε καὶ πίεσθαι, καὶ δὴ ἐωσφόρος τε ὑπερεῖχε, καὶ φῶς ἡμέρας ὑπέφαινεν, ἐδόκει χρῆναι μὴ μαλακίζεσθαι, μηδὲ καθεύδειν ἡμέρας ὕσης, ἀλλ' ἔργον ἔργῳ συνάπτειν, καὶ βαδίζειν εἰς τὸ τοῦ Ἀπόλλωνος ἱερὸν, εἰς Γρυνεῖον. εἰωθός μοι καὶ ἰόντι, καὶ ἐπανιόντι θύειν τῷ θεῷ. γενόμενος δὲ ἐν Γρυνείῳ, θύσας τῷ Ἀπόλλωνι, καὶ τὰ εἰωθότα διατείλας, εἰς Ἐλαίαν ἐλθών, ἀνεπαυόμην. καὶ ἐγνόμην ἐν Περγάμῳ τῇ ὑστεραίᾳ· ἐγὼ μὲν οἷα εἰκὸς, ὅτι οὐκ εἶχον ὡς διατρίψων. ὑπνίου δ' ἐλθόντος, εἴτε δὴ εἰς ἑσπέραν εὐθὺς, εἴτε καὶ μικρὸν ὕστερον ἡμέρα, ἢ καὶ δευτέρα, ἐπείγεσθαί τε ἐκέλευε, καὶ μὴ ἄλλως ποιεῖν· οὕτω γὰρ καὶ δὴ διώκουσι. καὶ ἅμα τούτοις, αὖτε ψευδὴς, πνεύματος ἐμπεσόντος, ἀνεῴγνυτο, εὖ καὶ καλῶς ἐσφη- 621
κωμένας ἔνδοθεν καὶ ἔξωθεν, καὶ πρόθεν ὅπως συμβάν· οὐ τε θύρας παρέσχον ψόφον. ὡς

ego non dolui. Adhortatus autem eos, qui me a praedio uſque deduxerant, ut etiam reliquum iter devorare vellent, quod eſſet prorſus exiguum; nec id parum admodum praeſtaret, meo judicio, quam propoſito non ſatisfacere, extra portas egredior, cum jam humidius eſſet frigus, adeo ut etiam calorem requirerem. Deinde circa galli cantum fere Smyrnam veniens, offendo meos ante diverſorium quoddam compoſitos, ut venerant, quod nec ipſi, ut aiebant, apertum quicquam potuiſſent conſequi. Erat autem pro foribus cauponae lectulus quidam, quem nos ſurſum ac deorſum circumferentes, tempus fallebamus. Ubicunque enim poneretur, ſemper moleſtus nobis erat. Sive autem peregrinorum, ſive quorumcunque pulſaremus januam, parum proderat: etenim nemo reſpondebat. Tandem vero in aedes cujuſdam propinquorum ſumus ingreſſi, cum quidem per janitorum infortunium & ignis eſſet extinctus, & aliud nihil nec magnum nec parvum reperiretur. Itaque per tenebras ingreſſi ſumus, idque manu ducti, nec videntes quenquam, nec a quoquam conſpecti. Atque interim dum ignis excitabatur, ut ungerer & biberem, jam Lucifer apparebat, & appropinquabat dies. Quocirca nolui molleſcere, nec interdiu dormire, verum opus operi addere, & in Apollinis templum, Gryneum, pergere, ubi ſolitus eram, ſive adirem, ſive redirem, ſacrificare. Quod cum feciſſem, & more ſolito moratus eſſem, poſtquam Elaeam veni, ſomnum cepi. Poſtridie Pergamum intravi, atque eo fui animo, quali ad aliquot dies illic manere vellem. Somnium autem ſuperveniens vel mox ſub veſperam, vel poſt diem unum aut alterum, pergere praecepit, nec aliter facere, quoniam iſti nos perſequerentur. Ac ſtatim & feneſtrae venti impetu ſunt apertae, quamvis ab utraque parte diligenter eſſent obturatae, nec id unquam contigiſſet: & januae ſtrepitum fecerunt. Exper-

1 Illa, ὡς οὐκ εἰσόμενον αὐτοῖς, adduntur. *Cant.* 2 Pro μὴ lege ἐμοί. *Cant.*

rectus

δὲ ἀφυπνίσθω, σὺδὲν ἔτι διέτριψα, ἀλλ' εἰπὼν τοῖς οἰκέταις μεταδιώκειν, ἐπιβὰς δ' ὀχήματος, ἤλαυνον ὡς ἤνυτον. καὶ ὁ Βορέας ἐπέκειτο πάντα κινῶν. ἦν δὲ τ' χρόνον τοῦτον, ἐργώδη τὰ περὶ τ' φάρυγγα· ἐπότε φλυκταίνης συνεχοῦς πιεζόμενα, καὶ ὑπὸ παντὸς αἰεὶ δ' συντυχόντος ἀναξαινόμενα. τότε δὲ τῆς τε ἄμμου πολλῆς ἅμα τῷ ἀνέμῳ φερομένης ὅπῃ δ' τροπώτο, καὶ τῷ κονιορτῷ φύρδην ἀπαλαχθὲν ἐμπίπτοντος, οὐκ ἀγωνίαν μᾶλλόν τι πρεπική μοι ἢ θαῤῥεῖν· ἅμα μὲ οἷς ἀπονία τινὶ καὶ προσταύξει, (ὃ γὰρ ἦν ἀναφυγή,) ἅμα δ' ὡς ἀντεῖχον πρὸς πᾶν τὸ εἰκός. οἱ δὴ ἰατροί, τὰ περὶ τοῦδε ἀνακογχυλιάζειν τε ἐκέλευον, καὶ σκέπην ἀκριβεστάτην καὶ τὰ τοιαῦτα εἰσηγοῦντο. δευτέρᾳ δὲ ἢ τρίτῃ ἡμέρᾳ, πρελθὼν τ' πατρῴαν οἰκίαν, γίγνομαι σὺν τῷ ἱερῷ δ' Διὸς δ' Ολυμπίου· καὶ θύω πρὸ καλαῦσαι
622 τ' ὁδόν, ὥσπερ μοι καὶ τὸ ἐξ ἀρχῆς εὐθὺς ἐν Σμύρνῃ προείρητο, ἐλαύνειν ὁρμὴν εἰς Διὸς χωρίον. καὶ μὴ τοῦτο ἤδη ῥᾴω τὰ τ' Ἀχαΐτης ἐπιφανῶς ἦν. περιόντι δὲ τῷ ἔτει καὶ μηνὶ μάλιστα, θᾶττον ἦγον Κυζικηνοὶ τ' ἱερομηνίαν, τὴν ὅπῃ τῷ νεῷ, ἐμοὶ δὲ ὕπνοι τε ἦσαν ἐργώδεις, καὶ πέψις ἀπάντων μόλις ἐν συχνῷ τινὶ μέρει, τ' ἐπιόσης ἡμέρας, ἡσυχάζοντι μὲ, καθεύδοντι δ' ὅ. τότε δ' οὖν ἡνίκ' ἦκε τὸ ὄναρ, ἡμέρα τε ἦν ἐκ πολλοῦ, καὶ ὕπνου τοσούτου δεδὸν ἔλαχον, ὅσον δόξαι ἃ ἔδοξα. ταῦτα δ' ἦν. Πορφυρίων ὁ ἰατρὸς ἐδόκει μοι τοὺς Κυζικηνοὺς ἐπιὼν, ὡμοιοπλήσια τοῖς τ' [1] Αθηνᾶς πρὸς τοὺς Φαίακας λέξειν, μέγαν τε λέγων ἐμὲ, καὶ σεμνώμενον σωφροσύνας σοφὲ λόγους. οἱ δὲ, πείθεσθαι, καὶ ἅμα ἰατρόν τε εἶ, καὶ αὐτὸν ἐν τῷ ἰάτρῳ, καὶ ἄλλ' ἄττα εἰς τοῦτο φέροντα ἦν. ἀνίσαμεν, καὶ συσκευάζεσθαι τοῖς οἰκέταις εἰπὼν, ὡς αὐτίκα ἐξιόντας, ἐξήλαυνον, μεσημβρίας δὲ πολλῷ τινι θᾶττον. οἷα δ' ἐπαναμένων τοὺς οἰκέτας, προὔκειτο χολαιότερον, καὶν τούτῳ, ἐτελέσθη τι τ' ὥρας. καὶ γίγνομαι περὶ δείλην
623 ὀψίαν ὅπῃ τοῖς ὕδασι τοῖς θερμοῖς, καὶ πάντα ἦν θορύβου μεστὰ, καὶ πλήθους ἀνθρώπων. ὡς'

rectus igitur nihil morandum duxi, quin juſſis ſequi famulis, currum conſcenderem, &, quoad poteram, procederem. Boreas autem flatu ſuo commovebat omnia, cum quidem male eſſet affecta hoc tempore gula, quod cum puſtulis premebatur frequentibus, tum ad quemvis radebatur eventum. Cumque & arena vento ſublata in faciem impingeret, & pulvis undecunque infeſtaret, non tam pavore, quam fiducia ſum correptus, partim quia deſperabam quodam modo, cum evadere non liceret, partim quia praeter omnem fidem reſiſtebam. Medici vero gargariſmos prius, & accuratiſſima tegumenta, ſimiliaque praeceperant. Secundo vel tertio poſt die, cum aedes paternas praeteriiſſem, in templum Jovis Olympii veni; atque ibi, antequam iter abſolverem, ſacra feci, quemadmodum & initio mihi Smyrnae praedictum fuerat, ut in Jovis agrum recta tenderem. Deinceps autem facilior jam fuit vivendi ratio. Anno ac menſe vertente, cum Cyziceni feſtum diem templi ſui celebraturi eſſent, & ſomni difficiles erant, & concoctio vix tandem poſtridie fiebat, idque cum quieſcerem, non cum dormirem. Itaque cum ſomnium venit, multa jam dies erat, ac ſomni fere tantum ceperam, quantum ſomnio ſufficeret, quod erat tale. Porphyrio medicus Cyzicenos alloquens, ſimilia videbatur iis dicere, quae ad Phaeaces Minerva, magnum me praedicans, ac dicendi copiam ambiens. Cum autem illi conſentirent, mox & theatrum apparere, & ego ingredi, reliquis conſequentibus. Surgo igitur, & ſervis, ut ſarcinas ad abitum componerent, imperans, iter aggredior circa meridiem. Et quoniam famulos expectabam, tardius proceſſi, factaque eſt mora nonnulla. Cumque ſera veſpera ad thermas veniſſem, omnia tumultu erant ac hominibus plena. Ita

1 De Ulyſſe, Odyſſ. θ' initio. *Cant.*

cum

ὐχ οἷόν τ' ἦν τέγλω εὑρεῖν, ἀλλ' ἔδει παρελαύνειν, ἢ ἔπιπτον μὲ ὀλίγοι ἤδη. προελθὼν δὲ τεπαρέκοντα ςαδίως εἰς πνα κώμλιν, ὡς ὐδεὶς με προσίετο τὴν αὐτόθι, ἔγνων τῇ νυκτὶ χρῆναι. ἀπορ μὲ οὖν μοι ἐδέδοκτο ἐλαύνειν εἰς αὐτὴν Κύζικον· οἱ δ' ἀκόλυθοι ἀπειρήκεσ. τέδον δὲ ὄντες οἱ λοιποί. ὡς' ἠναγκάσθην καλαλῦσαι περὶ τ λίμνλιν, εἴκοσι ἢ ἑκατὸν ςαδία ἀπὸ τ πόλεως, ἀνύσας δὲ εἰς εἴκοσι ἢ τριακόσια. παρελθὼν εἰς δῶμάτιον, καὶ σκίμποδος εὐπορήσας, καὶ τρώμαλ@ καθαρᾶ, ἢ μάλ' ἀγαπητῶς, (ἢ γὰρ ἔμοιγε ὐδὲν παρλῆ,) ὡς εἶχον διψῶν τε ἢ κονιορτᾶ πλέως, ἐν τῇ ἐαθῆτι ἐν ἧπαρ καθήμλιν ὅπῃ ᾶ ὀχήμαλος, διενυκτέρευσα καθήμενος τὰ πλείω ἐπὶ ᾶ σκίμποδος. ἀςέρων δὲ πρὸς ἡμέραν φερομένων ἀναςὰς, ἤνυσα, ἀναμείνας ὐδένα. καί μοι ὡδομύθιον ἦν τ πορείας, τὸ, τῷ λόγῳ προσέχειν, ὃν ἔδῃ τοῖς Κυζικηνοῖς ἐπιδείξαι χτὶ τλὼ ᾶ ἐνυπνίᾳ φήμλιν. ὥςε καὶ ἐποιήθη τάτῳ ὡδὲ τλὼ ὁδὸν, τὰ εὑρισκόμενα ἀεὶ ἀναλαμβάνοντι. τλὼ μὲ οὖν ασῤῥλὼ τ συμ- 624
βᾶσαν περὶ τ λόγον, ἢ μόνον ηὐίκα ἐδείκνυδο ἐν τῷ βλλευτηρίῳ, ἀλλὰ καὶ ὕςερον ἐν τῇ παικλύρει, εἰδεῖεν ἂν οἱ ὡδαγενόμενοι, ἢ οἱ τάτων ἀκάσανλες. ἐμοὶ δ' ὐχ ἥδιςον ἐν τοῖς τοιάτοις ἀναςρέβειν. ἀλλ' ἐπειδὴ προσέταξεν ἀναςρέφειν, ἐπαινέσας τὸ ἐν βαλανείῳ ὕδωρ, τέδον ὥσπερ τροφλύ πνα δλυτέραν ἀποδιδόντες, ἐπανήειμεν· τῇ τε ὥρᾳ τῆς ἐξόδου μάλιςά πως ὡδαπλησίως (ἀνὰ τὸ ἢ τότε αὐθημερὸν ἐξιέναι ὅπῃ τῷ προαίρεσθαι) καὶ δὴ ἢ τῇ συνεχείᾳ τῆς πορείας, ὐδαμῆ γὰ διαπαύσας, ἦκον ἄσπ@ μικρῷ πρὸς μέσῳ νυκτῶν, εἰς αὔλιόν τι γεωργικὸν τ ἐμαυτᾶ, τεπρακοσίως ςαδίως τὰς ἅπαν@ς· τῇ δ' ὑςεραίᾳ ἐκεῖθεν, εἰς Λανεῖον. καὶ τὰ μὲ τῆς προτέρας εἰς Κύζικον ἐξόδᾳ ἢ διατελῶς, ὕτως ἔχει. ἐπελθόντος δὲ ᾶ χειμῶνος ἦγε πάλιν τ' ὅπῃ Σμύρνης, καὶ γίνεται τ ἡμερῶν ἡ πρώτη σφόδρα ἵππος. ὡς δὲ κατέβην εἰς τὸ πεδίον τῆς ἐπιώσης νυκτὸς, ἄλλά τε ὀνείρατα ἐγίγνετο ἐπιπόνα, καὶ δή καὶ νεφέλας Ἀριςοφάνως ἐδόκουν μεταχειρίζεσθαι· καὶ

cum hoſpitium invenire non poſſem, pergendum fuit, ſequentibus jam paucis. Tum per quadraginta ſtadia in vicum quendam progreſſus, poſtquam nos nullus admiſit, nocte uti decrevi. Atque ego quidem Cyzicum uſque ſtatueram progredi, verum defecerant famuli, qui jam duo pene reſtabant. Quapropter juxta paludem pernoctare ſum coactus, quae centum & viginti diſtat ab urbe ſtadiis, cum viginti ſupra trecenta perfeciſſem. Tum in aediculam ingreſſus, & lectulum nactus forte cum veſtibus puris (nam mihi quidem nihil erat tale) in eodem, in quo ſuper currum ſederam, veſtimento, ſicut eram ſiti ac pulvere oppletus, pernoctavi, in lecto plerumque ſedens. Sub auroram vero ſurgens perrexi, nemine expectato. Erat autem itineris mihi ſolatium illud, quod in oratione eram occupatus, quam Cyzici ſecundum ſomnii praedictionem eram habiturus: itaque id in itinere perfeci, quaecunque erant inventa, ſemper reſumendo. Jam quanto ſtudio fuerit excepta oratio, non ſolum quando in curia, ſed & quando in publico conventu fuit recitata, norunt ii, qui interfuerunt, quique ab his audierunt. Mihi enim non admodum lubet in talibus immorari. At cum reditum injunxit, tum balnei laudibus inſtar alterius cujuſdam ſtrophae redditis, diſceſſimus; ita ut id & exitus tempori congrueret (nam tum quoque eodem, quo juſſi eramus, die exiveramus) & itineris continuationi, ſiquidem nuſquam interquieſcens ſub mediam noctem impranſus in villam quandam meam perveni, quadringenta ſimul emenſus ſtadia: poſtridie autem in Laneum. Ac prius quidem iter Cyzicenum ita peractum fuit. Ineunte autem hyeme rurſum nos Smyrnam miſit: ac fuit primus dies valde clemens. Sed poſtquam in agrum ſequenti nocte deſcendi, cum alia me detinuerunt ſomnia, tum quod Ariſtophanis Nebulas videbar in manibus habere: &

ſub

625 ἅμα ἕω νέφη τε ἦν, καὶ ὑετὸς ὐ πολὺ ὕστερον. ὥσθ' οἱ μὲ, συνέχαιρον ὡς ὐ προεξῆλθον· οἷσθ' ἐθαύμαζον τῆς προῤῥήσεως τὴν ἀκρίβειαν. μένοντι δέ μοι αὐτόθι ἡμέρας πινὰς, ἀγγέλλε) ἡ τῆς τροφοῦ θυγάτηρ ἀσθενοῦσα κὐ ἔχουσα σφαλερῶς. κἀκείνῃ μὲ, ἰατρὸν ἔπεμπον· αὐτὸς δὲ, ἐπειδὴ πρόσχεν, εἰχόμην τ ὁδοῦ. καὶ μὺ προϊόντ@ ἤδη, ὑπεκινεῖτο ὁ ἀὴρ, ὡς προς ὕδωρ τε κὐ χειμῶνα. καὶ δέος ἦν μὴ καταλειφθῶμεν, ἄλλως τε καὶ δυσπόρων ὄντων. ὅμως δὲ τοσοῦτον ἀντέσχεν ὅσον σαδίους ἐλλείπεσ) προς τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀπόλλωνος. τὸ μὲν καῦτα δὲ, ὁμίχλη τε κατέβη βαθεῖα, καὶ ψεκάς τις διέθε· καὶ προελθόντων εἴσω, λαμπροῖς ἤδη τὸ ὕδωρ παρῆν. ὥστε ἑορτὴν ἤγομεν. ὑποχόνδρων δέ με κἀνθαῦθα ὀνειρατων, ἐπέμενα. προς δὲ τοῖς ὑποχθοσι, καὶ τοιόνδε ἐγεγόνει. ἐδόκουν ἱερεῖόν τι τεθυκώς, ὑπισκοπεῖσθαι τόν τε δὴ θεὸν οἰκεῖα καλούμενον κὐ λυτῆρα. καὶ τινος τ μάντεων ἐπελθόντος, πυνθάνεσ) τί βούλοιτο ὁ λυτήρ· πότερον καθάπαξ λύοι τι, ἢ μικρότερον ἀντὶ μείζονος ποιοίη,
626 κὰ ἀναβολῆς εἴη σημεῖον. ὅσ' ἐώκε ὐ πάνυ τι ἰσχυρόταλα ἠγεμονεύω εἰς τὸ καθάπαξ, ἀλλὰ καὶ ἀέρας κὐ ἀστέρας καὶ τοιαῦτα ἠπᾶτο. κἀν τούτῳ ἠγγέλθη προσὶ τ κόρης ὅτι εἴη τεθνεῶσα, εὐθὺς μὲν οἶμαι ἀκούσασιν, ἐδόκει θεῖον εἶ) τὸ μὴ τυχεῖν πρόντα ἐμὲ τῇ συμφορᾷ, ἀλλὰ προεξελθεῖν· ἔτει δὲ σαφέστερον ἐκ τ ὕστερον χρησμῶν ἐγένετο, ὡς οὐκ ἄνευ δαιμονίου τινὸς πᾶν τοῦτο συνέβη. ἐπειδὴ γὰρ κατέβαιν ἀπὸ τοῦ ὄρους, δολίᾳ νυκτὶ ὕστερον, ὤφθη τοιάδε (ἔμειναν δὲ καὶ πλείους, καθέχοντ@ τοῦ θεοῦ.) Τελεσφόρος ἦν ὀρεωκόμος· οὗτος ἐδόκει μοι ὁρμηθεὶς αὐτόθεν βαδίζειν ὀπίσω, τὰ χρηαθέντα ἐπὶ τῇ Φιλυμένῃ σημαίνων (τοῦτο γὰρ ὄνομα τῇ κόρῃ) κεχρῆσ) δ' αὐτὰ Ἀλκίμῳ πατρὶ τ κόρης, κὐ δὴ κὐ γράμματα ἔχειν, εἴτε δὴ σεσημασμένα, εἴτε καὶ μή· ἃ τ Ἀλκιμον νύκτωρ ἀκούσαντα πρ' αὐτῆς, ὑπομνημονεύσαντα γράψασ), θαυμαστὰ πλήθει κὐ δυνάμει, φέροντα εἰς ἐμὲ, ὥστε θαυμάζειν ὅπως

sub auroram nubes primum, deinde pluvia ſtatim extitit. Itaque gratulabantur mihi alii, quod non exiviſſem: alii praedictionis admirabantur certum eventum. Cum autem per dies aliquot ibi manſiſſem, nunciatum eſt nutricis filiam graviter aegrotare. Et ad illam quidem medicum miſi; ipſe vero cum primum licuit, iter perſequebar. Dum autem procedebam, nonnihil mutabatur aer, quaſi ad pluviam ac tempeſtatem tenderet. Itaque metuendum erat, ne deprehenderemur, cum praeſertim difficilis eſſet via. Hactenus tamen reſtitit, donec ab Apollinis templo ſtadiis aliquot abeſſemus. Tum vero vehemens delapſus eſt turbo, pluvia quadam minuta permiſtus; & poſtquam intravimus, vehementer jam pluit. Itaque feſtum agebamus diem. Et quoniam hic quoque detinebant me ſomnia, manſi. Inter coetera vero hoc quoque ſomniavi. Videbam facto ſacrificio Deum vocare inter alia Solventem. Accedente autem vate quodam, quid ſibi Solvens vellet, quaerebam, & utrum aliquid ſolveret omnino, an minus ex majore faceret, ac rejectionis ſignum daret. At ille non admodum ad univerſa contendere videbatur, ſed aerem, ſtellas & ſimilia incuſabat. Interea cum puellae mors eſſet nunciata, mox quidem divinum quiddam nobis videbatur, quod huic miſeriae non interfuiſſem, verum ante exiviſſem; poſt autem manifeſtius etiam ex oraculis cognovimus, totum hoc non abſque genio quodam contigiſſe. Etenim ſecunda poſt, quam de monte deſcenderam, nocte (ac manſi etiam plures, quoniam detinebat nos Deus) haec ſomniavi. Teleſphorus quidam, mulio, videbatur inde profectus redire, & quae de Philumena (nam hoc erat puellae nomen) Alcimo patri erant praedicta, indicare, atque etiam ſcripta quaedam, ſive obſignata, ſive recluſa, ſecum adferre: quae Alcimus cum ex ipſa nocte audiviſſet, in commentarium retulerat, valde multa & efficacia, & ad me pertinentia, ſic ut mirarer, quomodo memoria

καὶ ἀπεμνημόνευσε. κεφάλαιον δ' ἦν, ὡς ἐν αὐτῷ τῷ σώματι τῆς Φιλουμένης καὶ τοῖς ἐντὸς, ὥσπερ ἐν ἀπλάγχνοις ἱερείων, ἐγγεγραμμένα παντὸς τοῦ περὶ αὐτὴν πράγματος. 627
ἐδόκουν δὲ καὶ κοιναί τινες εἶναι πλείους, καὶ ἅμα πως ἑώρων αὐτάς· αἱ μὲν ἄνω ὑγιεῖς καὶ εὖ διακείμεναι, ἐν δὲ τῇ τελευταίᾳ τὸ πεπονθὸς ἦν. καὶ ἐδείκνυτο ὑπὸ τοῦ ἐφεστῶτος ὅπῃ ἔχοι ἦν. καὶ ἠρόμην δὴ αὐτὸν, πόθεν οὖν οἱ ὄγκοι καὶ ἡ δυσεργία; ὁ δὲ, ἐδείκνυεν ἐκεῖνον τὸν τόπον. οἱ δ' οὖν χρησμοὶ, τοιοῦτοί τινες ἦσαν. ἐνεγέγραπτο μὲν τὸ ὄνομα τὸ ἐμὸν οὕτωσί, Αἴλιος Ἀριστείδης· καὶ σχεδὸν ἐκ διαλειμμάτων, ἄλλα καὶ ἄλλα ἐπίσημα τοῦ ὀνόματος· ἐπιγεγράπτο δὲ Σωσιμένης, καὶ ἕτερα τοιαῦτα σωτήρια ἐπαγγέλλοντα, καὶ ὅτι ἡ Φιλουμένη ψυχὴν ἀντὶ ψυχῆς, καὶ σῶμα ἀντὶ σώματος ἀντέδωκε, τὰ αὑτῆς ἀντὶ τῶν ἐμῶν. καὶ τἆλλα εἰς ταὐτὸν φέροντα ἦν, ἅπαντα δὲ βιβλίοις τισὶν ἐγγεγραμμένα, ἃ πάντα γράψαντος τοῦ Ἀλκίμου, ἐδόκει ἀποκομίζειν ὁ Τελεσφόρος οἴκαδε. ἦν δὲ καὶ Πορφυρίωνος τοῦ ἰατροῦ παρακλήσεις ὡς πρὸς τὴν μητέρα αὐτῆς, μᾶλλόν τε λούσασθαι, εἰ δὲ μή, ἀλλά γε φαγεῖν. ταύτης τῆς κόρης Ἑρμείας ἀδελφὸς ἦν, ὃς ἐν τῇ μεγά- 628
λῃ νόσῳ, ὅτε καὶ ἡ θεὸς ἐφάνη μοι, ἀπέθανε, καὶ αὐτὸς σχεδὸν ὡς εἰπεῖν ἀντ' ἐμοῦ. τῇ γὰρ αὐτῇ ἡμέρᾳ, ὡς ὕστερον ἐπυθόμην, ἐκεῖνός τε ἐτελεύτα, κἀγὼ τοῦ πυρὸς ἀπελλατόμην, καὶ πάνυ κεκμηκότος. ἄμφω δὲ ἦσαν παῖδες ἐμῆς σωτῆρος Καλλιτύχης. καὶ ταῦτα μὲν εἰς τοσοῦτον. πέντε δὲ ἡμέρας ὑπὸ τῷ ὄρει μείνας, καὶ διαιτηθεὶς ὡς προὐγέγραπτο, ἔκτῃ κινήσαντος ἔξειν ὅπῃ Περγάμου· καὶ ἦσαν μὲν ὀπισθαί, ἣν Ῥωμαῖοι πρώτην ἄγουσι τοῦ ἔτους. χειμὼν δὲ ὅτω δὴ πω σφοδρὸς, ὥστε μηδ' οἴκοι μένοντα ῥᾳδίως ἔχειν ὑπομεῖναι. καὶ σημεῖόν τοῦτο δὴ θειότατον τῆς ὁδοῦ (τὸ γὰρ τοῦ Ὁμήρου σαφὲς ἦν ὅπῃ τις θεῶν ἡγεῖτο, καὶ ὅστις γε ὁ θεός) ἔξοπιθεν μὲν γὰρ Βορέου πνεῦμα ἐπέκειτο, οἷον ψυχρότατον, νεφέλας ἐλαύνον μελαίνας καὶ πυκνάς, ἐκ δεξιᾶς δὲ ἄπαντα χαλεπώτατα, ὗεν δὲ ἐξ ἀριστερᾶς, καὶ

moria potuiſſet ea complecti. Summa autem erat, in ipſo Philumenae corpore atque inteſtinis, tanquam victimarum, totum ipſius negotium fuiſſe inſcriptum. Videbantur etiam communes quaedam plures eſſe, atque eas quodam modo videbam, ita ut ſuperiores ſanae eſſent & bene affectae, poſtrema vero malum contineret. Monſtrabantur autem ab eo, qui aſtabat, quiſquis erat. Nam cum ex eo quaererem, unde igitur torpor & difficultates orirentur; illum oſtendebat locum. Jam oracula fere erant hujuſmodi. Nomen primum meum ſic inſcriptum erat, Aelius Ariſtides: deinde ex intervallo alia atque alia cognomina; inter quae & Soſimenes, aliaque ſimilia, quae ſalutem denunciarent, ac Philumenam animam pro anima, & corpus pro corpore, ſua pro meis, tradidiſſe ſignificarent. Eodem pertinentia inerant & alia, quae in chartulis quibuſdam omnia ab Alcimo deſcripta, Teleſphorus domum reportare videbatur. Erant autem & Porphyrionis medici ad ejus matrem hortationes, ut lavaret praeſertim, aut ſaltem cibum caperet. Hujus vero puellae frater fuit Hermias ille, qui magni morbi tempore, cum Dea mihi apparuit, pro me & ipſe, ut ita dicam, obiit. Eodem enim die, quemadmodum poſtea cognovi, & ille mortuus eſt, & ego diuturna febri liberatus. Uterque autem ex Callityche, nutricis meae ſocia, natus erat. Et haec quidem hactenus. At poſtquam dies quinque ſub monte manſi, & praeſcripta ſum uſus diaeta, ſexto die, cum imperatum fuit, Pergamum proficiſcor, eo die profeſto, qui Romanis eſt anni principium. Atque erat hyems tam aſpera, ut eam ne domi quidem ferre poſſemus. Illud vero maxime divinum in itinere contigit (nam Homericum illud manifeſtum erat, deum quendam viae ducem eſſe) cum a tergo quidem Boreas flaret frigidiſſime, nigras ac denſas cogens nubes, a dextra vero ningeret, ac plueret a ſiniſtra, id-

que

ζωῦτ' ἦν ᾠδὴ πᾶσαν τὴν ἡμέραν τε καὶ τὴν ὁδόν. μία τε οἷ ζώνη ἀφ' παντὸς δ' ἀέρος
629 ἦγεν εἰς δ ἱερόν, κατ' αὐτῆς δ ὁδῦ τεταμένη, σκέπων ἅμα καὶ φῶς ἔχουσα. καὶ πάμπολυ
δὴ τ' ἄλλων ἀποσπάσας, ἦγον εἰς τὸ ἱερόν, μθ' ἑνὸς ἀκολύθυ ςαδίυς οὐκ ἔλαττον ἢ τεια-
κοσίυς ἀφεδραμών. καὶ ἦν μὲ τῆς ὥρας, τὸ μετὰ λύχνους τὺς ἱερύς· ἐν ὅσῳ δὲ τύς τε
ὑπολειφθέντας ἐπανέμθνον, καὶ καταγωγὴ ἐπείζετο, διέτριψα, τύς τε νεὼς θεωῖων ὡς
εἶχον ἐκ δ ὁδῦ, καὶ βαδίζων ἄνω καὶ κάτω θεὶ τὸ ἱερόν. ἤδη δὲ βαθείας ἑσπέρας εὐπορή-
σας ὑπηρετῶν, αὐτόθεν λυσάμθνος ὑπὸ λαμπῆνος, ἀπὸ μικρᾶς πάνυ τροφῆς ἀνεπαύό-
μην. καὶ μὴν τάγε ἄλλα σαφῶς ἐγίγνετο σὺν θεῷ αυθδῇ τ' ἀνθρώπων, καὶ συνῳδοὶ κατ'
τύς λόγυς, καὶ δέος μὴ ἧττον ἀπαλλαγείημεν. ζωταὶ δὲ ζῶται καὶ ὕστερον ὡς ἐν τῇ Σμύρ-
νῃ ἐγενόμθα. μάλλον δὲ καὶ πρὶν εἰσελθεῖν εἰς τὴν πόλιν, ἦσαν οἱ κατ' τ' φήμην ἅπαντῶντες,
καὶ τῶν τε νέων οἱ γνωσμώταροι σφᾶς αὐτὺς ἐδίδοσαν, καὶ τύπος τις ἤδη τελαμέν-
ως ἀφετερᾶς ἦν, καὶ ἀφ' πάντων ἡ κλῆσις ἠκριβῶτο. Αἰγυπτίυ δέ τινος ἀνθρωπίσκυ πρὶ
τ' χρόνον τῶτον εἰσκωμάσαντος εἰς τ' πόλιν, καὶ τῶν τε βυλευτῶν ἔτι ὃς διαφθείραντος, καὶ
630 τινι πολλῶν καὶ ἰδιωτῶν δόξαν πρασχήσαντος ὅτι καὶ πολιτεύσοιτο, καὶ φιλοτιμίας θαυμαςὰς
οἵας φιλοτιμήσοιτο ἀπὸ χρημάτων, εἰς τὸ θέατρον εἰσπηδῶντος ὅπως τύχοι, καὶ τοιαύτης
αἰσχύνης καταχύσης τ' πόλιν, ἤδειν μὲ ἀδοπῶν τύτων ἐγώ, ἀλλ' ἡ ὀψέπολε ἤκυσα· ἅτε καὶ
κατ' οἰκίαν τὰς συνυσίας ποιῆς τύς ὀπτηδείυς ποιύμθνος. ἅρτι δ' αὖ παφιέναι μέλ-
λοντ' εἰς τὸ ὠδεῖον τὸ πρὸς τῷ λιμένι, καὶ διατριβὴν αὐτόθι καθιςαμένυ, εἴτε δὴ καὶ
κατὰ ψήφισμα, εἴτε καὶ ὁκ οἶδ' ὅπη, ἐμοὶ δ' ὅναρ γίγνεται. ἐδόκουν τῦτο μὲν, ὃ
ἥλιον ἐκ τῆς ἀγορᾶς ἰδεῖν ἀνίσχοντα, τῦτο δὲ, ἀνὰ στόμα ἔχειν, Αἰσχίνης μελετήσεται
τήμερον ἐν τῷ βυλευτηρίῳ ὥρας τετάρτης. ζωῦτα φθεγγόμθνος, καὶ τύτων ἀκύων, ἀφυ-
πνιζόμην, ὥστε διεσκόπυν, εἴτ' ὄναρ εἴη, εἴθ' ὕπαρ. καλέσας δὲ τῶν φίλων τὺς ὀπτηδείυς,

que per totum diem, atque omnem viam. At quaedam veluti zona per aerem totum ad viam extenſa nos ad templum ducebat, tegens pariter & colluſtrans. Itaque longe ab aliis ſegregatus, ad templum pergebam, trecenta circiter ſtadia comite uno famulo permenſus. Ac tempus quidem erat ultra ſacras lucernas: interim vero, dum alios expectabam, & parabatur diverſorium, fana circuibam, ut ex itinere veneram, templumque ſurſum ac deorſum. Sera denique veſpera venientibus famulis, poſtquam ibidem ad lucernam lavi, exiguo admodum ſumpto cibo, cubitum me contuli. Jam alia manifeſte cum Dei favore fuerunt conjuncta, ſtudium hominum erga nos, & conventus ad orationes, ac, ne citius diſcederemus, metus. Eadem vero Smyrnae quoque poſtea contigerunt. Quin etiam antequam urbem ingrederer, quidam ad rumorem occurrerant, ac tum juvenes nobiliſſimi ſeſe nobis dederant, tum forma quaedam diſputationis jam conſtituta erat, undique perfecta vocatione. Cum autem Aegyptius homunculus quidam circa tempus hoc in urbem irrupiſſet, ac tum conſiliarios quoſdam corrupiſſet, tum idiotis aliquot perſuaſiſſet fore, ut aliquid rei gereret, ac magnificis uteretur largitionibus, & in theatrum aliquando inſiliret, eoque pudore civitatem afficeret; nihil equidem horum ſciebam, niſi quod ſero tandem audivi, quippe qui domi cum neceſſariis verſarer. Verum cum ille prope in Odeum, quod eſt ad portum, venturus eſſet, atque ibi diſputationem ſive ex decreto, ſive neſcio quo pacto inſtituturus, mihi hoc ſomnium alicubi contigit. Videbar partim Solem ex foro orientem ſpectare, partim haec in ore habere verba; Ariſtides hodie in curia declamabit hora quarta. Quae cum partim locutus, partim audiens experrectus eſſem, conſiderabam, utrum id ſomnium eſſet, an minus. Tum advocatis primariis amicis,

φράζω τὸ πρόσταγμα. καὶ τότε δὴ γράμμα ἐξετίθετο, ἡ γὰρ προσῆγεν ἡ ὀχ ἅρ' ὀνείρατος ὥρα, καὶ παρῆμεν εὐθὺς ἐπ' αὐτῷ. ὅμως δὲ καίτοι ὕπνου ἐξ ὑποψίας τὰ παρόντα γιγνομένης, καὶ τῶν πολλῶν ἀγνοησάντων, ὅτου δή τι μεῖζον γίγνεται τὸ βουλευτήριον, ὥστε ὑδὲν ἦν πλέον 631
ἀνθρώπων κεφαλὰς ὁρᾶν, καὶ οὐδ' ἂν τὴν χεῖρα διέσπασας μέσην ὑδαμοῦ. καὶ μὴν τόγε ἅρ' θορύβου τε καὶ εὐνοίας, ἢ μᾶλλον, εἰ χρὴ τἀληθὲς εἰπεῖν, ἐνθουσιασμοῦ, τοσοῦτον ἅπαντα πάντων σιωπᾶν, ὥστε ὑδεὶς ὤφθη καθήμενος, ὅτ' ὀπὶ ἅρ' προάγωνος, ὅθ' ἡνίκα ἀναῤῥὰς ἠγωνιζόμην, ἀλλ' ὀχ ἅρ' ὁτὲ ῥᾴμαλος εἰσῆκες, ὦδινον, ἐγάννυτο, ἐξεπλήττοντο, συμπαρέκειτο τοῖς λεγομένοις, ἠφίεσαν φωνὰς ὅπου ποθὲν γενομένας· πᾶς τις αὐτῷ ὁ κέρδος ποιούμενος, εἰπεῖν τὰ μέγιστα ἐμοί. ὡς δ' ἀπηλλάγημεν ἀπὸ τοῦ βουλευτηρίου, καὶ ἅπερ ἐλέγετο, ἤμεν, τότε δέ τις ἀγγέλλει μοι, ὅτι καὶ ὁ δεῖνα προγράψας, ἅπτεται εἰς τὴν ἡμέραν ταύτην εἰς τὸ ᾠδεῖον, ἐπακούσεσθαι εἰπὼν τοὺς σύμπαντας ἠθικώς. καὶ μέντοι καὶ ἦρξεν αὐτῷ σωφροσύνης ἐκείνη ἡ ἡμέρα· τὸ πέρας δ' ἃ λέγω· ὑδ' ἂν τούτων ἐμνήσθην, εἰ μὴ τότε σύνηνον ὡς ἐναργὴς ἐξέβη, ἐβουλόμην ἐνδείξασθαι, καὶ ὅτι καὶ τούτων ἐμέλησε τῷ θεῷ, καὶ ἅμα τοῖς ἐξ ἀρχῆς ὁμολογεῖ λόγοις, ὡς αὐτὸς ἀνέστησέ τε, καὶ κατέστησεν εἰς τὴν Σμύρναν. καὶ 632
πολλῷ δ' ὕστερον εἰς Ἔφεσον κομίζει, πρόφασιν τὸ προειπὼν ὡς ἀγωνιεῖ, καὶ παρασκευάσας ὅσον ὡς ἀφυπνιζόμην, Ἔφεσον βοᾷ. ἀλλὰ μὴν τάγε ἐκεῖ πραχθέντα, ἐμοὶ μὲν ὀκ εὐπρεπέστερόν ὅσι λέγειν, πολλοὶ δὲ οἱ διηγησόμενοι τοῖς δεομένοις εὐδέναι. ἀλλ' ὅσον μὴ εἰς τὸ θεὸν ἔρχει τὸν λόγον, ἀνάγκη φράζειν πειρᾶσθαι, καὶ μὴ παραλιπεῖν ὀκ τῶν δυνατῶν. ἄτοπον γὰρ, εἰ μέντοι τῷ σώματι καὶ κατ' οἶκον ἔδωκεν ἴαμα, διηγεῖσθαι τοῦτ' ἂν καὶ αὐτὸν καὶ ἕτερον· ὀκεῖνα δὲ ἃ ὁμοῦ τὸ σῶμα ἀνίστη, τῇ ψυχὴν ἐπερῥώννυ, τοὺς λόγους ἦξε μετ' εὐδοξίας, ζῶντα δὲ ὑπωσὶ παρελθεῖν σιωπῇ. ὅτι δὲ οὐδὲν πώποτε τῶν ἀνθρωπείων ἐμέ γε ἐκαίνωσεν, οὐδὲ ἐπῆρθην ὅτ' ὀλίγοις ὅτε πολλοῖς χειρωσάμενος, οὐδ' οἴομαι δεῖν φιλο-

mandatum expono. Ac tum ſchedula erat affixa, quoniam appropinquabat hora ſomnii, tum nos praeſto ſtatim fuimus. Quamvis autem tam repente acceſſiſſem, ut id ignorarent plerique, ita tamen referta fuit curia, ut nihil praeter hominum capita conſpiceres, nec vel manum uſquam potuiſſes inſerere. At applauſus & benevolentia, vel potius enthuſiaſmus tantus per omnes extitit, ut nemo nec ante certamen, nec in ipſo certamine conſederit, quin a primo uſque verbo ſtarent, angerentur, gauderent, obſtupeſcerent, annuerent dictis, voceſque hactenus inauditas emitterent; in lucro ſinguli ponentes, ſi quid ex maximis mihi tribuerent. Jam poſtquam e curia ad lavacrum conceſſimus, nunciatum eſt nobis, illum quoque, cum ante tres dies eo ſe die in Odeo dicturum eſſe ſcripſiſſet, decem & ſeptem habuiſſe in univerſum auditores. Atque illi quidem modeſtiae fuit iſte dies principium; quae autem conſecuta ſunt, non dicam: nec etiam horum meminiſſem, niſi & evidentem ſomnii eventum voluiſſem oſtendere, & haec quoque Deo curae fuiſſe, ſimulque dictis prioribus congruere, quibus illum nos & excitaſſe, & Smyrnam deduxiſſe dixeram. Non longe poſt Epheſum nos miſit, cum coronas promittens quaſi athletae, tum ita nos afficiens, ut Epheſum clamans expergiſcerer. Quae autem illic acta ſunt, equidem honeſte narrare non poſſum, multi vero iis, qui volent ea cognoſcere, referent. Verum qui ſermones ad Deum pertinent, eos neceſſe eſt exponere, nec quicquam, quoad fieri poſſit, omittere. Etenim abſurdum foret, ſi, quae domi dediſſet corporis pharmaca, narrarem & ipſe, & alii; quae vero ſimul & corpus reſtituerunt, & animum confirmarunt, & orationes glorioſe produxerunt, ea ſilentio ſepelirem. Quod autem nihil unquam rerum humanarum me quidem inflaverit, nec vel paucis vel multis captis elatus fuerim, neque de iſtis gloriari

πιμεῖσθαι τοῖς τοιούτοις μᾶλλον ἢ αἰσχύνεσθαι φιλοπύθμονος· ἐμαυτόν τε καλῶς πέπεικα, καὶ πολλούς. ἀλλὰ γὰρ θαυμαστὸν ὅσον θεοῦ τὸ διηνεκές· οἷόν καὶ τὸ τῆς ὕστερον ἐν Σμύρνῃ γενο-
633 μένης ὑπερβάλλοντος ἀγῶνος. ἐκέλευσε μὲ γὰρ παρελθεῖν εἰς τὸ βουλευτήριον, παρελθεῖν δὲ φαίνοντα· καὶ ἐποίουν ὅπως. ἦν δέ τις τῶν βουλευτηρίων φρουρὸς, ἀνὴρ τὴν ὄψιν ἄρμα θαυμαστὸς οἷος· ὅτος ὡς εἶδε περισπόνδους τοὺς ἐμοὺς, ἠξίωσε συγχωρῆσαι ἑαυτῷ πρότερον τοὺς ἐωθότα συγγενέσθαι τοῖς μαθηταῖς, καὶ διέτριψεν εἰς μεσημβρίαν αὐτήν. εἰσῆλθον μὲν οὖν νικῶντα, εἰσελθὼν δὲ ἀπέτεινα τὴν ῥῆσιν τὴν τῶν σοφιστῶν, ἡδίστην δὴ ἁπάντων ἡμερῶν ἀγαγὼν ὑπὸ λόγοις. αὐτός τε γὰρ οἷός σχολῆς εἰλημμένος, ἐχρώμην ἄσμενος, καὶ τὸ θέατρον εἰς ἄμιλλαν κατέστη μὴ λείπεσθαι τῶν λεγομένων. ὅ, τι δ' ἐνθυμηθείης ἢ εἴποις, ἔλαττον τοῦ τότε συμβάντων ἐρεῖς. ὡς δ' ἐξεπέρανα, ἐγὼ μὲν ἀνιστάμην ὡς ἀπαλλαξόμενος, νομίζων καὶ ζῶντα, ἐπέκεινα παντὸς ἀγῶνος εἶναι. οὐδ' ὑπενόουν, ἀλλ' ὥσπερ ἐξ ἑνὸς στόματος πάντες, παρεκάλουν τε ἐκέλευον, καὶ δέεσθαι παρεκάλουν τὰ λοιπὰ πάντως. καἰγὼ τέως μὲν διεσκόπουν, ἄλλως τε καὶ ἀφ' οὗ πόρρω τῆς ὥρας
634 εἶμι. διαμοτέρας δὲ τῆς παρακλήσεως γιγνομένης, ἐνεθυμήθην τοῦ ὀνείρου, καὶ ὅτι ταῦτ' ἄρα καὶ θεὸς προεῖπε, μὴ ἄσιτον εἰσιέναι ὅπως αὐταρκέσαιμι. τόν τε οὖν ἀγῶνα ἐπαύσην, καὶ παρεσκευαζόντος αὐτοῦ, καίπερ οὐκ ἠθυμηθην, ἀλλ' ὁμολογήσας τοῦ θεοῦ τῷ παρρήσιν, καὶ ὅτι ἥκοιμι παρεσκευασμένος· οὐδ' ἐθαύμαζον εἰς ἅπαντα. ἀγωνισάμενος δὲ εἰς δυνάμιν τῷ ἐμαυτοῦ ἀφ' ἑσπέρας, ἀπηλλαττόμην, ἀπολείπων ὀλίγον εἰς ἡλίου δυσμάς. καὶ τῆς ὑστεραίας ἠγωνιζόμην αὖθις ἐν τοῖς αὐτοῖς· ἐπεὶ τοιαῦτα ἠνάγκαζε ὁ θεὸς κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους. φέρε δή, καὶ περὶ τῆς ἐναγχος εἰς Κύζικον ἐξόδου γενομένης ἐξηγήσωμαι, ἣ πέμπῳ μὲν ἔτει πρὸ τούτου μηνὶ τῷ αὐτῷ, καὶ ἡμέραις μάλιστα ταῖς αὐταῖς ἐγένετο, Ὀλυμπίων ὑπόντων. ἔσχε δὲ ἡ πόρρω τῆς πρώτης. καὶ γὰρ ἀσιτία τῇ πρώτῃ τῶν ἡμερῶν,

riari quenquam potius, quam, ſi glorietur, pudore perfundi debere putem; & mihi & aliis probe perſuaſum ſcio. Sed certe mirabilis eſt Dei continuatio: qualis & ea fuit, quae poſtea Smyrnae contigit, magna illa contentio. Juſſerat enim in curiam me ingredi, atque pranſum; atque ita feceram. Quidam autem de curiae cuſtodibus, vir inſigni proceritate, poſtquam meos adventare vidit, prior voluit de more cum diſcipulis congredi, & ad meridiem uſque nos diſtulit. Tum ego ingreſſus, exaggeravi locum communem contra ſophiſtas, jucundiſſime omnium diem illum dicendo tranſigens. Nam & otio, quod videbar ſumpſiſſe, libenter ſum uſus, & contendebat concio, ne deficeret. Ac quicquid vel dixeris vel cogitaveris, minus, quam geſtum eſt, dices. Poſtquam autem dicendi finem feci, ſurrexi ut diſcederem, quandoquidem certamini abunde ſatisfactum putabam. At illi hoc paſſi non ſunt, ſed omnes quaſi uno ore manere juſſerunt, ac quaeſtiones accipere, & ſecundo decertare. Atque ego quidem aliquandiu recuſavi, cum praeſertim ſerum eſſet: poſtquam vero violentius hortari coeperunt, ſomnii venit in mentem, atque ideo Deum etiam praecepiſſe, ne jejunus ingrederer, quo perdurare poſſem. Quapropter & certamen aggreſſus ſum, & in ejus progreſſu continere me non potui, quin oraculum Dei, ac praeparatum veniſſe me faterer: at illi cuncta demirabantur. Denique cum pro viribus contendiſſem, diſceſſi, paulo ante Solis occaſum. Poſtridie ibidem rurſum diſputavi, quoniam ita tum jubebat Deus. Age vero, Cyzicenum quoque iter narremus, quod nuper ſuſcepimus, quinto poſt anno, menſe eodem, atque iiſdem propemodum diebus, cum inſtarent Olympia. Nec longe a priori diverſum fuit. Nam & inedia primo die fuit,

μοχθηρία τὴ ὕδατος· καὶ ἅμα ὑπὸ πλήθους ἐμπίδων, σωνέβη σφόδρα λυπηθῆναι δεινῶς. καὶ τὴν ὀπτῆσιν ὠδοιπόρουν ἐξ ὄρθρου βαθέος, ῥοφήματι χρησάμενος βραχεῖ. καὶ ὡς ἐπαύσατο, καπέλουσα μὲ σφὸς τοῖς ὕδασι τοῖς θερμοῖς ὑδεύς· (προειρημένον καὶ τοῦτο) τὴν δὲ ἀσπίδα ἀπέδωκα, ἐπειδὴ ἐπανῆλθον, ὀπίσω κομισθεῖσαν εἰς τὸν ὄπισθεν. καὶ μὲν τάγε τῆς 635
ἡμέρας ἐν τῇ πόλει, σχεδὸν, ὥσπερ προείρητο, ὕτως ἐχώρησεν. ἦν δὲ τοιάδε τὰ φανέντα· αὐτὸς δὲ καὶ ᾔτησα τὸν θεὸν, σημῆναι ὅτε καὶ δικῶν ὕσων καὶ τῶν φίλων δεομένων ἥξειν. ἐδόκουν ὑπηρετεῖν προσόδου χάριν σφὸς τὸν βασιλέα· θύοντος δὲ αὐτοῦ, τυγχάνειν καλαχείμενος· ὡς δὲ πλησίον γενέσθαι τῶν χειρῶν μου ἀλεκτρύονα ἀπαίροντα, συλλαβεῖν τε καὶ ὀιωνίσασθαι, καὶ ὡς εἶχον ἐν ταῖν χερσῖν, ἄρχεσθαι τῆς προῤῥήσεως. ὥρμηδο δέ μοι τοῦτο πᾶν, ἀπὸ τοῦ Ομηρικοῦ, ὡς [1] Οδυσεὺς δ' ἔκπωμα πλησάμενος προσαγορεύει τὸν Αχιλλέα, καὶ λέγει· τὰ δὲ ῥήματα οὕτω πως εἶχεν. Επ' ἀγαθῷ δὲ καὶ ἀμφοτέροις τοῖς βασιλεῦσιν, ὡς δὲ, καὶ ἡμῖν ἅπασιν. ὁ δὲ, ἐθαύμασέ τε, καὶ πειρώμενος τῶν λόγων, ἀντὶ πάντων τὲ ἔφη τιμᾶσθαι χρημάτων αὐτοῦ· καὶ ἐπεῖπε, τοῦτοις τοῖς λόγοις, εἰ προσῆσαν ἀκροαταὶ, καὶ ὅσον πεντήκοντα —— κἀγὼ ὑπολαβών, σοῦ γε ἕνεκα βουλομένου, βασιλεῦ, καὶ ἀκροαταὶ γενήσονται· καὶ ὅπως γ' ἔφην θαυμάσῃ, ταῦτα ἃ νυνὶ λέγεις ἐμοὶ ὑπὸ τοῦ Ασκληπιοῦ προείρηται. καὶ ἔτοι- 636
μος ἦν αὐτῷ γεγραμμένα δεικνύναι. μὴ ταῦτα δὲ, ὁ μὴ, οὐκ οἶδ' ὅποι ἐτράπετο· ἐγὼ δ' ὑπεθυμήθην, ὅτι οὗτος ἐκεῖνος ὁ καιρὸς εἴη τῆς ὑποδείξεως. ὑπὸ τούτοις ἐδόκουν βαδίζειν ὑπὸ Κυζίκου· τοιαῦτ' ἦν τὰ κινήσαντα. ὡς τοίνυν ἐγενόμην ἐν τῇ πόλει, πολλὴ μὲν ἦν ἀσπάσασις τῶν ἡγεμόνων, πολλὴ δὲ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων· ὅμως δὲ εἰς μὲν τὸ δημόσιον οὐ παρῆλθον, προσδεχόντων ὁσημέραι, καὶ θαυμαζόντων ποιούντων· κατ' οἰκίαν δὲ σιωπῇ τοῖς ἐπιτυχαίοις, καὶ σχεδὸν ἐξεπληροῦτο ἡ τοῦ ἐνυπνίου φήμη, ἦν γὰρ εἰς τοὺς πεντήκοντα ὁ σύλλογος. χειμαζομένης

& aquae malitia: deinde propter muſcarum copiam vigilandum fuit. Poſtridie vero ſummo diluculo iter ſum ingreſſus, ſumpta ſorbitiuncula. In reditu autem ad thermas madefactus, quemadmodum & praedictum erat, pernoctavi, & inediam, ſequenti diei praeſtitutam, perſolvi. Jam quae in urbe acciderunt, ita fere, ut erant praedicta, evenerunt. Haec enim ſomniaveram, cum quidem Dei voluntatem ſciſcitatus eſſem, quoniam & cauſae agebantur, & venire jubebant amici. Videbar ad Imperatorem accedendi occaſionem captare, & cum ille ſacrificaret, decumbere; cum autem prope in manus meas veniſſet gallus palpitans, eum comprehendere, & augurari, &, ut eum manibus tenebam, oraculum auſpicari. Id autem totum ex Homerico illo ſumptum erat, cum Ulyſſes impleto poculo Achillem compellat; ac verba erant haec fere, Quod felix fauſtumque ſit tum Regi, tum utrique Regi, tum etiam nobis omnibus. At ille miratus eſt, & auditis verbis, omnibus ea ſe opibus praeferre dixit; & addidit, his verbis ſi vel quinquaginta adeſſent auditores— Et ego interpellans, Si tu volueris, inquam, Rex, aderunt: & quod mireris, eadem, quae nunc dicis, ab Aeſculapio mihi praedicta ſunt. Atque haec ei deſcripta paratus eram oſtendere. Deinde ille neſcio quo ſe convertit, ego autem hoc eſſe aptiſſimum dicendi tempus animadverti. Itaque Cyzicum videbar pergere. Atque haec quidem erant, quae nos loco moverant. Ut autem in urbem veni, quanquam magnum erat Praefidum & aliorum hominum erga nos ſtudium, tamen in publicum non proceſſi, cum expectarent quotidie, ac mira facerent: verum domi cum optimis quibuſque confabulabar, ac ſomnium pene fuit expletum, quoniam circiter quinquaginta convenerant. Cum vero longio-

1 Iliad. *i'*. *Cant.*

res

δὲ ὁ Ἀσκληπιὸς, καὶ χαίροντός μου τῷ χωρίῳ καὶ τοῖς παροῦσιν πᾶσι, ἄλλά τε διείρετο γίγνεται ἀνιζάντα, καὶ Ἀσφαλῶς ἐγένετο, ὡς ὁ ἀνωτέρω τῶν Ελλησπόντου οὐκ ἐπιτήδειον εἶεν πρὸς Ἀσκληπιόν. ἐπανήειμεν οὖν· καὶ γὰρ δὴ Διὸς Ολυμπίου θυσία πάνδημος προσῆγε· καὶ παρεδείκνυτο πανταχόθεν, ὅπι παρεῖναι δέοι καὶ θύειν. σιτίσθη τοίνυν τὰ
637 τοῦ σώματος τοῦτον δὴ τὸν χρόνον, ῥᾷστα καὶ φαιδρόταλα ἔχειν, ἐξ οὗ πρῶτον ἔκαμον. ὅσον τε γὰρ χρόνον ἦμεν ἐν τῇ Κυζίκῳ, καὶ μετὰ τοῦτο ὡς ἐπανήλθομεν, ἐξ μῆνας ἐξῆς τὰς ἄποδους, ἐῤῥωμενέσταλα ἐμαυτοῦ διετέθην, ἐξ ἐω τε ἀνιζάμενος, καὶ βαδίζων μακρὰ, καὶ πολλάκις τῆς ἡμέρας, καὶ τῆς ἀρχαίας φύσεως ὅπι ἐγγυτάτω γενόμενος. καὶ δὴ καὶ τῆς συνήθους μελέτης οὐδὲν παρελείπετο, ὥστε συγχαίρειν ἄποδους καὶ ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ. ὅσον δὲ καὶν τούτῳ σιτίσθη καμεῖν ἡμέρας πινὰς, θαυμαστῶς ὡς ὁ θεὸς, καὶ ἅμα εἰωθόπως ἰάσατο. Βορέας μὲν γὰρ ὀπωρινὸς ἦν, εἶχον δὲ ἀδυνάτως κινεῖσθαι, ὥστε καὶ τὰς ἀναζάσεις ὤκνουν· ὅδ' ἐπιτάττει. Βέλτιον δ' ἴσως, αὐτὸ ὃ ὄναρ διηγήσασθαι, καὶ γὰρ ἔναυλον τέ ἐστι, καὶ οὐκ ἀνάγκη παραλιπεῖν. ἰκέτην ἰατρὼ δύο, καὶ διελεγέσθην ἐν τῷ προθύρῳ, ἄλλά τέ μοι δοκεῖν, καὶ περὶ ψυχροῦ λουτροῦ ἠρώτα μὲν ὁ ἕτερος, ὅδ' ἀπεκείνετο, τί λέγῃ, ἔφη, Ιπποκράτης; τί δ' ἄλλό γε, ἢ δραμόντα δέκα
638 σταδίους, ὅπι θάλατταν ὕπτω ῥίψαι; ταῦτα μὲ δὴ ὡς ὄναρ πεφάνθαι ἐδόκουν. μετὰ δὲ τοῦτο, ἐπελθεῖν ὡς ἀληθῶς αὐτοὺς τοὺς ἰατροὺς, θαυμάσαι τε δὴ ὃ ἐνυπνίου τοῦ ἀκρίβειαν, καὶ προὸς αὐτοὺς εἰπεῖν· ἆρτι γε ὑμᾶς ἐδόκουν ὁρᾶν, καὶ ἆρτι ἥκετε, καὶ δῆτα ὁπότερος μὲ ὑμῶν ἔφην ὁ ἐρωτῶν ἦν, καὶ ὁπότερος ὁ ἀποκεινόμενος, οὐκ ἔχω λέγειν· ἡ δ' ἀπόκρισις ὅτως εἶχεν, ὡς ἄρα Ιπποκράτης κελεύοι δέκα σταδίους θεῖν τὸν μέλλοντα λοῦσθαι ψυχρῷ. ἅμα δὲ ἐμαυτῷ, μετέβαλον ὃ ὅπι θάλατταν, ὡς δηλοῖ τὸν κατὰ φύσιν τὸν ποταμὸν, καὶ ὅπως εἶπον, δέκα σταδίους θεῖν τὸν ποταμὸν συμῤῥεόντα.

res fierent diſputationes, ac mihi & locus & auditores valde placerent, tum partim alia ſomnia diſcedere me juſſerunt, partim illud, quo diſerte ſignificabatur, ſuperiores Helleſponti partes diſputationibus ineptas eſſe. Quocirca regreſſi ſumus, cum praeſertim publicum Jovis Olympii ſacrificium inſtaret, cui nos intereſſe debere, ac ſacra facere, undique apparebat. Itaque corpus etiam hoc tempore optime omnium, ex quo primum aegrotaveram, affectum fuit. Nam & quamdiu Cyzici fui, & ſex poſt reditum menſibus continuis validiſſimo fui corpore, mane ſurgens, & longe ambulans, ac ſaepius in die, & ad priſtinam valetudinem proxime reverſus. Quin nec a dicendi conſuetudine remittebam quicquam, adeo ut publice omnes ac privatim nobis gratularentur. Qui autem interea morbus per dies aliquot nos invaſit, eum Deus mirabiliter, ac ſimul more ſuo ſanavit. Nam cum Boreas flaret autumno, nec ego progredi poſſem, ac ne ſurgere quidem, niſi difficulter; jubet. Sed praeſtabit fortaſſis ipſum narrare ſomnium, cum & in memoria haereat, & omitti non debeat. Venerunt ad aedes medici, & in veſtibulo cum de aliis rebus, ut mihi viſum eſt, collocuti ſunt, tum de frigido lavacro quaerente altero, quid ſentiret Hippocrates, reſpondit alter; Nihil aliud, niſi ut decem quis percurrens ſtadia, in mare ſe conjiciat. Atque haec quidem videbar ſomniaſſe. Poſtea vero medicos eoſdem in ſomniis adeſſe re vera videbam, & perfectionem ſomnii admiratus, ita dicebam ad eos; Nuper equidem vos videre ſum viſus, ac nuper veniſtis, & uter quidem veſtrum vel interrogarit, vel reſponderit, non poſſum dicere; verum id reſpondebat, jubere Hippocratem, ut decem percurrat ſtadia, qui frigida loturus ſit. Simul autem mutabam illud In mare, quaſi fluvium denotaret, atq; ita dicebam; ut decem percurrat ſtadia, praeter fluvium decurrens.

Id

ἐνεθυμήθην δ' αὐτὸ ἀφ' ὅ τι ἦν· ἀν μεσογείᾳ, ἐδόκει σαφὲς εἶναι, καὶ χρῆναι ὕδατι ποιεῖν. ἔπειτά πως ἐκ τούτων, ἔδοξα καθαρεῖσθαι μὲν ὡς ἐπ' ἀείσῳ, ἀναμνησθεὶς δ' ὅτι λούσασθαι χρὴ πρότερον τῷ ψυχρῷ κατὰ τὴν πρόρρησιν, αὐτός τε ἀνίστασθαι, καὶ τοὺς ἄλλους κελεύειν. ἐνθυμοῦμαι δὲ τὸν ἕτερον τῶν ἰατρῶν περὶ τῆς ὥρας τοῦ λουτροῦ, φάναι, ὅτι πέμπτην δεῖ κινηθῆναι, συμβήσεσθαι γὰρ εἰς τὴν ἕκτην· πάλιν γὰρ αὖ ὃ προϊόντος τοῦ δεῖνος ἢ λοῦσθαι, ἢ ἐσθίειν, ἐργώδες εἶναι. τοῦτο γὰρ εἰς αὐτὸ τοῦτο φέρειν δοκεῖ αὐτῷ χρήσιμον εἶναι, ὃ πέψαι ῥᾷον, ἀκρασίαις γὰρ ἀπ' αὐτοῦ γίγνεσθαι. τί οὖν, ἔφη ὁ ἰατρός, οὐκ ἐμελέτησας ἡμῖν ἐν τῷ τέως; ὅτι νὴ Δί' ἔφην ἐγώ, σπουδαιότερόν μοι δοκεῖ ἐπελθεῖν τινα τῶν γεγραμμένων· δεῖ γάρ με καὶ τοῖς ὕστερον ἀνθρώποις ἀφελέγειαν. καὶ ἅμα ἐπιδείκνυμαι, ὅτι ἐπιγράφομαι, μὴ ἄρα τί συμβαίνῃ πρότερον. καὶ ὃς οἰωνίζετο ἔτη πολλά μοι. κἀγὼ εἶπον, βουλοίμην ἂν καὶ πολλὰ ἔτη βιῶναι, εἰ μέλλοιμι ἔσεσθαι τοῖς λόγοις. ὃ μὲν δὴ ὄναρ τοιοῦτον ἐγένετο. τὸ δὲ χωρίον ᾧ διέτεμνον παρρεῖ μὲν ποταμός, κάθοδος δ' ἐπ' αὐτὸν ὀξεῖα πρανεστέρα καὶ κατάντης μᾶλλον, καὶ ἅμα ἐντὸς τῶν δέκα σταδίων. ἔπι δ' οὐκ οἴκοι θεῖν τῷ ποταμῷ συμπαθοῦντα, ἀλλ' ἐγκάρσιον καὶ εἰς ὄχθην. ἔπειτα μέντοι περιών ὁ ποταμὸς παρρεῖ χωρίον ἕτερον, ἔμβασίν τε ἔχον παγκάλλιον καὶ μάλα εὐηδῆ, ἐνταῦθα ἤδη ἐπενόησα δὴ τοιόνδε. ἐκέλευσα μετρῆσαι σχοινίῳ, ὁπόσον τι ἀπέχει τὸ χωρίον ἀπὸ τοῦ χωρίου, καὶ δὲ ἕκαστον σταδίου, σημεῖον καταλιπεῖν· ὡς δὲ ἐφάνησαν οἱ σύμπαντες ἑκκαίδεκα, δέκα μὲ τοὺς τελευταίους ἐκέλευσα πόμπιμα εἰς τὸν δρόμον· τοὺς δὲ πρώτους, περιμεῖναι ὅτε τοὺς ζεύγους. ἔπειτα, καταβὰς ἔθεον, τούς τε πόδας ἀνέλκων μόλις, καὶ ἅμα ὁ Βορέας ἐπαγίζων ἀνέτελλε δ' εἰς τοὐπίσω, καὶ παρεῖχεν ἱδρῶτα θαυμαστὸν ὅσον. ὡς δ' ὅτε δὴ ἀπέρασιν οὐκ ἦν, παρεῖχον φύχειν ὁπόσα βούλοιτο. λαβομένης δὲ τῆς ὄχθης, ἅσμενος εἰς ὃ ὕδωρ ἧκον· καὶ ὡς ἀνέχον

Id autem, quoniam in media eram continente, in meſitem venerat. Quae cum manifeſta viderentur, ita faciendum cenſebamus. Poſtea videbar in prandio diſcumbere, & recordatus frigida prius ſecundum oraculum lavandum eſſe, ipſe ſurgere, atque aliis idem jubere. Cum autem de hora lotionis alter medicorum inquireret, reſpondi, quinta progrediendum eſſe; fore namque ut in ſextam incideret: etenim id moleſtum eſſe, ſi quis maturius, quam oporteat, vel lavet, vel cibum ſumat; nam quae inde videretur provenire facilis concoctio, eam non conſequi, quoniam id vigilias efficiat. Tum medicus, quin igitur, inquit, interea nobis declamas? quoniam, inquam ego, ſcripta quaedam ſtudioſus relego, quandoquidem cum poſteris quoque colloqui me oportet. Simul autem oſtendebam urgere me, ne quid prius accideret. At ille multos mihi promittebat annos. Tum ego, vellem equidem, inquiebam, multis etiam annis vivere, ſi litteris eſſem operam daturus. Atque hic quidem ſomnii fuit finis. Praedium autem, in quo verſabar, praeterfluit quidem fluvius, ſed ad eum deſcenſus erat aſper & praeceps, atque etiam citra decem ſtadia. Praeterea non poteram propter fluvium decurrere, niſi oblique, & contra ripam. Quoniam vero progrediens idem fluvius aliud praeterfluit praedium, quod aditum habet commodum & venuſtum; ibidem tale quiddam excogitavi. Juſſi, ut funè dimetirentur praediorum diſtantiam, & ſingula notarent ſtadia: quae cum ſimul eſſent effecta ſedecim, poſtremis decem curſui reſervatis, per prima curru ſum vectus. Poſtea deſcendens cucurri, cum & pedes vix attraherem, & ſimul incumbens Boreas reditum defenderet, ac maximum excitaret ſudorem. Itaque poſtquam reſiſtere non potui, affatim refrigerandum me praebui. Ut autem ad ripam perveni, ſponte in aquam me dejeci: poſtquam emerſi,

ac

τὲ ϗ ἀνέσην, ἔτυχε γὰρ καὶ τ ἄμμα πολλὴ ϖεριχυθεῖσα, αὖθις ἐκ μέσα τᾶ ῥείθρα λᾶ-
μα δεύτερον. ἀνατείψαθαι δὲ καὶ τἆλλα ὅπῃ τ ἀντιπέρας ὄχθης, ὑπῆρξεν, ἐν καλῷ
τᾷ τε ἠλίᾳ καὶ ϝ πνεύματι. ϖελθὼν δὲ εἰς ϝ ϖεριοίκιον, καὶ ἀφατείψας ὅσον ὑπο-
σκέψαθαί τινα τ γιγνομένων, ἐπανῆειν ϖρὶν ϗ πιεῖν, θέρμης τὲ ἀπολαύων θαυμαστῆς, ϗ
συγκρίσεως παντάπασιν ἑτέρας. καὶ ϝ ἀπὸ τότε, πάντ' ἦν εὔκολα εἰς μέσον χειμῶνα.
τὰ δ' ἐν τῷ χειμῶνι, διαίτης ποτὶ τάξεσι ϗ τύποις ἴατο. ἀναλογιζομένῳ δὲ μοι τόνγε
641 χρόνον ὁπόσον τινὰ ἀπεῖναι τ Σμύρνης, καὶ ταῦτα ψηφισμάτων ἐκόντων, ϗ ὅτι καὶ ἡλικίας
ἤδη μέσως ἔχοιμι· καὶ ϖρὸς τούτοις, τῶν ἄνω χρόνων ϝ πλῆθος, ἐν οἷς ἐξῆν, εἴτις ἔρροτο,
ἐπελθεῖν τὰς πόλεις, ϗ ὅτι καὶ τ ὑπαρχούσης δόξης δέος εἴη ἀφαιρεθῆναί τι ἀφ' τοῦ
πολλοῦ ἡσυχίαν· ταῦτα δὲ ἐλογιζόμην μέ, οἷα εἰκὸς ἄνθρωπον, εὖ δὲ ᾔδειν ὅτι πάντα
λῆρος ϖρὸς ϝ πείθεσθαι τῷ θεῷ. ἔτι δέ, ὡδ' ἐπόρως εἶχον ἐμαυτῷ συμεῖναι, ἀλλὰ καὶ
ϝ κέρδος αὐξῆ μᾶλλον ἐποιούμην. ἔχοντι δέ ὥτῳ μοι, γίγνεται ὄψις ὀνειράτων τοιάδε. ἐδό-
κουν εἰ) μὲ Ἀθήνησιν ἅρπα κατιρκὼς, οἰκεῖν δὲ ἐξόπιθε τῆς ἀκροπόλεως ἐν οἰκίᾳ Θεοδό-
του ϝ ἰατροῦ, εἰ) δ' αὖ τ ϖρόσθιον ϖρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα· τῷ δὲ νεὼ τῆς Ἀθηνᾶς ὁρᾶσθαι
τ ὀπισθόδομον ἀπ' αὐτῆς, καὶ εἰ) πολὺ κατωτέρω τῆς ἀκροπόλεως τ οἰκίαν. τυγχάνειν
δὲ ϖομπὴν ἔρωτι γιγνομένην ἔξω πυλῶν, καὶ τὸν Θεόδοτον ϖρὶ ταῦτα ἔχειν, καὶ ἄλλους
τινὰς οἷς ϖροστέταχτο. αὐτὸς δὲ ἐν τούτῳ διατρίβειν ἔνδον. ϗ τυχεῖν Λύκιόν τε παρόν-
642 τα τῶν ἑταίρων, καὶ ἄλλως τ ϖρὶ λόγους, ϗ ϖροτρέπῃ δή με, ὥσπερ εἰώθει τὸν Λύκιον,
τάς τε διατριβὰς συνέχειν, τὰς ϖρὶ τοὺς λόγους, καὶ ϖροσιέσθαι τοὺς νέους. καὶ δή καὶ
παῖδά τινα Λούκιον ϖρὸς αὐτὸν λέγειν ϖρὶ ἐμοῦ, ἄλλά τε δὴ εὔφημα, καὶ ὡδίπως τὸν
ἔπαινον διαπίθεσθαι, ὅτος ἔφη ὅδι, Πλάτων καὶ Θουκυδίδης, καὶ Πλάτων καὶ ὁ δεῖνα· καὶ
πολλοὺς κατέλεξεν, ὅπως αἰεὶ τῷ Πλάτωνι ζεύγνυς τινα, ὡς τὰς ἁπάντων τούτων δυνά-

ac in pedes conſtiti, quoniam multa erat are-
na circumfuſa, rurſus in medio lavi flumine.
Jam frictiones & alia in ulteriore ripa contige-
runt, ad Solem & ventum ſplendidum. Tum
in domunculam proximam ingreſſus, & dum
quiddam fieri viderem, moratus, redii ante-
quam biberem, calorem mirandum, & aliam
plane temperationem conſecutus. Deinceps
vero uſque ad hyemem mediam fuerunt omnia
facilia. Per hyemem porro quibuſdam diaetae
conſtitutionibus nos ſanavit. Cum autem co-
gitarem, & quam diu Smyrna abeſſem, idque
factis decretis, & quod mediae jam aetatis eram,
quodque tanto jam elapſo tempore, ſi recte va-
luiſſem, urbes luſtrare potuiſſem, & periculum
erat, ne parta quoque gloria propter otium lon-
gum privarer: (Haec equidem more humano
mecum cogitabam, verum ſciebam probe, omnia
iſta nugas eſſe prae ea, quae Deo praeſtatur, ob-
temperatione. Huc accedebat, quod mecum
ipſe verſari poteram, idque in majore lucro po-
nebam.) Quae cum ita mihi viderentur, tale
accidit ſecundum quietem ſomnium. Videbar
Athenas recens appuliſſe, & poſt arcem habi-
tare, in aedibus Theodoti medici, quae ad or-
tum Solis eſſent primae; ac aedis Minervae
poſticulum ex iiſdem conſpici; eaeque longe
infra arcem eſſe. Tum autem Amoris pompa
extra portas deducebatur, circa quam occupatus
erat Theodotus, & alii, quibus mandatum erat.
At ego domi interea me continebam, cum ad-
eſſet e ſociis Lucius, & alii ſtudioſi, atque etiam
puer quidam. Is nos hortabatur, quemadmo-
dum Lucium ſolebat, ut diſputationes ſcholaſti-
cas continuaremus, ac juvenes exciperemus.
Quin & ad ipſum Lucius de me cum alias lau-
des, tum hanc ita praedicabat; Hic, inquiebat,
eſt Plato & Thucydides, & Plato atque ille:
multoſque commemorabat, Platoni ſemper ali-
quem adjungendo, quaſi omnem eorum facultatem

μεις ἔχοντα ἐμέ. κἀγὼ βλέψας πρὸς τὸν παῖδα, πάντα ἔφην ἀξιῶ Λυκίῳ πιστεύειν σε πλὴν τούτου. καὶ ὁ Λύκιος, τὴν μὲν εὐποιΐαν τῆς ἀποκρίσεως, ἐδόκει μοι ἐπαινέσαι, ὑμέντοι τήν γε ἀναχώρησιν οὐκ ἐγκεῖν ἡδέως. πάλιν δὲ τοῦ παιδὸς ἀμειβομένου, καὶ λέγοντος ὡς μελέτῃ τε καὶ δεξιᾷ πρὸς ἐμὲ, ὑποπαίζων ἅμα καὶ παίζων, ἀλλὰ μέντοι ἔφην εἰ ὅτως οἷός τ' εἶ λέγειν, θαυμάσαιμ' ἂν, εἰ ἐμοῦ γε δέῃ διδασκάλου. μετὰ ταῦτα ἐδόκουν προελθὼν ἔξω τῆς οἰκίας, ἅμα νεφίσκῳ τινὶ τῶν ὀπιτηδείων, τὴν μὲν λεπότητα τοῦ ἀέρος γνωρίζειν τε καὶ ἀποδέχεσθαι· μεταβολῶν δὲ πολλῶν δι' ὀλίγου γιγνομένων, καὶ 643
ἅμα καὶ νότου συμπεσόντος, καὶ τότε μὲν ὡς χειμῶνος, τοτὲ δὲ ὡς θέρμης οὔσης, φάναι ὀπισημαινόμενον, ὅτι λεπτὸς μὲν ὁ ἀὴρ εἴη, ὁ δὲ οἶκος βεβαιότερος. μὴ ταῦτα ἐχωρεῖμεν ἢ ὅ Λύκειον, καὶ νεώς τις ὑπεδέχετο πάνυ μέγας καὶ καλὸς, οὐχ ἧττον ἢ ἑκατόμπεδος· καὶ ἔδοξ' ἀναβαίνειν ἀναβασμούς τινας πρὸς τὸν νεών. εἰσήκεσαν δὲ ὥσπερ οἱ τοὺς θαλλοὺς φέροντες, ἔνθεν καὶ ἔνθεν μοι δοκεῖν. ἀνιόντι οὖν μοι, παιδάριον προὔτεινεν ὠὰ τρία· κἀγὼ, παρῆλθον γὰρ ὑ λαβών, εἰθύμιον ἐποιησάμην ὅτι χρὴ μέντοι λαβεῖν τοῦ συμβόλου ἕνεκα. ἐπισφαῖρις οὖν ὑ λαβών, ἦειν ἄνω. καὶ ἐπειδὴ πρὸς τῷ ναῷ γίγνομαι, τὰ μὲν ὠὰ δίδωμί τινι τῶν περὶ τὸ ἱερὸν ἑστῶτι πρός τινι κίονι· ὃν ἔμελλε παρ' αὐτοῦ πρασθήσειν ἕν. αὐτὸς δὲ ἐν τῷ προνάῳ γενόμενος, ὁρῶ τὸν νεὼν Πλάτωνος ὄντα τοῦ φιλοσόφου, καὶ τὸ ἄγαλμα ἐκείνου μέγα καὶ καλὸν ἑστηκός, ἐκ δεξιᾶς δ' αὐτοῦ, οὐκ οἶδ' ὅστις εἱστήκει. καθῆστο δὲ ὀπὶ τοῦ ὑδοῦ γυνὴ μάλ' εὐσχήμων, ἣ διελέγετο περί τε τοῦ Πλάτωνος καὶ τοῦ ἔργου. συνεπελάμβανον δέ τινες καὶ ἄλλοι τοῦ λόγου, καὶ ἅμα 644
ὡς περὶ παλαιοῦ διελέγοντο. κἀγὼ τοῦτο μὲν, ἔφην, οὐκ ἔνεστιν εἰπεῖν ὅτι ὑ παλαιόν· ὅ, τε γὰρ τύπος τῆς ἐργασίας ἐλέγχει νεώτερος ὢν, Πλάτωνός τε ὑ πολὺς ἦν ὁ λόγος ἐπ' αὐτῷ Πλάτωνος, ἀλλ' ὕστερον ἔφη πρόδηλα δόξα. εἰπόντος δέ τινος ὡς καὶ τρεῖς ἔδει

tem ego complexus eſſem. Tum ego ad puerum me convertens, de omnibus, dicebam, Lucio credendum tibi cenſeo, praeterquam de iſto. Ac Lucius reſponſi quidem facilitatem videbatur laudare, ſed recuſationem gravatim ferre. Cum autem denuo puer reſpondiſſet, ac meditate ſciteque quaedam ad me locutus eſſet, excipiens ego cum joco dicebam; Veruntamen mirarer, ſi, cum ita loqui poſſes, me quidem indigeres praeceptore. Poſtea videbar cum adoleſcente quodam de familiaribus egreſſus, aeris primum tenuitatem agnoſcere & excipere; deinde multis brevi tempore factis mutationibus, ac ſimul incumbente Noto, & nunc hyeme, nunc aeſtate apparente, tenuem quidem eſſe iſtum aerem dicere, domeſticum vero firmiorem. Inde ad Lyceum procedentes, templum quoddam valde magnum & pulchrum, nec minus pedibus centum, excepit; ad quod gradibus aliquot eſſet aſcendendum. Conſtiterant autem ab utraque parte, ut mihi videbatur, quidam, quaſi termites porrigerent. Ac mihi quidem aſcendenti puer quidam tria praebebat ova: quae cum non accepiſſem, religioni habui, cum eſſent ominis cauſa ſumenda. Itaque converſus accepi, & aſcendi. Ut autem ad templum veni, cuidam de templo ad columnam quandam ſtanti eadem dedi, quibus ille de ſuo erat unum additurus. Tum in veſtibulo templi conſiſtens, animadverto Platonis eſſe philoſophi templum, ejuſque ſtatuam magnam & pulchram, & ad ejus dexteram neſcio quem. Sedebat autem in limine mulier valde decora, quae de Platone fanoque diſſerebat. Quin & alii quidam ſermonem auſpicabantur, ac de templo, quaſi vetuſto, diſputabant. Heic ego, vetuſtum quidem, inquiebam, dicere non licet: nam & operis forma recens eſſe deprehenditur, ac de Platone exiguus erat ipſius aetate ſermo; nam poſt inclaruit. Jam quodam dicente, Platonis quidem vel tria debere

νεὼς τῇ) Πλάτωνός γε, τί δ' ὃ καὶ Δημοσθένους, ἕφιν ὑπερβαλών, ὀγδοήκοντα, καὶ Ὁμήρου γε οἶμαι; καὶ ἔτι ταῦτα λέγων, ἀλλ' ἴσως, ἔφιν, τοὺς μὲν νεὼς τοῖς θεοῖς προσήκει καθιεροῦν· τοὺς δὲ ἄνδρας τοὺς ἐλλογίμους, τῇ τῶν βιβλίων ἀναθέσει τιμᾶν. ἐπεὶ καὶ αὐτῶν, ἔφιν, ἡμῶν τιμώταλα ἃ φθεγγόμθα. ὡς δὴ τοὺς μὲ ἀνδριάντας, καὶ τὰ ἀγάλματα, τῶν σωμάτων ὄντα ὑπομνήματα· τὰ δὲ βιβλία, τῶν λόγων. τοιαῦτα εἰπὼν καὶ ἀκούσας, ἐπανῆειν. καὶ καταδὼν ὀπόθεν τὸν σιτοτροφον, τοὺς χείνους ἀνενεύμιν, ὁπόσοις ποτὶ πρότερον γενοίμθα Ἀθήνησιν ἅμα. ὑποστρέψαντος δέ μου ὡς πρὸς τὴν ἀκρόπολιν, ἵν' οἴκαδε εἰσέλθοιμι, διῆξε στέλας ἐκ δεξιᾶς, καὶ κατέσκηψεν ὕτω δὴ πρὸ αὐτὰς
645 ἄκρας μου τὰς κόμας, ὥστε ἐθαύμαζον εἰ μὴ ἡμμέναι εἶεν. ἠγωνιάμθα δή· ἔλαβον δὲ ὡς αἴσιον μᾶλλον ὃ σημεῖον, καὶ γὰρ ὁ νεωμίσκος ὁ σιτοῦν μοι, δόξαν ἔφη φέρειν αὐτό, ἄλλως τε καὶ ἐπειδὴ ἐκ δεξιᾶς ἐγεγόνει. ἐδόκει δέ μοι τὰ πλείω τῶν οἰκοδομημάτων κλίμακάς τινας προσθέτους ἔχειν, καὶ διὰ τούτων ἀνιέναι δεῖν καὶ καπέναι· ὥοτ' ὑπεδυσχέρανον τοῦτό γε, ὅμως δ' οὖν γίγνομαί πως ἔνδον. κἂν τούτῳ, οἱ τῷ πομπῷ τῷ ἕρωτι πέμποντες, ἐπανελήλυθεσαν. καὶ πυθομένου τὸ σημεῖον ὁ ἐξηγητής, καὶ ὅτι ἔφασκεν αἴσιον εἶ), καὶ ὀρθῶς ἄρα μοι συμβῆναι ταῖς θυσίαις. προσγεγενῆσθαι δέ μοι ἐδόκει ὄναρ, ὡς ἱερεῖ ποιῆσαι Διὶ καὶ Ἀρτέμιδι, καὶ εἰ δή τινι ἑτέρῳ θεῶν. καὶ ὅτι τούτοις πᾶσιν ἐδόκουν καλεῖν Εὔδοξον, ὡς ἀπογραφόμενον, διά τε τὸ μακρότερα εἶ), καὶ τὸ βουλεύεσθαι δι' ἀκριβείας αὐτοῖς σῶσαι. ταῦτά μοι καὶ περὶ τῆς ὕστερον δόξης, καὶ τοῦ δεῖν κατὰ χώραν μένειν, πρὸς πολλοῖς ἄλλοις ἐδηλώθη.

bere esse templa, sic respondebam: Cur non & Demosthenis octoginta, ac Homeri fortasse? Veruntamen, addebam, templa diis consecranda sunt, docti autem viri librorum dedicatione honorandi. Nam & de nobis ipsis ea, quae loquimur, sunt honore dignissima. Statuae enim & imagines corporum sunt monumenta, libri sermonum. Haec postquam dixissem & audivissem, redibam. Tum accedente nutricii collega, tempus supputabam, quanto ante simul Athenis vixissemus. Cum autem quasi ad arcem me converterem, ut aedes ingrederer, fulmen a dextris apparuit, atque ita summos praetervolavit capillos, ut eos non adustos esse mirarer. Cumque essem anxius, faustum potius omen existimavi, cum etiam is, qui mecum erat, adolescens, gloriam diceret portendere, praesertim quoniam a dextris extiterat. Aedes porro pleraeque scalas habere videbantur appositas, per quas ascendendum esset & descendendum: id quod quamvis mihi parum placebat, tamen aliquo modo sum ingressus. Interea qui Amoris deduxerant pompam, redierunt. Cognito autem prodigio, Interpres sacrorum faustum hoc & ipse asserebat, & recte congruisse sacrificia. Etenim somniasse videbar, Jovi, Dianae, atque aliis quibusdam esse sacrificandum. Denique Eudoxum vocare sum visus, ut haec describeret, cum quod erant prolixiora, tum quod accurate volebam illi conservare. Atque haec mihi de futura gloria, & eodem in loco mansione, praeter alia multa, significata sunt.

ΑΡΙΣΤΕΙΔΟΥ ΙΕΡΩΝ ΛΟΓΟΣ ΕΚΤΟΣ. 646

Τα μὲν δὴ πολλὰ ὅτω διῆγεν ἡμᾶς ὁ θεὸς, σημαίνων τε ἃ χρὴ ποιεῖν, καὶ ἔχων ὑπακούοντας, εἴπις καὶ ἄλλῳ ἀνθρώπων ὑπήκουσε θεῷ. δευτέρῳ δὲ ἔτει μετὰ τὴν ἀναχώρησιν τὴν ἀπ' Αἰσήπου, δωδεκάτῳ δὲ ἀφ' οὗ πρῶτον ἔκαμον, πολλὰ καὶ θαυμαστὰ ἐφοίτα φαντάσματα, ἄγοντα εἰς Επίδαυρον τὴν ἱερὰν τῷ θεοῦ. καὶ τόγε ἐν πρώτοις γενόμενον τοιοῦτον ἦν· πρητέπων μέ τις θαῤῥῆσαι, Μυσωνίῳ δίκην λόγον, ἐκεῖνος βουλόμενος, ἔφη, τινὰ ἀναστῆσαι κάμνοντα καὶ ἀπειρηκότα, ὑπως εἰπεῖν καταπλόμενος· τί μένεις; ποῖ βλέπεις; ἢ μέχρι ἂν αὐτὸς ὁ θεὸς πρᾶξάς σοι φωνὴν ἀφῇ; ἔκκοφον τὸ τεθνηκὸς τῆς ψυχῆς, καὶ γνώσῃ τὸν θεόν. τοιαῦτ' ἔφη τὸν Μουσώνιον εἰπεῖν. καὶ πρός γε τούτοις, ἦσαν φωναὶ, Σῶσον αὐτὸν τῇ Αθηναίων πόλει· τὸ δ' ἦν οἷον τοῖς Ελλησι· καὶ πρὶ τ' ἐν Ιταλίᾳ μεγάλαι πρῤῥήσεις.

SACRORUM SERMONUM VI.

ET in pleriſque quidem ita nobiſcum egit Deus, cum & ipſe, quid eſſet faciendum, indicaret, & nos illi, ſi quis alius, obtemperaremus diligenter. Secundo autem anno poſt diſceſſum ab Aeſepo, a morbo vero duodecimo, multa mihi miraque contigerunt viſa, quae Epidaurum, Deo ſacram, nos mitterent. Primum autem hoc fuit; Quidam ad audendum me cohortans, Muſonii ſermonem recitabat, Ille, inquiens, cum aegrotum quendam ac deſperatum excitare vellet, eum ita increpavit; Quid manes? quo reſpicis? an donec ipſe Deus emittat vocem? ejice quod eſt in anima mortuum, & Deum cognoſces. Haec aiebat Muſonium dixiſſe. Exiſtebant praeterea voces, Serva eum Athenienſibus; id autem Graecos ſignificabat: accedebant & magna de rebus Italicis oracula.

Reliqua videntur deeſſe. *Cant.* Morte correptus *Ariſtides* finem huic libro nunquam impoſuit. Vide quae adnotavimus.

ORA-

3 Περι του πεμπειν Βοηθειαν τοις εν Σικελια.

Argumentum Sicularum Duarum.

Cum Nicias, Athenienſium in Sicilia dux, rebus infoeliciter procedentibus, juberet Athenienſes per epiſtolam (eam recitat initio ſeptimi Thucydides) vel novas copias mittere, vel miſſas revocare; de Athenienſibus duobus, alter novas copias mitti, alter miſſas revocari jubet.

Το μ̀ ὖν κατηγορεῖν, ὦ Αθηναῖοι, Νικίου, κ̀ λέγειν ὡς ὅτ' ἐξαρχῆς ἐκπλεῖν ἐνθένδε ἐβούλετο, νυῖ τε δυοῖν θάτερον ἢ πλείω κ̀ μείζω τὰ δυσχερῆ ποιᾷ φ̃ λόγῳ, ἢ εἰ τὰ μάλιστα ζῶθ' ὅτως ἔχῃ, πάντων αὐτὸς ἐς' αἴτιος, ἄλλῳ παείημι. κ̀ γὰ ὅτε φύσῃ τρὸς ἀνδρὸς σώφρονος τροχείρως ἔχειν αἰτιᾶλ κ̀ ὀντιναοῦν τ̃ πολιτῶν· Νικίᾳ τὲ εἰς εὔνοιαν πλείω
4 μερὶς τοῦδ' ἀπάντων ἡμῶν ἐκ τ̃ ὑπαρχόντων ἂν τὰ δίκαια ποιῶμεν ὀφείλε). κ̀ ὅπως γε εἰδῆτε, ὦ Αθηναῖοι, ὅσον φιλονεικίας ἢ ὕ βασκαίνειν τ̃ ἄνδρα ἀφέσηκα, τ̀ ἀρχὴν ἀπὸ τούτου ποιήσομαι. δυοῖν γὰ ὄντοιν ὑπὲρ ὧν βουλεύεσθε, ἑνὸς μ̀ κ̀ τοῦτο, πότερα εἰ χρὴ μεταπέμπεσθαλ τ̀ στρατιὰν, ἢ πέμπειν βοήθειαν, ἑτέρου δὲ ὕ τοῦδε κελεύειν ἢ μὴ Νικίαν τ̃ ἀρχῆς, ἐὰν ὃ πέμπειν κρατῇ, φημὶ, χρῆναι Νικίαν ἄρχειν, τοῖς οἷς ἂν τροέλοισθε νυνὶ, κ̀ μηδὲν τοῦτ' ἐᾶν ἐκείνου χωρίς. ὡς δὲ ὅτ' ἐξῆν τοὺς ἐκεῖθεν καλεῖν, πέμπειν δὲ ἀνάγκη τοὺς βοηθήσονταις, ταῦτα ἀκούσατε. ἔτι δὲ τοῦτο, ὦ Αθηναῖοι, τ̃ συμβουλῆς, ἐπανεῖναι τ̀ παροῦσαν ἀθυμίαν, λογιζομένους, ὡς [2] οὐδὲν ἧττον παρ' ἡμῶν ὅτω ταχὺ ἀμύνει). ὅτε γὰ τοῖς παρασκευαῖς ἡττήμεθα τ̃ πολεμίων, ὅτε τοὺς φύσεις δήπου χείρους ἂν εἶ) φήσαιμεν· ἀλλ' ἕνεκα μ̀ τούτων κἀν πάλαι πέρας εἶχε τὰ πράγματα, κ̀ ὅ χεῖρον, ἢ οἷς ἄν τις ἠύξατο, ἦν. ὃ δὲ μήτε ταχεῖαν τ̀ ἐπιχείρησιν γενέλ, μήτ' ἐπ' αὐτοὺς εὐθὺς πλεῦσαι τοὺς στρατηγοὺς τοὺς Συρακοσίους, συμβῆναι τὲ

Oratio Sicula Prior.

NICIAM equidem, Athenienſes, accuſandum, quod nec initio hinc navigare voluerit, & nunc vel plures ac majores, quam ſunt, faciat difficultates, vel ut haec ita ſe maxime habeant, ipſe omnium ſit autor, aliis relinquo. Etenim nec viri prudentis eſt, vel in cujuſlibet civis criminationem eſſe propenſum; & Niciae plus a nobis omnibus benevolentiae pro rebus geſtis jure debetur. Atque ut ſciatis, Athenienſes, quantum a contentione vel invidia abſim, hoc ſumam exordium. Nam cum de rebus duabus conſultetis, primum utrum revocandus ſit exercitus, an mittenda ſubſidia; deinde ſi Nicias a magiſtratu ſit removendus; ſi miſſionem decreveritis, Niciam aio cum his, quos nunc elegeritis, imperare debere, nec abſque illo quicquam fieri. Jam nec illos revocandos eſſe, & auxilia mitti oportere, vos docebo. Ac primum quidem, Athenienſes, hoc in conſultatione poſitum eſt, ut hanc veſtram diffidentiam deponatis, & cogitetis, nulla noſtra culpa res illas ita ſe habere. Etenim nec apparatu hoſtibus ceſſimus, neque animos nobis minores eſſe dixerimus; verum, ſi per haec ſtetiſſet, jampridem res ad finem perductae, non pejus quam pro voto cujuſquam, ſucceſſiſſent. Sed quoniam nec celeriter illos invaſerunt, neque mox Syracuſas ipſas petierunt duces, & rerum muta-

1 Hic incipit, juxta *Canteri* diſtributionem, Tomus Secundus. 2 *Cant.* ὠδίνι παρ' ἡμῶν.

νεώτερα ὀι τῷ στρατοπέδῳ, Αλκιβιάδου μὲ ἀπελθόντος, Λαμάχυ δὲ τελευτήσαντος, Γυ-
λίππυ δὲ ἐπελθόντος, ταῦτ' ὄξιν ἃ τ' τῦ χρόνυ τοσοῦν ἐμπεποίηκε. ὑ γὰ πλέον σὐδέν,
σιὼ θεοῖς εἰρήσθω, φοβῦμαι. πῦ γὰ ἂν ἦ ὅ σὐκτείχισμα τῦτο τὸ νεῶ οἰοχλῦν ἐξωκο-
δόμηλο, μὴ τ ὀκ Λακεδαίμονος βοηθείας ἐπελθύσης; ἢ τ βοήθειαν μὴ ὅτι ζωύτην, ἀλλά
τινα σολὴν τῦ μεταπέμψασθ Συρρακύσιοι πότ' ἂν ἔσχον, εἰ τις αὖ τότε ἐξ ἀρχῆς ἐπέκειτο,
ἢ σὐκγιγνομένην γε οἱ ταχθέντες ἐκώλυον, εἰ σοφήσθοντο, ὑ μὴ σρεῖσάν τι τοῖς ἡμετέροις,
ἐξίσυ τ ὀι Σικελίᾳ; νεῶ δὲ τὰ μὲ, βραδυτὴς ἑνὸς ἀνδρὸς ὑ δυοῖν· τὰ δὲ, καιρῦ τύχη,
βυλεύεσθαι σρὶ τ ὀκεῖσε πεποίηκεν. ἐπεὶ τοῖς γε ὅλοις ὁπόσῳ πνὶ χρείττυς γεγενήμεθα,
ὑ Νικίας αὐτὸς μαρτυρεῖ. τίνος ὗν ἕνεκα ταῦτα λέγω νεῶ; ὑ κατηγορίας εἵνεκα Νικίυ·
σὐδ' ὅτι ἥττον ἔχῃ τὰ σεφγμαθ ὡς ἔχῃ, εἰθ' ὕσως εἰθ' ἑτέρως οἰαῦθα ἐλήλυθεν, ἀλλ'
ὅτι σαμπολυ σρός γε ὃ μέλλομεν ἀφαίρει. εἰ μὲ γὰ ὅλως ἡμῶν ὑσρεῖχον οἱ πολέμιοι, κἂν
αὐτὸς ὤκνυν. ἐπεὶ δὲ οἱ ἅπασι ὑ σανταχῦ κεκρατήκαμεν αὐτῶν καλῶς σιῶντες, τάγ' ἐν
μέρῃ ταῦτ' ἔνι δὶσ ὑ φυλάξασθ ὑ διορθώσασθαι. ἐνθυμητέον δὲ, ὡς σολλά τ ἐκ 6
σραγμάτων ὄξιν, ὑκ ἐῶνθ' ἡμᾶς ἀποζῆναι. σρῶτον μὲ, ὦ Αθηναῖοι, ὑ πᾶσιν ἰδεῖν καινό-
ταδν, ὅ μὴ χρῆναι καλαλύειν τὰ δεδογμένα, μηδ' ὥσσερ σαῖδας, ῥᾳδίως μὲ ὀσθυμῦνθαι,
σρὸς χείρως δὲ καλαλείσονθαι. ἴσως μὲ γὰ ὑ σᾶσί τισι τοῖσι Μεγαρεῦσι ὑ Βοιωτοῖς, ὑ σᾶ-
σιν ὅσοι μικρὰς ἢ μείζυς σόλεις οἰκῦσιν, ἰσχυρὸν τὸ δεῖν τοῖς ἐγνωσμένοις ἐμμένειν, ὑ σέρας
εἶ) τ ἀμφισβητησίμων ἁπάντων ὅ ψηφίσασθ, ὑ μᾶλ ὀδέσι μᾶλλον ἢ ὑμῖν τῦτο σροσή-
κον φανεῖται. ὅσῳ γὰρ ἐστε σοφώτατοι τ Ελλήνων, αὐτοί τε ὑφ' ὑμῶν αὐτῶν ἄριστοι λε-
γήσεσθαι τὰ δέοντα, ὑ ἑτέρυς λέγοντ(ς κεῖναι, τοσύτῳ σλέον(ς κλησυομεῖν ἀνάγκη
τῆς αἰσχύνης, εἴτι φαίνοισθε λύοντες ὧν ἐγνώκατε. δεῖ γὰρ δυοῖν θάτερον, ἢ τὸ σρῶ-
τον ψηφιζομένους ἔξω τῦ φρονεῖν εἶ) δοκεῖν, ἢ τὰ δεύτερα ἁμαρτάνειν. καὶ μὴ σὐδὲ

tio in caſtris contigit, cum Alcibiades diſceſſiſſet, Lamachus periiſſet, ſuperveniſſet Gylippus, ea res moram attulit. Neque enim aliud quicquam, quod pace deorum dicam, metuo. Nam quomodo vel munitionem hanc extruxiſſent, niſi Laconica veniſſent ſubſidia? vel auxilium prorſus ullum, non hoc tantum, advocare potuiſſent Syracuſani, ſi quis eos initio tum oppreſſiſſet, vel ſubſidium adventans ii, quibus hoc mandatum fuerat, intercepiſſent, neque quicquam, non magis quam Siculi noſtri, omiſiſſent? At nunc partim unius & item alterius viri tarditas, partim temporis alea deliberandi nobis occaſionem dedit. Alioqui quantum re tota ſuperiores evaſerimus, Nicias quoque ipſe teſtatur. Cur igitur haec jam dico? Non ut Niciam accuſem; aut quaſi res pejus vel hac vel alia de cauſa ſe nunc habeant, verum quod id ad futura permultum referat. Etenim ſi prorſus nos hoſtes viciſſent, ipſe quoque timerem. Quoniam autem eos re tota & ubique foeliciter ſuperavimus, nimirum has particulas cavere licet & corrigere. Eſſe autem permulta, quae nos res illas omittere non ſinant, videte. Ac primum quidem, Athenienſes, & omnibus eſt apertiſſimum, non debere reſcindi decreta, neque puerorum inſtar & temere aliquid appetere, & facile relinquere. Nam cum etiam Megarenſibus iſtis, ac Boeotis, & quicunque parvas vel magnas incolunt urbes, conſtitutum eſt decreta perſequi, & omnium controverſiarum finem in ſuffragiis ponere, tum vobis id omnium convenit maxime. Quanto enim Graecis eſtis prudentiores, ac tum per vos optima inire conſilia, tum de aliis judicare poteſtis optime, tanto vos major pudor, ſi quid ab antiqua ſententia diſceſſeritis, neceſſario manet. Alterutrum enim fiet, ut vel in primo conſilio peccaſſe, vel nunc errare videamini. Atqui nec

hoc

ἐκεῖνό γε ἔς' εἰπεῖν, ὡς ἄρα ὀλίγοι περὶ τούτων ἐξαρχῆς ἐγένοντο λόγοι παρ' ἡμῖν, ἢ μιᾶς
7 ἡμέρας μέρει μικρῷ ὃ πᾶν ἐπετρέψαμεν. ἀλλ' ὡς μὲν ἐκ κατ' ἀρχὰς ἐπὶ τὸν πόλεμον, καὶ
Συρακουσίους ἐχθροὺς ὄντας, καὶ τοὺς Ἑλλήνων τοὺς ἐκεῖ τοῖς δεομένοις βοηθεῖν ἐψηφίσασθε, καὶ τοὺς
ἀποστόλους οὓς ἐπέμψατε πείρας ἕνεκα τῆς παντὸς, ἐάσω. ἀλλ' ἡνίκα τὴν μίγαν ταύτην πό-
λον πέμπειν διενοούμθα, τίς λόγος οὐκ ἐρρήθη πρὸ ἡμῶν; ἢ τίς οὐκ ἐτέθη χρόνος; ἢ τίνι
τῶν πάντων εἰπεῖν οὐκ ἀπεδώκαμεν; οἵ καὶ ὕστατον περὶ τῆς παρασκευῆς αὐτῆς ἐκ-
κλησίαν ποιοῦντες, παρελθόντος Νικίου, καὶ πάλιν ἀνεπλέοντος ἐξαρχῆς ὀχεδὸν ταῦθ' ἅπερ
ἐν νῦν ἐν τοῖς γράμμασιν, [1] ὡς ἡ Σικελία πολλὴ, καὶ ὅτε λαβεῖν ῥᾴδια, ὅτε καλαοχεῖν
ἐὰν ἄρα κτησώμθα, ἀμφότερ' εἰπεῖν ἔξιν· ὅτε γὰρ ὀργὴ ὑπ' ἀνοησίαν ἐποιησάμθα, ὥσ'
εἰπεῖν τὰ δοκοῦντα κωλύσαι· καὶ ἅμα πάντων ἀκούσαντες, ἔτ' ἄμεινον ἔγνωμεν ὡς χρὴ
πλεῖν. εἰκότως, ὦ Ἀθηναῖοι. πολὺ γὰρ μᾶλλον περιτρεπόντων καὶ κινούντων οἱ τοιοῦτοι λό-
γοι πάντες ἢ κωλυόντων εἰσὶν ὡς οἷόντε. τό, τε γὰρ μέγεθος τῆς νήσου, καὶ ὁ περίπλους, ἆθλόν
ἔστι γε τολμήσαντος ἄξιον, τό, τε συμμίκτους τοὺς ἔνοικας αὐτὴν, καὶ μὴ ταυτὸ φρονεῖν,
8 πρὸς ἡμῶν ἔστιν. ἓν μὲν γὰρ ὄντες γένος πάντες, ῥαλεποὶ καὶ πεῖσαι καὶ βιάσασθαι ἅμα
τέλους ἂν ἦσαν· σύγκλυδες δὲ καὶ πανταχόθεν καὶ συμπεφορημένοι, συμμάχων οὐχ ἧττον ἡμῖν
ἔχουσι τάξιν ἢ πολεμίων. οὐ γὰρ ἂν γένοιντο καθ' ἓν, ὥστε ὑπάρχειν τοὺς ἑτέρους τοῖς ἑτέρων
ἔχειν. ὥσπερ γὰρ πόλιν οἴμαι ῥᾳδίως ἁρμόσασθαι· οὕτω καὶ νῆσον, ἥτις ἐξαρχῆς
διήρηται. ἔτι δ', ὦ Ἀθηναῖοι, τοῦτο μὲν προβαλέσθαι ἡμέτερον ναυτικὸν εἰς Σικελίαν, ἦν τις
ἀφορμὴν Συρακουσίοις ἀπὸ τῶν συμμάχων. παρόσης δὲ [2] ἀποστοφῆς, οἱ πρότερον κατ'
ἀνάγκας ἐκείνων ἀκούοντες, σφαλεροὶ μὲ, εἰ προδιδοῖεν, κοινωνοὶ τῶν πραγμάτων αὐτοῖς·
χαλεποὶ δ', εἰ μεταστᾶεν, γίνονται πολέμιοι· [3] διεκίνησε δ' αὐτοὺς καλῶς ὁ πόλεμος. νῦν μὲ

iis rebus, quas olim proſpere confecimus. Etenim ſi, quod oportet, ſequamur, & haec confirmabuntur, & urbem deinceps cum ſecuritate & gloria incolemus. Sin ultra modum contendemus, res etiam partae manifeſto in diſcrimen venient. Quocirca quo magis iis delectamur, hoc earum ſecuritati magis eſt providendum. Nec equidem ignoro, hos a pleriſque propemodum, qui cupiditatibus ipſorum ſerviant, benigne excipi, nec benevolos modo, ſed etiam viros haberi ſolos; qui autem ad caſtigandum accedunt, injucundos eſſe. Enimvero ſi perinde res ac verba ſuppeterent, nec minus res gerere, quam jucunde dicere liceret, merito odioſi & moroſi, qui id facere nollent, haberentur. Sin aliud eſt maxima quaeque optare, aliud de rebus inſtantibus deliberare, hoc unum velim vos prae oculis habentes, num ineptum de his conſilium proferam, auſcultare. Exiſtimo igitur urbem noſtram Graecarum, atque etiam omnium, ſi vultis, eſſe feliciſſimam, necdum tamen humana majorem natura. Quae vero ſit iſta? Non aequalem dii hominibus & ſibi ſortem tribuunt: verum ipſi quidem ut immortales & omnium domini, immortali quoque fruuntur felicitate; neque metuunt, ne quis eam potentior auferat, quippe quibus tantum ſuppetat, ut non ipſi modo bonis fruantur omnibus, ſed & aliis haec impertiant; id quod non eadem menſura, qua pollent ipſi, faciunt; verum quibus hominibus maxime faverunt, iis pleraque, non omnia, feliciter permiſerunt ſuccedere; cujus rei maximum praebent exemplum hi, qui nunc ad pacem nos provocant. Nam cum potuiſſent, ſi modeſte ſe gerere voluiſſent, & ipſi primum haec habere, & cum aliis pro praemio communicare, nunc ſecundis rebus ſublati, ſi a vobis eadem poterunt conſequi, praeclare ſecum actum putabunt. Ne committamus ergo, ut, quod in illis reprehendimus, hoc ipſi crimen

ſubea-

πάθωμεν· μηδὲ τ τύτων ἀβελίας μᾶλλον κληρονομήσωμεν, ἢ τοῖς ἡμετέροις αὐτῶν λο-
60 γισμοῖς χρησώμθα, ὃς ἀεὶ τύτων ἐξ ἀρχῆς εἰχομεν. ἵτε γὰρ δήπυ κ τότε πρὸς τὰς πολ-
λὰς πρεσβείας αὐτῶν κ τὰ πρόσταγματα ἐκεῖνα μίαν ταύτην ἔσαν ἀπόκρισιν, δίκη δια-
λύεσθαι, πόλεμον δὲ κοινὸν τοῖς Ελλησι μὴ κινεῖν. τότε μὲ τοίνυν τύτων ἃ δεχομθων, ἀναγ-
καίως εἰς τ πόλεμον κατέστητε· νῦν δὲ πῶς εἰκὸς ἐφ' ὑμῖν γεγενημθων μὴ χρῆσθαι τύτοις,
ἀφ' ἐξ ἀρχῆς ἂν μηδεὶς ἐκώλυσε, μηδὲν ἐπράξατε, ἀλλ' ἀμφοτέρωθεν ὃ πρᾶγμα ἀνα-
γραφῆναι; καὶ τὰς μὲ τότε φυγόντας τ εἰρήνην, νῦν ἥκειν, ὅτι ταύτην πρεσβευθθύσας
ἡμᾶς δ' οἱ τότε τ εἰρήνης ἐχόμθα, αὖθις αὖ τ πόλεμον φαίνεσθαι προαιρυμθύους; κ μὴν οἱ
μὲ ἔχοιεν εἰπεῖν ὡς εἰκότως μεταβέβληνται· ἡμῖν δ' ὡς ὀρθῶς τότ' ἐγνώσκομεν αὐτά, τὰ τύ-
τοις συμβεβηκότα μαρτυρεῖ. ὥσ' ἄν δήπυ δικαίως μεταβαλλοίμθα. ἢ κομιδῆ γε ἄτοπον,
εἰ Λακεδαιμόνιοι μὲν ἡμῖν σύμφοροι γεγόνασιν, ἀφέντες τὰ δοκοῦντα ἑαυτοῖς, ἡμεῖς δ' ἡμῖν
αὐτοῖς ὑπεναντία γιγνώσκοντες ὀφθησόμθα. ἡγοῦμαι δὲ θεῶν τινα τοῦτ' πάντα πρατηγῆσαι.
61 εἴτε γὰρ ἐξ ἀρχῆς ἐθέλοντες τ πόλεμον προείλομθα, ἀνδρίας μὲν ἄν τι τῦτ' ἴσως σύμβολον
ἐκτενέσθαμεν· τ δ' ὀπιείκειαν ὑδεὶς ἰδεῖν ἔσχεν ἄν· ἔσχεν δ' αὐτοῖς γε τύτοις οἷς ἠρόμθα, εἴτε
κ βυλομένων ἡμῶν τ εἰρήνην ἄγειν, ἐπειθησ ἔν τοι, τὸ μὲν προορᾶσθαι τ Ελλάδος ἡμᾶς, κ ὃ μὴ
προχείρως ἔχειν πρὸς τὰς πλεονεξίας, ἐπήνεσεν ἄν τις δικαίως· τὰ δὲ τ ἀνδρίας κ τ δυνά-
μεως, ἃ πάντες ἔμελλον σπουδάσεσθαι. ἔσχεν ἐν αὐτῷ γε τῷ τ εἰρήνην ἄγειν αἱρεῖσθαι; νῦν δ' ἀμ-
φότερα ὡς κάλλιστα ἐπεδειξάμθα. οἷς μὲ γὰρ τ εἰρήνην ἐπρεσβεύομεν, ὡς πολεμεῖν διεκωλύο-
μεν, πραότητος κ προνοίας τ Ελλήνων, ὅπως μήτι πείσονται, πίστιν παρεχόμθα· οἷς δ' ἀναγκα-
σθέντες πολεμεῖν κεκρατήκαμεν, ἀνδρίας ἅμα κ δυνάμεως δόξαν προσειλήφαμεν, ὥσ' ἐξ ἀμ-
φοτέρων ὑπάρχειν τῇ πόλει θαυμάζεσθαι μετ' εὐνοίας. ἔτι γ' οἶμαι τρίτος ὅδοί τις ἥκει πάλιν
καιρὸς, εὐβελίας δεόμενος, ὃν ἐὰν ὡς χρὴ μεταχειρισώμεθα, παντάχη κρείττους τ ἀνταγωνιστῶν ἐσ-

subeamus; neque tam illorum imitemur imprudentiam, quam noſtris ipſorum conſiliis, quae primum hac de re dedimus, utamur. Nam tunc quoque vos ad multas ipſorum legationes & edicta nihil aliud reſpondere meminiſtis, quam ut jure controverſias componerent, nec Graecis commune bellum excitarent. Ac tum quidem, quoniam illud his non placebat, bellum ſuſcipere coacti fuiſtis: nunc vero, poſtquam res in veſtrum arbitrium devenit, cur ea non faciatis potius, quae primum, ſi nemo prohibuiſſet, egiſſetis, quam utrinque res invertantur? & qui tum pacem fugiebant, nunc eam poſtulent, nos, qui tum ad pacem ſpectabamus, bellum viciſſim videamur appetere? Quid quod illi merito ſe dixerint ſententiam mutaſſe; nos recte, quae tum ſtatuimus, decreviſſe horum caſus teſtatur? Atque idcirco juſte prius abjicere conſilium non poſſumus. Alioqui foret abſurdum, ſi Lacedaemonii, ſua omiſſa ſententia, pedibus in noſtram iviſſent, nos nobiſcum ipſi pugnare videremur. Arbitror autem deum aliquem haec omnia ſic diſpenſaſſe. Nam ſive initio bellum maluiſſemus, ut aliquod fortitudinis ſignum forte dediſſemus, ita nullus aequitatem noſtram animadvertiſſet; ſive nobiſcum hi pacem maluiſſent, ut Graeciae curam & injuriae inferendae fugam recte nonnulli laudaſſent, ita fortitudinem, & potentiam noſtram non erant omnes cognituri. At nunc utrumque pulcherrime declarivimus. Etenim cum pacem ſectabamur, & bellum vetabamus, manſuetudinis, & curae Graecorum, ne quid illi paterentur, faciebamus fidem: cum autem ad bellum per neceſſitatem accincti, vicimus, fortitudinis pariter ac potentiae opinionem praeterea ſumus aſſecuti, ſic ut utrinque ſe Urbs cum benevolentia admirandam praebeat. Denique tertium hoc, ni fallor, tempus iterum venit, quod prudentiam requirat, quo ſi recte fuerimus uſi, hoſtibus undique ſuperiores eſſe

δόξωμεν. μὴ τοίνυν ἐξὸν ἅπασι κρατεῖν, καὶ ἐν οἷς νενικήκαμεν, καὶ ἐν οἷς προειλόμεθα, ταῦτ' εἰς ἄδηλον τρέψωμεν. ἡσυχασάντων γὰρ ἡμῶν, αὖτ' ὀπὶ τῶν ἔργων εὐπραξίαι βε- 62
βαιοῦται, τό, τε σωφρονεῖν πανταχῇ προσήκοντα. ἂν δ' ἀφορμὰς τῷ πολέμῳ δῶμεν, 64
ὅσπερ εἰώθε νεωτερίζειν, δέδοικ' ὅπως μὴ ζητοῦντες πλείω ποιῆσαι τὰ κατορθώματα, τὴν ὀπὶ τοῖς ὑπάρχουσι φιλοτιμίαν ἀποβάλωμεν. οἶμαι δ' οὐ τοῖς ὥσπερ ἡμεῖς πράττουσι προσήκῃ φιλοκινδύνως ἔχειν, ἀλλὰ πολλῷ μᾶλλον τοῖς ὥσπερ ὕστοι ἀσφαλεστέροις. τοῖς μὲν γὰρ, εἰ καὶ μηδὲν ἄλλο προσκατεργάσαιντο, ἔκ γε τῶν ὑπαρχόντων ἔξεστιν εὐδοκιμεῖν, καὶ τῆς κρείττονος ἢ τύχης. οἷς δ' ἡσυχάσασι μὲν αἰσχύνη, καὶ βέβαια τὰ τῆς συμφορᾶς, ἕτερον δ' ἀναρρίπτουσι κίνδυνον, ἐλπὶς ἀπαλλαγῆναι τῶν παρόντων, ἐὰν ἄμεινον ἀγωνίσωνται, πόθεν ἀπεικὸς ἐγχειρεῖν, λογιζομένοις ὡς ἐν μὲν τῷ σφαλῆναι πολλαπλασίως πράττειν ὡς καὶ πρότερον· κρατήσασι δὲ, πάντων ὄντων ἀπαλλάττεσθαι τῶν κακῶν. καὶ μὴν ὅπερ μέλλον ἅπασιν ἀνθρώποις, πόθεν ἀγνοεῖ. ὅπου γὰρ ὕτε τυραννὶς ἰσχυρὸν, ὕτε πλοῦτος βέβαιον, μυρία δὲ αἱ μεταβολαὶ καὶ ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ, καὶ νὴ Δία γ' ἤδη πόλεσι μόνον, ἀλλὰ καὶ ὅλοις ἔθνεσι, τί τις ἂν προϊδεῖν ἔχοι; ἔστι δ' εὖ φρονοῦ- 63 65
ντων, ἐπ' ἀμφότερα ἐξετάζοντας, ὕτω πίθεσθαι πρὸς τὸ συμβαῖνον. ἡμεῖς τοίνυν κρατήσαντες Λακεδαιμονίους, καὶ δουλωσάμενοι τὴν Πελοπόννησον, τὴν ἀρχὴν αὐξήσομεν ὡς ἔοικε. εἰδ', ὁ μὴ γένοιτο, σφαλείημεν, τοῖς θεοῖς κινδυνευσόμεν. δοκοῦσι γὰρ ἔλαττον τοῦ δυσχεροῦς τἀγαθὸν, κρεῖττον διπλάσιον. καὶ μὴν τὸ μὲν ἐξὸν ὅλως κρατῆσαι τραπέσθαι πρὸς τὴν εἰρήνην, ἀντίρροπον τὴν πλεονεξίας ἔχει τὴν δόξαν, ὅτι τῷ ὄντι κοινῇ βέλτιστον ἡρῆσθαι, καὶ μᾶλλον πλείονος ποιεῖσθαι τὸ τῶν Ἑλλάδα σῶσαι θᾶττον ἀφθείρας τοὺς ἀνταγωνιστάς. ὃ δ' ἄδηλον θᾶττον μέλλοντος συμβήσεσθαι μὴ φυλάξασθαι, πάσης ἔξω συγγνώμης ὄντιν. ὕτω ὄντι τὴν εἰρήνην ἑλέσθαι πρὸς ἀμφότερα ὀρθῶς ἔχει· τὸ δὲ τῷ πολέμῳ πεπιστευκέναι, πλείω τὴν

censebimur. Quocirca cum liceat omne decus obtinere, tum victoriae, tum judicii, ne committamus, ut eam rem reddamus incertam. Etenim si quieverimus, & rerum successus confirmantur, & modestiae laus accedit. Sin belli dederimus occasionem, ex quo multae solent mutationes consequi, metuendum erit, ne dum res gestas augere conamur, partam amittamus gloriam. Neque iis puto, qui nostrae simili fruuntur fortuna, pericula esse affectanda potius, quam iis, quorum status ab horum negotio non distat. Nam illis quidem, etiamsi nihil praeterea gesserint aliud, ex rebus tamen praeteritis gloria suppetit & foelicitas. Quorum autem cum quiete conjuncta est infamia, & certa calamitas, in alterius autem periculi susceptione melioris est fortunae spes, modo foelicius decertaverint, posita, eos nihil vetat novas res moliri, qui sive fallantur, in priore maneant loco, sive vincant, omnibus liberentur malis. Jam res futuras incertas esse, quis est qui nesciat? Etenim cum nec regnum sit firmum, nec opes stabiles, atque infinitae mutationes tam publice quam privatim, atque adeo non urbibus modo, verum totis etiam gentibus contingant, quidnam possit in alicujus providentiam cadere? At sapientis est, utrinque negotio considerato, pro re nata consilium capere. Nos vero si Lacedaemonios devincamus, & Pelopponnesum subjugemus, imperium fortassis augebimus. Sin, quod absit, aliter eveniat, re tota periclitabimur. Quocirca quoniam minor est difficultate commoditas, in gratiam redire praestat. Quid quod, cum prorsus liceat vincere, ad pacem se convertere, respondentem habet ex altera parte utilitati gloriam, dum commune spectatur bonum, & Graeciae salus hostium praefertur internecioni? At futuri eventus incertum exitum non caviisse, excusationem nullam admittit. Sic fit, ut pacis studium utrobique se recte habeat, belli fiducia

majus

βλάβην τ ὠφελείας ἔχῃ προβάλληλα [1] θεμένους. θαυμάζω δ' εἰ προσησάμενοι μὲν τὰς Λακεδαιμονίους ὑπεσήσεσθε φείσασθαι, ἐξὸν δὲ, καὶ ὑμῶν αὐτῶν ἅμα καὶ τούτων φείσασθαι νῦν,
64 καὶ τολμήσετε. καὶ τί φήσετε, ὦ Αθηναῖοι; ὅτε μὲν γὰρ Πελοπόννησον περιεπλεῖτε, καὶ ἀποβάσεις ἐποιεῖσθε εἰς τὴν χώραν, καὶ Πύλον ταύτην καλεσαμβάνετε, καὶ τἆλλα ἐπεραμαλεύεσθε, εἴ τις ἔροιτ' ὑμᾶς ἀντὶ τοῦ, ταῦτα ποιεῖτε, ἦν εἰπεῖν ὅτι ἠναγκασμένοι, καὶ ὅτι βουλομένων ὑμῶν ἡσυχίαν ἄγειν, Λακεδαιμονίοις δὲ συνέδοξεν, ἀλλ' εἰς ὅπλα καὶ πόλεμον προκαλοῦντο. νῦν δὲ τί φήσομεν, εἴτις ἔροιτ' ἡμᾶς, ἢ [2] πλέονας ἰδὼν, ἢ κτησάμενος ἐξιόντας, ἢ ὅλως ἔν τι τῶν αὐτῶν πράττοντας; πότερον ὡς ἠναγκάσμεθα; ἀλλ' οἱ τότ' ἐκεῖνα ἐπαρέμενοι, νῦν ἥκουσι τὴν εἰρήνην προτείνοντες. ἀλλ' ὡς ἐλαττώσεταί τι ταῦτ' ἐὰν δέξησθε; ἀλλ' ὅτε τὴν Αἴγιναν οὐδεὶς ὑμᾶς ἀφιέναι κελεύει νῦν, ὅτ' οὐκ Ποτιδαίας ἀπιέναι, ὅτε δέχεται Μεγαρέας, ἐάν τε βούλησθ', ἐάν τε μή, ὅτ' ἔνεστι πολυπραγμοσύνης οὐδὲν τοῖς δρωμένοις· ἀλλὰ κύριον μὲν [3] τὸ πιάκιον, βέβαιος δ' ἡ τῶν Ελλήνων ἀρχή, πάντα δὲ σῶα τὰ χωρία, καὶ λιμένες, καὶ ἵπποι, καὶ τριήρεις, καὶ τὸ βουλεύεσθαι περὶ αὐτῶν. οἱ δὲ τὰς σπονδὰς ἐκείνας ἐπαγγελίας ἐπαγ-
65 γελλόμενοι, καὶ δουλεύοντες τὰς Ελληνας τῷ τ ἐλευθερίας ὀνόματι, ὅτι νῦν ἐὰν αὐτοῖς αὐτονόμοις ἐξῇ τ ἑαυτῶν οἰκεῖν, ἀγαπᾶν ὁμολογοῦσι· καὶ περὶ τ ἡγεμονίας ἀμφισβητήσαντες ὑμῖν, βεβαιωσαίμαλλον αὐτῆς γενέσθαι. πρὶν μὲν γὰρ ὅπλα κινῆσαι, τάχα ἄν τις καὶ προσεδόκησε αὐτοὺς ἐπιέναι. ἐπιχειρήσαντες δὲ σφαλῆναι, καθ' ὑποστάντες, ὅθ' ὡς ἀδίκως κέκτησθε τὴν ἀρχὴν, ὅθ' ὡς κωλύειν δικαίως λέγειν ἔξουσιν, ὡς' ἔργῳ τὴν ψῆφον οἴσουσιν, ὡς εἰκότως ἔχετε αὐτὴν, καὶ προδώσουσι τοὺς Ελληνας ὑμῖν πολὺ μᾶλλον, ἢ ὅτε Παυσανίαν μὲν ἀπαλλαξάντων, ὑμᾶς δ' ἑλομένων, συνεχώρησαν αὐτοί. καίτοι εἰ ταύτην τὴν γνώμην ἀπ' ἀρχῆς εἶχον Λακεδαιμόνιοι πρὸς ὑμᾶς, τί τῶν ἁπάντων ἂν ὑμᾶς προήγαγεν

majus lucro damnum in contentione promittat. Miror autem, cum ſubactis Lacedaemoniis parſuri ſitis, ſi, poſtquam vobis ipſi ſimul & his parcere nunc poteſtis, non velitis. Quid autem dicetis, Athenienſes? Etenim dum circum Peloponneſum navigabatis, & in regionem deſcendebatis, ac Pylum hanc capiebatis, aliaſque res gerebatis, ſi quis horum cauſam ex vobis quaeſiviſſet, poteratis neceſſitatem praetexere, quodque quies, quam vos expetieratis, Lacedaemoniis non placuiſſet, verum ad arma bellumque vos provocaſſent. Nunc autem quid dicemus, ſi quis nos vel navigare, vel terra exercitum ducere, vel omnino ſimile aliquid facere viſos interroget? utrum coactos nos eſſe? at quitum res illas moliebantur, nunc ad pacem petendam venerunt. An damnum, ſi hoc recipiatis, accepturos? At neque vos Aeginam nunc quiſquam jubet dimittere, neque Potidaea decedere, neque Megarenſes, velitis nolitis, accipere, nec res moleſtiae quicquam habet: verum & tabella vobis manet, & Graecorum imperium, atque ſalva cuncta, agri, portus, equi, triremes, ac ſtatuendi de illis poteſtas. Qui autem magnifica illa promiſſa jactarant, & libertatis nomine Graecos ineſcarant, ii ſi nunc libere ſua poterunt incolere, nihil ſe poſtulaturos amplius profitentur: cumque de imperio nobiſcum contenderint, illud confirmarunt magis. Antequam enim arma cepiſſent, aliquis eorum impetum forſitan expectaſſet. Poſtquam re incepta deſtiterunt, nec injuſte vos imperium poſſidere, nec id auferre ſe poſſe audebunt dicere, atque ita re ipſa judicabunt, id ad vos pertinere, & Graecos vobis multo magis tradent, quam cum illis, abdicato Pauſania, vos eligere conceſſerunt. Jam ſi hoc animo fuiſſent erga vos initio Lacedaemonii, quae vos res ad hoc

1 Lege θεμένοις. 2 Lege πλείονας. *Cant.* 3 Forte τὸ ἐπινίκιον.

εἰς τ̓ πόλεμον τυτονί; πότερον τὰς σπονδὰς ᾗδει φαῦλον ἐποιήσασθε ἄν; ἢ τίνες ὑμῶν ἀμείνους θεραπεύειν τὰ θεῖα; ἀλλ' ὡς οὐδὲν ὑμῖν ἀπόχρη δυύαμτ' ἄν τις εἰπεῖν; ἀλλὰ ταῦτα Κορίνθιοι μὲ ἐβλασφήμων· ὑμῖν δ' ὑδεὶς ἀνθρώπων τοιοῦδεν. εἶθ' ὧν ἐξ ἀρχῆς ὑμῖν ὑπαρξάντων ὐκ ἄν ποτ' ἤρασθε τ̓ πόλεμον, εἰ νῦν ταῦτ' ἔχειν ἔξεστιν, ὐχὶ παύσεσθε, ἀλλ' ἄκοντες φάσκοντες πολεμῆσαι, ἑκόντες ὐ πρέψεσθε πρὸς τὴν εἰρήνην; τίνος εἵνεκα; ὅτι 66
νὴ Δία εὐτυχήσαμεν οἷα ἂν εὐξάμθα; οὐκοῦν αὐτὸ δὴ τοῦτο ἢ βέλτιστόν ἐστιν. ἀπόλωλε μὲ γὰρ οὐδὲν ἡμῖν τ̓ ὑπαρξάντων, προσγέγονε δ' ἡ τοῦ νενικηκέναι δόξα, ἢ τὸ μὴ δ' αὖθις τοῖ) τινὶ θαῤῥοῦντας ἡμᾶς ἀδικῆσαι. ὡς' εἰ τότ' ἐφέρομεν οἷς εἴχομεν, πῶς ὐ νῦν γε κἀκείνοις ἢ τοῖς προσυπάρξασι σέρξαι προσῆκε; τὰς δ' ὑπερδιαλειπομθύας τυτασὶ, καὶ μέχρι παντὸς ἐπεξιέναι κελεύοντας, ἐρωτᾶτε, τίς ὑμῖν ἐγγυητὴς ἔσαι τοσοῦτο προθυμίας; ὐ γὰ προὶ Σφακτηρίαν γε ἀεὶ πολεμήσομεν, ὐδ' ἐφ' ἕτοιμα τοῖς στρατηγοῖς ἐξέσαι πλεῖν, ὐδ' ὐκ προῤῥήσεως ἄγειν τὰς πολεμίας· ἀλλ' ἔστιν ἃ καὶ ἀγῶνα φανεῖται δέομθα. καὶ εἰ μὲ αὐτοὶ ταῦτ' ἐγγυᾶσθαι φήσουσι, μαινομθύων λόγον ὐχ' ὑγιαινόντων ἐρῶσιν. ἔτι δ' εἰ μὲ τούτοις ἔμελλεν ὁ κίνδυνος ἔσεσθαι μόνοις ἀλλ' ὐ σύμπασιν, ἦν ἄν τι τοῦτο. ὅτε δ' οἱ πειθόντες προτέροι δώσομεν τὴν δίκην, τί τὸ κέρδος [1] λαμβάνειν ὕστερον, ἢ ζημιῶσθαι μετὰ τούτων, ἧττον ὁμῶς ἢ ὑμᾶς καὶ τούτους ἀσφαλεῖς εἶ)ναι; ἀλλὰ μὴν εἰ ἄγε μὴ δ' ἂν ὕτοι φήσαιεν, ἔχοι 67
δὲ μηδὲ ἐγγυήσασθαί τις, πῶς ὑμῖν καλῶς ἔχῃ ταῦτα πιστεύσαι ἃ τούτοις ὑποκέσθαι τῶν αἰτίων εἶ)ναι δοκῇ; ἢ ἃ λόγῳ μόνον εἰπεῖν κυφότητος, ἧπερ βλακεία ταῦτ' ἔργῳ πάντως θεῖναι γενησόμθα. τότε γὰρ χρὴ καὶν ἄθλιον ἢ ὃ μέλλον αἱρεῖσθαι κινδυνεύειν, ὅταν ὃ τὴν ἡσυχίαν ἄγειν φανερῶς χεῖρον ἢ. οἷον ὅθ' ἡμῶν ἐπῆσαν οἱ Βάρβαροι, κινδυνεύειν ἔδῃ. ἀφ' τί; ὅτι δουλεύειν ἦν, εἰ μὴ τοῦτ' ἐποιήσαμεν· πάλιν ἦνίχ' οὗτοι προσέταττον, ἃ δίκα-

bellum potuiſſet incitare? Foedera contemſiſſetis? A quibus diligentius, quam vobis, divinae res obſervantur? Nihil vobis ſufficere dixerit aliquis? Haec ut erat Corinthiorum calumnia, ita nemo vobis hoc tribuit. Ergo quae ſi contigiſſent initio, nunquam bellum ſuſcepiſſetis, ea ſi nunc ſuppetent, non deſinetis; nec, qui vos invitos dicitis bellum gerere, pacem ultro expeteris? Cur, obſecro? Quia medius fidius ex ſententia res bene geſſimus? Hoc ipſum vero optimum eſt. Nam nec de noſtris quicquam perdidimus, & victoriae ſplendor acceſſit, quodque nemo poſthac facile nos laedet. Quamobrem ſi tum nobis ea, quae ſuppetebant, ſatis erant, cur nunc & illa, & quae acceſſerunt, non ſufficiant? At iſtos, qui tam contentioſi ſunt, & ultima quaeque perſequenda cenſent, interrogate, quem habeant rei tantae fidejuſſorem. Neque enim circum Sphacteriam ſemper bellum geremus, neque ad res confectas navigabunt duces, aut ad ſuum arbitrium libidinemque hoſtes abducent; verum in quibuſdam certamen etiam requiretur. Quod ſi ipſi ſe fidejuſſores dabunt, inſanient, non ſapient. Praeterea ſi eſſent iſti ſoli, non omnes pariter, periclitaturi, aliquid dicerent. Cum vero nos, quibus erit perſuaſum, primi ſupplicium luemus, quid erit lucri, ſi damnum cum his accipiamus, cum ſimul & nobis liceat & his eſſe ſecuris? Sin id nec ipſi dixerint, nec quiſquam velit ſpondere, quomodo vos honeſte credatis, quae non poſſunt iſti niſi turpiter promittere? quaeque verbis duntaxat edita levitatem indicant, ea re futura ponere, nimirum ſtupiditatis fuerit. Nam tunc eſt ſuſcipiendum periculum, quamvis incertus ſit eventus, cum quies aperte nocet. Itaque cum nos invaſerunt Barbari, exempli cauſa, periclitandum fuit. Cur? Quoniam ſervitus, aliter ſi feciſſemus, fuerat ſubeunda; atque iterum cum hi ea, quae non

1 Illa λαμβάνειν ὕστερον ἢ adduntur. *Cant.*

po-

μθνοις ὐ καλῶς ἔμελλε οχήσειν. ὅτε δὲ σὺ μ τῇ ἡσυχίᾳ δόξα μετὰ ἀσφαλείας, σὺ δὲ τῷ πολεμεῖν ὐ μόνον θεὶ τῶν ὄντων, ἀλλὰ χὰ θεὶ αὐτῆς τῆς δόξης ὁ κίνδυνΘ, τί δεῖ τετυφωμθνως ὕτω φιλονεικεῖν, ὥωπερ ἡμῖν αὐτοῖς ὐχ' ἧττον ἢ τύτοις χαλεπαίνονΤας; σκέψαθε γὰρ χὰ τῦτο. ὅτι τὼ μ εἰρήνω ὡς ἀκινδύνων ἐπειικῶς πάντες ἀσπάζονται, τὺς πολέμους δ' ὥσπερ εὐδοξίας οἵγε ἐπειικεῖς ὑφίσαθαι δοκοῦσιν. ὥσθ' ὥσπερ μ πό-
68 πων γένοιτ' ἂν ἴσως ἔλις, ὁ βυλεύσαντ' ἂν ἕκασοι θεὸς τ αὐτῶν τρόπον, οἱ μὲν τ ἀσφάλειαν, οἱ δὲ τ κρεῖττον θροαιρύμθνοι· νυνὶ δὲ οὐκ ἔνεσι χωρίσαι, ἀλλ' ὥσπερ θεῶν τινὸς ὑμῖν δεικνύτΘ, ὅτι χρὴ τὼ εἰρήνω δέχεσθ, χὰ μ μὲν ταύτης ἅμα τ' ἀσφαλῶς οἰκεῖν χὰ φιλοτιμεῖσθαι· τὸν πόλεμον δ' αἱρυμένοις, ὐχ' ἧττον ἀδοξεῖν, ἢ κινδυνύειν ὑπάρχῃ. τί δήποτε; ὅτι τοὺς μὲν Ἕλληνας, ὐ φόβῳ πρὸς ἡμᾶς αὐτῶν ποιεῖσθαι δόξομεν, ἀλλὰ φιλανθρωπίᾳ· τῦτο δ' ὐ μικρὸν εἰς ἀρετῆς λόγον· τὸν πολέμων δ' ἐχόμθνοι πολλῶν τ χρεί-ττων δόξαν [1] εἰσόμθα, ἀπληςίας, ὠμότητΘς, ἀβυλίας. χὰ γὰ πλειόνων ἢ δεῖ γλίχεσθ, χ τοῖς τ Ἑλλήνων συμφοραῖς ὑπιχαίρειν, χ μὴ ὑπίσασθ βυλεύσασθαι, ὃςὶν οὐ σώφ. χὰ-τοι τύτων ὐκ ἄν ποτ' οἰκειότερα τῇ φύσῃ τ πόλεως [2] ὀνείδους γένοιΤο. εἰ δὲ χὰ παῦσαι θροσέχῃ, τί τὶς ἂν λέγοι; μὴ τοίνυν ἐκείνην τ ἡμέραν ἀναμείνητε, ἐν ᾗ χὰ' ἀνάγκας δόξετε τῆς εἰρήνης ἐπιθυμεῖν· ἀλλὰ βυλήθητε σὺ ὅσῳ κύριοι καθέζαι χ πολεμεῖν χὰ τ ἡσυχίαν ἄγειν, χαρίσασθ τοῖς Ἕλλησι, εἰ χ μὴ τύτοις· ὠφελήσασι, ὐ τοῖς πρῦσι μόνον, ἀλλὰ
69 χ τοῖς θοτέρων χρόνοις, ὡς ὐδαμῶ λυσιτελῆ πέρα ὄ μετεῖν φιλονεικεῖν. κρατήσαν-τες γὰ τῶν βαρβάρων χ ζητοῦντες ὡς ὅτι πλεῖσον ἐξελθεῖν, πλεύσαντες εἰς Αἴγυπτον πεντή-κοντα χ διακοσίας τελήρεις δυοῖν δέοιν ἀπεβάλομεν. χ μὰ ὅτι πολλῷ ῥᾷον τ βαρβά-ρων ἢ Λακεδαιμονίων κρατεῖν, τὶς ὐκ οἶδ'; ἃ χρὴ λογίζεσθαι, χ μηδὲν νῦν παθεῖν πρὸ παλή-

poteramus honeſte ſuſcipere, poſtulabant. At cum quies gloriam habet & ſecuritatem, bellum vero non fortunarum tantum, verum etiam gloriae ipſius periculum parit; cur tam inſolenter inter nos contendamus, quaſi nobis ipſi non levius, quam his, ſuccenſeremus? Quin etiam id conſiderate. Pacem cuncti merito tanquam tutam amplectuntur, bellum autem gloriae cauſa, qui quidem ſunt aequiores, videntur ſuſcipere. Quapropter de his quidem rebus incidere poſſit contentio, & pro ſua natura ſinguli conſilium capiant, alii ſecuritatem, alii potentiam appetentes: nunc autem ea ſeparare non licet, verum quaſi deus nobis aliquis videtur pacem accipiendam oſtendere, cumque ea ſimul & ſecure poſſe degere & gloria pollere; ſin bellum ſuſcipiatis, non minorem vos infamiam, quam periculum, manere. Quid ita? Quoniam pacem non tam metu quam humanitate ducti, facere videbimur; id quod non parvum eſt virtutis indicium: bello affectato, trium rerum peſſimarum nobis opinionem conciliabimus, inſatiabilis, crudelis, & imprudentis animi. Nam & plura, quam deceat, appetere, & Graecorum delectari cladibus, nec valere conſilio nos, hoc pacto conſtabit. At haec probra cum natura civitatis pugnant maxime. Quod ſi clades huc inſuper accedat, quid dicemus? Nolite ergo diem illam expectare, qua pacem videamini per neceſſitatem deſiderare; verum dum vobis & bellum eſt & pax integra, ſi non his, Graecis tamen gratificamini; nec de praeſentibus potius quam prioribus exemplis, nimiam contentionem nunquam prodeſſe, cognoſcite. Etenim cum, devictis Barbaris, in Aegyptum ſtudio maximae vindictae navigaſſemus, ducentas & quinquaginta triremes expeditionibus duabus amiſimus. Jam facilius Barbaros, quam Lacedaemonios vinci, quis ignorat? Quae vobiſcum reputantes, nihil debetis nunc ſimile commit-

1 Lege εἰσόμεθα. *Cant.* 2 Scribe ὀνειδῶν.

tere,

σιον· ἀλλ' ἀποπώταζον νομίσαι τ̃ ἁπάντων τ̃ει), εἰ Νίσαν μ̀ καὶ Πηγὰς καὶ Αχαΐαν ἔχοντές ποτε, τ́των ἐθελονταὶ πρεχωρήσαμεν, πλείονος ἀξίαν τὴν εἰρήνην τ̃ ἀπὸ τ̃ πολέμου πλεονεξιῶν ἡγούμενοι· νυνὶ δ' ἐξὸν μ̃ τ̃ μηδὲν προέσθαι τ̃ν ὑπαρχόντων δόξαν φρονήσεως ἅμα καὶ δυνάμεως προσλαβεῖν, οὐκ ἐθελήσομεν; ἀλλ' ὀκλείπειν μέν ποτε τ̃ πόλιν ἡ προῖκα καὶ ἱερὰ ἡ τάφους, ἡ ἅμα τοῖς σώμασι ἡ τοῖς ὅσι κινδυνεύειν ᾠόμθα δ̃ειν, τ̃ κοινῆς σωτηρίας τ̃ν Ελλήνων εἵνεκα, ἐξὸν δ' ὃν αὖτ̃ παύσαλ̃, κινδυνεύοντας σῶσαι τὰ πρά̃ματ' αὐτοῖς ὑ τολμήσομεν, ἀλλὰ τ̃ν μ̀ ἀθλητῶν εὖ βυλεύεθαι νομίζομεν, οἵτινες ἂν νικῶντες καταλύωσι, ἡ μὴ πρὸς ἀνάγκην, αὐτοὶ δ' ὐχ' ὕτω πράξομεν, ὐδ' εἰσόμθα ὅτι πρὸς μ̀ τοὺς βαρβάρους ἡ μέχρι τ̃ ἐσχάτων ἴσως προσήκ̃ προϊέναι, τοὺς δὲ τῶν 70
Ελλήνων πρὸς ἀλλήλους ἀγῶνας, τοῖς στεφανίταις ἀγῶσι νομίζειν προσοικείαι, ἡ τὴν νίκην ἀπροφάσιστον ἡγεῖσθαι τέλος, πέρα δὲ μηδὲν ζητεῖν. εἰ δ' αὖ κακεῖνον ἀληθῆ χρὴ νομίζειν τ̃ λόγον, ὡς ὁ πρὸς ἀλλήλους πόλεμος τοῖς Ελλησι φάσ̃ προσέοικεν, ἄμεινον δήπου σκοπεῖν ὅπως τὶς ὡς τάχιστ' ἂν αὐτὸν καταλύσ̃, ἡ μὴ ζητεῖν εἰς ἀπέραντον ἐκλείπειν τ̃ μηδ' ἄρξασθαι πρόσ̃κε. ἡ μὴν εἰ πρότερον δυσκόλως τινὲς τ̃ Ελλήνων ἔχον πρὸς ὑμᾶς ἐξ ἀδίκων ὑπονοιῶν, νῦν γε ἅπαντες σωτῆρας ἑαυτῶν κρινοῦσιν, ἐὰν αὐτοὺς πραγμάτων ἡ κακῶν ἀπαλλάξητε. ὐ γὰ τοῖς καθ' ἀνάγκην δεηθεῖσι τ̃ χάριν προσθήσουσιν· ἀλλὰ τοῖς ἡ ταῦτα κἀκεῖνα βυλεύσασθαι κυρίοις ὅσι, τὰ κοινῇ συμφέροντα προκρίνασιν. ἡγοῦμαι δ' εἴ μέν τι πιτὸν ὅστι Λακεδαιμονίοις, παντα̃ καλῶς ὑμῖν ἔσεσθαι τὰ διεγνωσμένα· εἰ δ' αὖ νεωτερίζειν ἐγχειρῆσιν, οὐκ τ̃ εἰ) κρεῖττον κατ' αὐτῶν [2] λαλεῖν. εἰ γὰρ ὅταν μὲν δεῖ σώζειν, ἐπέρχωνται, θαῤῥήσαντες δὲ θρύπτωσιν, οὐκ ἔστιν ὅπως ὐχ' ὑμῖν πρατηγήσουσιν. ἐκείνους μὲν γὰρ ὁμοῦ φαύλους τε 71
ἡγήσονται καὶ μισήσουσιν ἅπαντες· ὑμῖν δὲ μετ' εὐφημίας ὅτι ἂν οἷοί τ' ὦσιν ἐπικουρεῖν

tere; verum abſurdiſſimum cenſere, cum Niſaeam, Pegas, & Achaiam, quae tum poſſidebamus, ultro reddiderimus, ac pacem belli commodis longe praetulerimus; ſi nunc prudentiae ſimul & potentiae laudem nulla cum jactura ſuſcipere dedignabimur? Quique quondam Urbem, templa, ſepulcra deſerenda, ſimulque corporibus & omnibus bonis decertandum communis Graecorum ſalutis cauſa cenſuimus, cum jam in poteſtate ſint noſtra, ſimul & finem periculis ponere, & res eorum conſervare, non audebimus; verum athletarum quidem laudabimus conſilium, qui per victoriam, non neceſſitatem, artem deſinunt, ipſi vero aliud ſequemur, nec hoc animadvertemus, contra barbaros fortaſſis ad extremum etiam eſſe veniendum, Graecorum inter ipſos certamina cum coronariis eſſe ludis conferenda, ſic ut victoria juſtum finem occupet, nihil quaeratur amplius? Quod ſi illud etiam recte dictum eſt, Graecorum inter ipſos bellum ſeditioni eſſe ſimile, videndum erit, opinor, ut quam citiſſime deponatur, nec id, quod ne incipiendum quidem erat, longiſſime protendatur. Jam ſi olim vos Graecorum nonnulli per iniquas ſuſpiciones aegrius ferebant, nunc certe pro ſervatoribus cuncti, modo miſeriam & moleſtiam abſtuleritis, habebunt. Neque enim iis, quos coegit neceſſitas, verum qui, cum alterutrum poſſent ſequi, communem praetulerunt utilitatem, habebunt gratiam. Atque equidem, ſi quid eſt in Lacedaemoniis fidei, recte nos omnino deliberaſſe judico; ſin res novas molientur, non poſſe commodius rem contra illos ſumi. Etenim ſi, cum ſalutem petunt, nos obſervant, cum animum receperint, invadent, nobis profecto bellum gerent. Ut enim illos pariter & improbos & odio omnes habebunt; ita nobis omnia cum laude ſtudebunt

1 Dictum a Platone, 5to. de Rep. *Cant.* 2 Lege λαοῖσιν. *Cant.*

ſup-

πεθυμήσονται. θαυμάζω δ' εἴ τις δέδοικε μὲν μὴ λύσωσι τὰς σπονδάς, πολεμεῖν δ' ἐξεπίτηδες αἱρεῖται, ᾧ μὴ λογίζεται τὐνδμτίον ἢ βέλτιον πιῶν. ὅπως γὰρ ἀσφαλῶς γενήσονται περάτειν, ὧν ἐξ ἀρχῆς γενέσθαι κωλύειν πεφυκε. οἶμαι δ' εἰ πανύργους καὶ σφόδρα ἀσφαλεῖς τις ἡγεῖται Λακεδαιμονίους, ἐκεῖνό γ' αὐτῶν τὴν συμφορῶν πεπαιδεύμένους ἕστεσθαι μαλακωτέρους· ὁρῶντες γὰρ ὡς οὐδὲ τὰ πρόσθεν αὐτοῖς εἰς καλὸν ἦκε, εἰ μὴ ἑκόντες, ἀλλ' ἄκοντες σωφρονήσουσι. ἠξαίμην δ' ἂν ἔγωγε καὶ δεύτερ' αὐτῶν πεπαικινηκάντων πολεμεῖν μᾶλλον ἢ νυνί. τότε μὲν γὰρ τὴν πρὸ τῶν θεῶν αὖ βοήθειαν πεπυπάρξειν ἡγοῦμαι τῇ πόλει, νῦν δ' οὐδὲν εἰς τοσοῦτον ἀνθ' ὅτου προσῆκε περαιτέρω θρασύνεσθαι φιλονεικεῖν. ἐγὼ μὲν οὖν εἶπον ἃ βέλτιστα ἡγούμην. εὔχομαι δὲ δυοῖν θάτερον· ἢ ᾧ ὑμῖν συνδοκεῖν, ἢ μὴ τὴν ὑμῖν αὖ δοξάντων γενέσθαι τὴν τύχην.

72 ΥΠΕΡ ΤΗΣ ΠΡΟΣ ΑΘΗΝΑΙΟΥΣ ΕΙΡΗΝΗΣ.

ARGUMENTUM.

Cum Athenienſes a Lacedaemoniis devicti, Spartam legatos de pace miſiſſent, eam Lacedaemonius quidam concedi jubet, ac Thebanorum ſententiam, qui Athenas everti volebant, rejici. Apud Xenophontem extat hiſtoria, ſub initium libri ſecundi.

ΗΝ μὲν ἐκ πολλοῦ πάντες ἡμέραν ἰδεῖν ἐπεθυμοῦμεν, ἥ δ' ἐστὶν, ὦ ἄνδρες Λακεδαιμόνιοι, διδοῦσα βουλεύσασθαι περὶ τῶν Ἀθηναίων ὅ, τι ἂν βουλώμεθα. δεῖ δὲ μήτ' ἀγενὲς παθεῖν μηδέν, μήτ', εἰ χρὴ τοῦτ' εἰπεῖν, ἀπιμάσαι τὰ πεπραγμένα, ἀλλ' εἰδέναι πόσου τι χρῆμα κατεργασαμένους, καὶ ὡς ὅτε Ἀθηναῖοι συμφορῶν ἐνδεεῖς, ὕβριν ἡμῖν πεφεύξεσθαι ὀρίζεσθαι. πρῆτόμην δ' ἂν ὑμᾶς, μὴ φιλίᾳ τῶν ἀνδρῶν δοκεῖν με λέξειν, εἰ μὴ πολλὰ μὲν τὰ πρὸς ὑμᾶς
73 εὐνοίας, πολλὰ δὲ τὰ πρὸς ἐκείνους μίσους ὑπῆρχέ μοι σύμβολα, ἃ πάντες ὁμοίως

suppeditare. Ac miror, ſi quis, ne foedera frangant, metuit, bellum volens optat, nec ſecum ſe pugnare ſentit. Nam ut firma fierent, conari, non prohibere ne omnino fierent, oportebat. Quid quod exiſtimo, Lacedaemonios, quamvis verſuti & cauti habeantur, diſciplina tamen aerumnarum molliores redditum iri? Cum enim priora videbunt male ceſſiſſe, ſi non volentes, inviti tamen ſe continebunt. Quinimo poſtquam iterum ſe commoviſſent, pugnare cum illis, quam nunc, equidem malim. Nam quemadmodum tum divinum rurſus auxilium Urbi adfuturum ſperarem; ita nunc tantum nihil video, cujus cauſa ſit praeter uſum contendendum. Atque ego quidem, quod optimum cenſebam, protuli. Opto autem alterutrum, ut vel eadem vobis videantur, vel a veſtra ſtet ſententia fortuna.

ORATIO DE PACE POSTERIOR.

QUEM olim diem omnes videre deſiderabamus, Lacedaemonii, hic eſt, qui nobis liberum de Athenienſibus judicium concedit. At nos nec illiberale quicquam ſuſcipere debemus, nec res geſtas, ita ſi loquendum eſt, dedecorare; verum quantum ſit negotium confectum, quamque nec Athenienſibus clades deſint, nec nobis irae ſuppetat occaſio, cognoſcere. Atque equidem, ne ad illorum gratiam loqui me putetis, vos obſecrarem, niſi multa tum benevolentiae erga vos meae, tum in illos odii ſigna extarent, quae neminem veſtrum late-

1 Forte ἠξαίμην.

rent.

σιώπατε. ὃ μὲν γὰρ ἐμαυτῷ ὑμῖν ζῶντα δεῖν οἴμαι συμβουλεύειν, μὴ πρότερον τί χρὴ [1] παθεῖν ἐκείνους ὁρᾶν, ἢ ἡμῖν τί προῦξαι καλόν· μὴ δ' ἀγνοεῖν ὅτι ὃ περὶ τῶν Ἀθηναίων πόλεως μᾶλλον, ἢ περὶ τῆς ἡμετέρας αὐτῶν σκοπεῖσθαι. ὡς ἐὰν μή τῳ φαίνηται γνώμη καταλείπωμεν τὰ πεπραγμένα, ἅπερ ὑμῶν αὐτῶν βεβουλεύμεθα, καὶ τῷ ὄντι νενικήκαμεν· ἂν δ' ἅ τινες κελεύουσι [2] πραχθῆτε, δέδοικ' ὅπως μήτι καὶ παράλογον εἰπεῖν ἁρμόσῃ. ἡμᾶς γὰρ εἴ τις ἔροιτο ἀνθ' ὅτου τὸν πόλεμον τὸν μακρὸν καὶ πολὺν τοῦτον ἠράμεθα, ὕθ' ὡς λείαν ἡμῶν ἤλασαν, ὕθ' ὡς χώρας ἀπετέμοντο ὥσπερ Ἀργεῖοι, ὕτ' ἄλλο τὸ τοιοῦτον οὐδὲν ἂν ἔχαμεν εἰπεῖν· οὐδέ γ' ὡς φθόνῳ τῆς δυνάμεως αὐτῶν καὶ τῆς εὐδαιμονίας, ἀλλὰ τοῦτο μὲν πάντων ἥκιστα συγχωρήσαιμεν ἄν. τίνος οὖν χάριν λοιπόν; ἐλευθερίας τὴν Ἑλλήνων φαίημεν ἄν, οἴμαι δὲ μήθ' ἡμᾶς ἂν τοῦτό γε χρῆναι λέγειν, ἀλλ' ὑπὲρ ἡμῶν ἅπαντας ἂν συμφῆσαι. καὶ μὴν οὐδ' ὅπι μεῖζον ἡμῖν πλεονέκτημα κατ' αὐτῶν ὑπῆρξεν ἢ τοῦτο, οὐδ' 74
ἂν εἰς εἰπεῖν ἔχοι. πρεῖττον γὰρ τοῖς μὲν ἐξ ὧν πρεσβεύοντο μισεῖσθαι, ἡμῖν δ' ἐξ ὧν [3] ἐπιγγελλόμεθα. τίνος οὖν, ὦ ἄνδρες Λακεδαιμόνιοι, τούτων ἕνεκα ἐμέμνησα; ἑνὸς μέν, ἵν' εἰδῆτε, ὡς οὐδὲν ὑμῖν ὑπόλοιπόν ἐστιν, ἀλλ' ἔχει τὴν γεγονυῖαν τελευτὴν ὁ πόλεμος. ὥσπερ γὰρ ἀπ' ἀρχῆς ἐλευθέρων ὄντων οὐδὲν ἦν πλέον ζητεῖν, οὕτω νυνὶ ἐκπεπλήρωται. καὶ μὲν οὕτω ποιῶμεν, συμβαίνοντα τὰ ἔργα τοῖς λόγοις πρεξόμεθα, καὶ νίκιον ἁπασῶν καλλίστην ἀναιρησόμεθα, συμφέρουσαν μὲν τοῖς Ἕλλησιν, ἔντιμον δὲ ἡμῖν αὐτοῖς. εἰ δ' ἀναιρήσομεν καθάπαξ τὴν πόλιν, ὃ τῶν Ἑλλήνων ὅπως ἐλεύθεροι γενήσονται προῃρούμεθα πολεμῆσαι δόξομεν, ἀλλὰ τῇ πόλει φθονήσαντες, καὶ τὴν ἡμετέραν αὐτῶν κακίαν ἐκπεπλάντες, ἀλλ' ὃ τὴν ἐκείνων ἀμετρίαν δυσχεραίνοντες. τοῦτο δὲ παντί που δῆλον ὡς καθ' ἡμῶν ἐστιν. ἕτερον δὲ πρὸς τούτοις ὑπομνήσθητε· εἰ καί τῳ παράδοξον φανεῖται, τὰ τῶν

rent. Quod autem mihi ipsi, vobis idem suadendum censuerim, ne prius, quod illos deceat pati supplicium, quam quod nos imponere, consideretis; neque nos tam de Athenienſi, quam de vestra urbe nunc deliberare credatis. Etenim si congruo priora concluserimus consilio, nobis ipsi consuluerimus, ac re vera vicerimus: sin ad ea quae jubent nonnulli, prorumpatis, metuerim, ne quid absurdius sit dicendum. Si quis enim ex nobis quaerat, quamobrem hoc longum & magnum bellum susceperimus; nec praedas abactas, nec regionem ab illis vastatam, quemadmodum fecerant Argivi, nec aliud simile possemus quicquam dicere; neque etiam quod illorum potentiae, & foelicitati inviderimus, verum hoc vel minime concesserimus. Cur ergo denique? Pro libertate Graecorum, dixerimus, aut potius hoc non tam nos honeste dixerimus, quam pro nobis fateantur omnes. Quid quod nullum nobis auxilium contra ipsos majus hoc suppeditasse, quisquam dixerit? Nam ut illi ob res perperam gestas odio habebantur, ita nos propter promissa cuncti amabant. Cur igitur haec vobis in memoriam, Lacedaemonii, redegi? Primum ut sciatis nihil restare, quin justum sit finem bellum consecutum. Quemadmodum enim olim, cum essent liberi, nihil erat quaerendum amplius; ita nunc omnia sunt absoluta. Quod si sic fecerimus, congrua verbis facta praestabimus, & pulcherrimam omnium reportabimus victoriam, tum Graecis utilem, tum nobis honorificam. Sin Urbem funditus subruerimus, non tam, quia Graecorum libertati studeremus, bellum gessisse, quam quod Urbi inviderimus, magisque nostrae crudelitati satisfeciſſe, quam illorum insolentiam aegre tulisse, videbimur. Id autem a nobis alienum esse, nemo non novit. Jam alterum illud consideratе, quod

1 Deest πρὸ ante παθεῖν. *Cant.* 2 Forte πρᾶσσητε, sed vide pag. 91. A. 3 Deest ὑπομιμνῆσκόμεθα. *Cant.*

Athe-

Αθηναίων ἁμαρτήματα ἐκείνους μὲν σώζῃ, φιλανθρωπεύσασθαι δ' ἡμᾶς ἀναγκάζει. τί δή-
75 πολε; ὅτι εἰ τότε τοῖς Αθηναίοις νεμεσᾶν ᾠόμεθα δεῖν, εἴ τινας τῶν Ελλήνων ὑφ' αὑτοὺς ποιοῦν-
ται, καιρὸν νῦν ἡμῖν αὐτούς γ' ἀνελεῖν οὐκ ἔνεστιν. ὅτε γὰρ τῆς ἐλευθερίας ἀποστερῆσαι
δήπου καὶ καθάπαξ ἐξαφθεῖραι προσῆκεν, ὅτ' ὀκείνοις ἔλαττον οὐχ ἥρμοττε,
ὑμῖν γε ὃ μεῖζον ἐγχωρεῖ. καὶ μὴν οὐδ' ἐκεῖνό γ' ἔστιν εἰπεῖν, ὅτι τοὺς μὲν ἄλλους ἅπαν-
τας αὐτονόμους ἔδει ποιεῖν, καὶ κινδυνεύειν ὑπὲρ τούτου, ὃ δὲ τῶν Αθηναίων ὅτῳ σφό-
δρα ἐν οὐδενὶ ἦθος, ὡς ἄρδην ἀπολέσαι, σῶσαι παρὸν ἂν μόνοι ψηφίσασθε; ὅπου γὰρ
εἰ μόνοις τῶν ἁπάντων ἠξιοῦτε δουλεύειν, οὐ πρὸς ὑμῶν ἦν, ἵνα τό γ' ἐξελεῖν οὐδ' ἐγ-
γύς. ἃ δ' αὖ πρὸς τοὺς Σκιωναίους καὶ Μηλίους ἐξήμαρτον, πῶς οὐκ ἄτοπον κατηγορεῖν
μέ, καὶ λέγειν ὡς ἁμαρτήματα συμβαίη, μιμεῖσθαι δ' ἀξιοῦν ὡς ὀρθῶς ἔχοντα· καὶ μὴ
λογίζεσθαι μηδ' ὁρᾶν, ὅτι τοῖς μὲ Αθηναίοις, οὐ λόγος τις ὑπῆν ἴσως ταῦτα ποιοῦσι· (οὐ γὰρ
ὡς ὑπ' ἐλαττόνων ἐδόκουν ὑβρίζεσθαι, οὐ ὡς οὐχὶ δικαίως ἐμισοῦντο, οὐ ὡς οὐκ ἔπειθον πρόσα-
76 λόμενοι, οὐ ἄλλα τοιαῦτ' ἴσως εἴποιεν ἄν, οὐχ ἰσχυρὰ λέγοντες οὐδ' ἀποχρῶντα, [1] φησὶ κἀ-
γώ, ὅμως δ' ἔχουσιν ἀναμφιλεκτησαι) ἡμῖν δ' οὐδὲ λόγος καταλείπεται, ὃ μὴ ταῦτ' ἔστιν
δεδρακότας ὧν αὐτοὶ καθεψηφίσμεθα, οὐ ἃ διωρίσμεθα μὴ δεῖν ἐν τοῖς Ελλησι γίγνεσθαι.
τί γὰρ δὴ οὐ δεινὸν ἐκείνοις ἔπι δόξει πεπρᾶχθαι πρός γ' ὑμῖν κειταῖς, εἰ πρὸ ὑμῖν γε μη-
δὲν τῆς εἰ δόξει δεινὸν Αθήνας ἀπολωλέναι; οἶμαι δ'. εἰ μέν τις, ὦ ἄνδρες Λακεδαιμόνιοι, τὴν
Μαραθῶνι μάχην, ἢ τὴν ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχίαν Αθηναίων ὑμᾶς κελεύοι μιμεῖσθαι, οὐκ ὀρθῶς
ἔχειν ἀποδέχεσθαι, πλημμελείας δὲ τοιαύτας ἥκιστα πάντων. εἰ δ' αὖ μηδὲ τὰ κάλλιστα τῶν ἔρ-
γων ἑτέρωθεν ὑμῖν προσήκειν λαμβάνειν, ἀλλ' αὐτοὺς μᾶλλον εἰ πρόδειγμα τοῖς ἄλλοις,
ὅπου τά γε χείριστα τῶν ἐκείνοις πεπραγμένων ὑμῖν προξενεῖν. ἐμοὶ μὲ γὰρ

Athenienſium peccata, quanquam dictu mirum videtur, cum illos ſervant, tum nos ad humanitatem impellunt. Quid ita? Quoniam ſi tum iraſcendum Athenienſibus cenſuimus, ſi forte Graecorum nonnullos ſubjugarent, minime nunc illi nobis tollendi ſunt. Nam nec paria ſunt, libertatem tollere atque prorſus delere; nec ſi illos parvum delictum non decuit, majus nobis conveniet. Quinimo ſi reliquis omnibus libertas fuit comparanda, eaque de cauſa periclitandum, quis Athenienſes tam parvi faciendos duxerit, ut aboleantur penitus, cum ſuffragio poſſint veſtrum ſolo conſervari? Quos enim non deceret ſolos in ſervitutem redigere, nequaquam, credo, delere nos convenerit. Jam quae cum Scionaeis & Meliis turpiter egerunt, nonne ſit abſurdum accuſare quidem, & pro peccatis habere, imitanda tamen, quaſi recte facta, cenſere; neque id conſiderare, cum Athenienſes forſitan aliqua ducti ratione haec fecerint (nam & a minoribus contumeliam videbantur accepiſſe, nec recte ſe fuiſſe odio habitos, nec ullo modo paciſci potuiſſe, atque alia poſſint dicere ſimilia, quae ut firma vel idonea non ſint, quod equidem non nego, impudentiae tamen ipſorum ſuppetias ferant) nobis quidem rationem relinqui nullam, quin eadem, quae reſpuerimus ipſi, nec in Graecia committi debere cenſuerimus, feciſſe dicamur. Quid enim jam gravius illi videbuntur veſtro quidem judicio feciſſe, ſi vos Athenarum exitium non grave duxeritis? Atque exiſtimo, Lacedaemonii, ut ſi quis vos Marathonium proelium, vel Salaminiam navalem Athenienſium pugnam juberet imitari, eum ſequi honeſte non poſſetis, ita has injurias omnium decere minime. Quod ſi ne res quidem pulcherrimas aliunde vos petere potius oportet, quam ipſos aliis exemplum praebere, certe qui res illorum peſſimas nobis commendare vellet, admodum deſipere judicetur. Nam mihi qui-

1 *Φημί. Cant.*

καὶ ὑποβολὴν πεποιήσθαι δοκεῖ δι' ἀμφοῖν, οἵ τε γὰρ δρῶντες Λακεδαιμόνιοι καὶ οὐκ Ἀθηναῖοι, οἵ τε πάσχοντες Ἀθηναῖοι καὶ οὐ Σκιωναῖοι, ὧν οὐδὲ τὄνομα πολλοῖς γνώριμον. ἔπειτα καὶ ὅτοί μοι δοκοῦσιν ἡμῶν γε κρατήσαντες, οὐδὲν ἂν πλέον ζητῆσαι, ἀλλ' ἀ- 77
ρωμένους ἂν ὃ ὀκνῆσαι καὶ τὰς ἀρετάς, ἐνταῦθά που σκῆναι. ἴσμεν δ' ὅτι καὶ τοὺς ἐκ Πύ- 79
λου τρόπον τινὰ ἠρώτησαν. μὴ τοίνυν ἀνθ' ὅτων αὐτοὺς τιμωρήσεσθε σκοπεῖτε, ἀλλ' ὅτινας ὄντας, καὶ τίνες ὄντες αὐτοί, καὶ ὅ μέτεστιν τῆς τιμωρίας. ἔξεστι νεῶ Αἰγινήτας κομίσασθαι τὴν ἑαυτῶν· ἀλλ' ἐὰν ἡμεῖς Ἀθηναίους αὐτοὺς μὴ ἀφανίσωμεν, τὴν δὲ πόλιν καταπατήσωμεν, οὐδ' αὐτοῖς ἡμῖν βουληθεῖσι μεταγνῶναι πλέον οὐδ' ὁπῶν λείπεται. πάν- 80
των δ' ἥκιστα ἔοικε ὠμὸν ἐγχωρεῖν τοῖς μεμφομένοις τοὺς Ἀθηναίους ταῦτα εἰσπράττεσθαι. εἰ μὲν γὰρ δικαίως αὐτοῖς πεποίηται, τί μέμφονται; εἰδ' οὐ μέτεστι ποιοῦσιν, πῶς ἡμῖν γε καλὸν τοσοῦτο προσελθεῖν ἀναλγησίᾳ; οἶμαι γὰρ ἂν μὴ αὐτῶν φείσασθε, ἔργῳ τὰς κατηγορίας βεβαιώσειν, ἢ δείξειν ὁποίους τινὰς εἰ χρὴν περὶ τοὺς Ἕλληνας· ἂν δ' ἀνέλητε, κἄλλισθ' ὑπὲρ αὐτῶν ἀπολογίσεσθε. ὥσπερ γὰρ ἐν τοῖς ἄλλοις οἱ νικήσαντες φέρον- 78
ται τοὔνομα, οὕτως ὑμεῖς ἂν ὑπερβάλησθε τὴν ἐκείνων εὐχέρειαν, αὐτοὶ τῆς ἀδοξίας κληρονομήσετε. οὕτως ἐπεξιόντες μὴ, ἀφίετε αἰτίας αὐτούς· συγγόντες δὲ, ἐλέγχετε. καὶ μὴν οὐδ' ἐκεῖνο δεῖ λαθεῖν ὑμᾶς, ὅτι νεῶ μὲν πρὸς ὀργὴν ὧν ἐγκαλοῦσιν ἥδεως ἂν αὐ- τοὺς ὁποιῶν παθόντας ἴδοιεν οἱ Ἕλληνες, χρόνῳ δ' ἐγγενομένῳ, καὶ λογισμῷ ὅ πρᾶγμα λαβόντες, τοῖς μὲν συναλγήσουσιν, ὑμῖν δὲ μέμψονται· πολλαὶ δὲ μεταβολαὶ τῶν πρα- γμάτων· ἃ χρὴ προσκοπεῖν, καὶ νομίζειν τοὺς προφέροντας ἐκείνοις τὰ Μηλίων ἢ Σκιω- ναίων πάθη, καὶ ὑμῖν ἂν προφέρειν τὰ Πλαταιέων. ἀλλ' ὅθ' ἃ τοῦ πολέμου τοῦ συνε- χοῦς ἦν, ὥστ' ὀπὶ τῷ τέλει καὶ νῦν' ἔξεστι πεπαῦσθαι πράξασι, τὴν ἴσην ἔχει συγγνώ- μην, ὅθ' ὡς πλεῖστα δῆπου τὰ τοιαῦτα γίγνεσθαι καλόν, ἀλλ' ἐξ ἀρχῆς μηδὲν αὐτῶν

dem etiam acceſſio videtur utrinque fieri, ſiquidem & faciunt Lacedaemonii, non Athenienſes, & patiuntur Athenienſes, non Scionaei, quorum etiam plurimis eſt ignotum nomen. Quid quod hos etiam arbitror, ſi nobis fuiſſent potiti, nihil fuiſſe deſideraturos majus, verum dignitatis & virtutum reverentia hic conſtituros. Nam & Pylios quomodo reveriti ſint quodammodo, non ignoramus. Ne igitur quantis de cauſis eos ulciſcamini, verum quos homines, & qui viri, modumque ultionis inſpicite. Nunc licet Aeginetis agrum ſuum recuperare; verum ſi nos tum Athenienſes deleverimus, tum urbem ſubruerimus, nullus nobis vel deſiderantibus relinquetur poenitendi locus. Quinimo haec omnium minime dixerim eos, qui Athenienſes accuſant, ſuadere poſſe. Etenim ſive juſte facta ſunt, cur reprehendunt? ſive immoderate, quis nobis tantam crudelitatem vitio non verterit? Arbitror enim vos, ſi ipſis peperceritis, re accuſationes eſſe confirmaturos, & quomodo cum Graecis agendum ſit, oſtenſuros; ſin ſuſtuleritis, honeſtiſſimam ipſis defenſionem paraturos. Quemadmodum enim in rebus aliis victores nomen conſequuntur; ita vos illorum temeritate ſuperata, vobis infamiam conquiretis. Ita ſi eos perſequamini, abſolvitis a crimine; ſin recipiatis in gratiam, convincitis. Jam nec hoc latere vos debet, quamvis nunc Graeci nullum non ipſis optarent per iram ſupplicium, tamen temporis progreſſu, ac re conſiderata, tum illorum vicem dolituros, tum vos culpaturos eſſe; cumque multae contingant rerum mutationes, eae ſunt praevidendae: quique illis Meliacas aut Scionaeas objiciunt clades, eos etiam vobis Plataicas ex probrare poſſe cogitandum. At nec, quae in bello perpetuo ſunt geſta, ea ſub finem, & cum deſinendum eſt, aequalem merentur veniam, neque haec magis quam plurima contingere, quam prorſus nunquam decet acci-

συμβῆναι. τίς γὰρ τῶν Ἑλλήνων λειφθήσεται, εἰ ἀεὶ τοὺς πρότερους ἀπολωλότας, οἱ μετ' αὐτοὺς ἀεὶ ζῶντό τοῦτο πείσονται; ὁρᾶτε δὲ καὶ ἐν τοῖς στεφανίταις ἀγῶσι, τοὺς ἔξω τῶν νομίμων τρόπων μαχομένους, ὅπου ὅτ' αὐτοὺς ἐπαινοῦμεν, ὅτ', ἄν τις ἐπαιτιάσηται, τοῖς αὐτοῖς
79 τούτοις ἐᾶσμεν χρῆσθαι, ἀλλ' ἐμμένοντας τοῖς κειμένοις, ὅτως ἂν δυνῶνται κρατεῖν. καὶ μὴν ὅπί γ' οἱ πρὸς ἀλλήλους τῶν Ἑλλήνων ἀγῶνες οὐ πόρρω τούτων εἰσὶν ὧν εἶπον, ἀλλ' εἰκότως ἂν πρὸς νίκης μόνης γίγνοιντο· ἡ δὲ ἀναίρεσις τοῖς φύσει πολεμίοις ἂν ὀφείλοιτο τοῖς βαρβάροις, ὅστις ἑλληνίζειν οἶδεν οὐ μόνον τοῖς ῥήμασιν ἀλλὰ καὶ τῇ γνώμῃ, συμφήσειεν ἄν. οἶμαι δ' εἰ καὶ πάντων ἐχθίστους καὶ πολεμιωτάτους κείνομεν τοὺς ἄνδρας, οὐκ ὅτω μικρά γε ἡμῖν τῆς εἰ) τὰ πεπραγμένα, ὥστε πρόσθεσθαι δίκης ἔτι λοιπῆς, εἰ πρὸς Λακεδαιμονίων καὶ πρὸς Λακεδαιμονίους δεῖ λέγειν. ἐγὼ γὰρ ἕως μὲν ἑώρων τριήρεις πλείους ἢ τριακοσίας ὑπὸ τῷ Πειραιεῖ, καὶ χρήματα φοιτῶντα ἐκάστου ἔτους τόσα καὶ τόσα, καὶ τὴν πλεονεξίαν αὐτῶν μέχρι τῆς Μαιώτιδος λίμνης διήκουσαν, καὶ τὰ μὲν τῇ δυνάμει, τὰ δὲ τῇ γνώμῃ δεδουλωμένους, καὶ τὴν τοῦ Ποσειδῶνος ἀρχὴν ἑαυτῶν νομίζοντας, καὶ Πελοπόννησον περιπλέοντας, καὶ τὰ ἐν Σικελίᾳ καὶ Καρχηδόνι, καὶ πανταχοῦ περιβλέποντας, καὶ οὐδαμοῦ στῆναι δυναμένους, ἀλλὰ πάντα
80 [1] ἑαυτῶν ποιουμένους, ἀμφοτέρων τούτων ὥμην κρεῖττον εἶ), καὶ μίσους καὶ φόβου, καὶ δεῖν σωφρονῆσαι τὴν αὐθάδειαν αὐτῶν, καὶ τὰ πράγματα εἰς ὃ ἀρχαῖον καταστῆσαι. ἀλλὰ νυνὶ τίς ἡ δέους ἢ φθόνου καιρός; ἢ πρὸς τί βλέποντες φιλονεικήσομεν; [2] οὐ πλείους μὲν ἢ τόσας μυριάδας σωμάτων ἐν Σικελίᾳ διεφθείραμεν αὐτῶν, πάντας καταχρησάμενοι τρόπους; ἐλίπομεν δὲ οὐχ ἵππον, οὐ βέλος, οὐ ναῦν, οὐκ εἶδος συμφορᾶς οὐδέν. αὗται δ' ἕτεραι διακόσιαι τριήρεις ἔχον). τριχίλιοι δὲ ἤτοι τὴν τῶν ἱεροσύλων ἀπολώλασι πόρον, οἱ δὲ λοιποὶ καθ' ἑκάστην ἡμέραν πίπτουσι τῷ λιμῷ· πάντες δ' ὥσπερ ἐν δικτύῳ συγκέκλεινται). τὰ δὲ πολλὰ καὶ λαμπρὰ

accidere. Quis enim Graecorum tandem relinquetur, ſi propter priorum internecionem, poſteriores idem ſemper manebit ſupplicium? Quid quod in coronariis videtis certaminibus eos, qui non juſto modo decertant, nec ipſos laudari, nec ſi quis eos accuſet, eundem illi uſum concedi, verum obſervatis legibus, ſi poſſunt, vincere. At Graecorum inter ipſos certamina non multum ab his differre, ac ſolam ob victoriam ſuſcipi debere, internecione barbaris, quos natura hoſtes fecit, reſervata, facile aſſentietur, quiſquis non modo nomen, ſed etiam animum fert Graecum. Quinimo ſi vel pro inimiciſſimis eos haberemus, tamen non tam parum a nobis actum reor, ut majore ſit opus ſupplicio, ſi quidem de Lacedaemoniis & apud Lacedaemonios agatur. Etenim donec triremes in Piraeo plures trecentis videbam, ac tantam pecuniam quotannis eo deportari, ipſorumque aviditatem ad paludem uſque Maeotidem pertinere, ac partim viribus, partim conſilio, ſubjugare cuncta, Neptunique imperium ſibi vindicare, circum Peloponneſum navigare, Siciliam, Carthaginem, & omnia appetere, nec uſquam conſiſtere, quin omnia ſuam in poteſtatem redigerent, exiſtimabam equidem utrique rei locum opportunum fore, metui & odio, atque eorum confidentiam eſſe coercendam, & res in integrum reſtituendas. Ac nunc quis vel metui eſt, vel invidiae locus? Qua de cauſa contendimus? Nonne tot illorum millia confecimus in Sicilia, quibuſvis uſi modis? At nec equum, nec telum, nec navem reliquimus, aut ullum calamitatis genus omiſimus. Nonne ducentae alterae tenentur triremes? Nonne tria hominum millia ſacrilegorum more perierunt? Nonne reliqui quotidie fame intereunt, atque omnes velut in rete ſunt concluſi? Nonne magnus ille ſplendor

1 Deeſt ἀφ' ante ἑαυτῶν. *Cant.*

2 Plutarch. in Lyſandro. *Cant.*

ἐκεῖνα ὄναρ δὴ διαπράμενα αὐτοῖς οἴχεσθαι. εἶτα τούτοις ἡμεῖς ὀργιζόμεθα; μηδαμῶς. ἀνδρῶν γὰρ ὅστις καθ' ὑμᾶς τὴν φύσιν, τοὺς μὲν ἀνθρωπικοὺς καὶ εἴργειν τοῖς ὅπλοις· τοὺς δ' ὑποπτεσόντας, ἡπίως μεταχειρίζεσθαι· καὶ δὴ νικῆσαι μαχομένους οὐκ ἐλάττω φιλοτιμίαν ἔχειν ἡγεῖσθαι, ὃ καλῶς χρῆσθαι τοῖς ὑπάρχουσιν. ἄλλως τε, καὶ εἰ φαυλότατοι πάντων ὄντες τῷ νεῷ χρόνῳ περὶ τοὺς Ἕλληνας γεγόνασι, ἦν ὅτε οὐδένες τούτων βελτίους μετά γ' ἡμᾶς. ἀλλ' ἂν ἐξετάζητε ὀρθῶς, ἁδαμοῦ τὰ νεῦ ἐγκλήματα πρὸς τὰς τότε αὐτῶν ἀνδραγαθίας ὄντα φανήσεται, 81
καὶ μεγέθει λέγω καὶ πλήθει. νυνὶ μέν γε Σκιώνην, καὶ Μῆλον, καὶ Τορώνην, καὶ δύο καὶ τρεῖς ἑτέρας πόλεις ἀοίκους ἐποίησε· τότε δὲ ἁπάσας τὰς πόλεις σωιδιέσωσε τῇ Ἑλλάδι, ἰδίᾳ μὲν πρὸς Δᾶτιν, κοινῇ δὲ μεθ' ἡμῶν πρὸς Ξέρξην καὶ τὰς ὑπάρχους ἀγωνισάμενοι. καὶ νεῶν μέν γε Αἰγινήτας ἐξώκισε, τότε δ' ἐξέλιπον τὰ ἑαυτῶν, ὑπὲρ δὲ μηδὲν ἀνήκεστον τοῖς Ἕλλησι συμβῆναι· καὶ πρὸν αὐτοῖς ἀποπλεύσασιν οἴχεσθαι, ἢ καὶ τῷ βασιλεῖ προσθέσθαι καθ' ἡμῶν, οὐκ ἐτόλμησε. ἆρ' ἐστὶν ἃ τοὺς ἄνδρας [1]ἐξαιρεῖσθαι πρὸ ὑμῶν; καὶ σιωπῶ σίτου μετάδοσιν ὃ ἀρχαῖον, καὶ μυστηρίων ἐπὶ νεῶ ἐφ' ἑκάστῳ τῷ ἔτει γινομένων, καὶ τὰ καλαφευγόντων ὑποδοχάς, καὶ μυείας ἑτέρας φιλανθρωπίας. καὶ πρὸς μὲν ὃ κοινὸν τοσοῦτοι τῆς Ἑλλάδος οἱ νεῶν ὀπίφρονοι καὶ βαρεῖς, πρὸς δ' ὑμᾶς ἰδίᾳ τίνες; ὡς μὲν Ἡρακλείδας ἐδέξαντο ταύτῃ τῇ πόλει, καὶ ὡς Ἡρακλέα καὶ Διοσκούρους πρώτους ξένων ἐμύησε, ἐῶ λέγειν· καίτοι κἂν εἰ χωρεῖς εὐεργεσίας πρὸς τῶν θεῶν τούτων 82
ὑμᾶς ἱκέτευον, λόγον εἶχεν αἰσχυνθῆναι. ἀλλ' ἐν ᾧ πρὸς Μεσσηνίους πολέμῳ δεηθέντων ἡμῶν, τίνες ἦσαν οἱ τὸν Τυρταῖον πέμψαντες; ἢ τίνες, οἱ Κίμωνα, σεισμὸν τε σεισμὸν, πεντακισχιλίους ὁπλίτας ἄγοντα; ἆρ' ὃν τὰ μὲν ἐκείνων παιδία εἰς ὑμᾶς, τὰ δ' ἡμέτερα ἐλάττω πρὸς ἐκείνους, οἱ Δωριέων μέν ποθ' ἑπτὰ αὐτοὺς στρατεύοντας, μόνοι πάντων οὐκ εἴξαμεν· τυραννουμένοις δὲ μόνοι τῶν πάντων ἐβοηθήσαμεν; εἰς Μαραθῶνα δ' ὥτως [2]ἠπείχθημεν, ὡς' ἀνθ' ἡμερο-

instar somnii evanuit? Et nos his irascemur? certe non. Est enim vestri ingenii hominum, ut resistentes armis cohibere, ita subjectos leniter tractare; & usum victoriae honestum non minorem adferre, quam victoriam laudem credere. Atque etiam si nunc turpissime cum Graecis egerunt, fuit, cum optime post nos quidem se gererent: & si rem recte putabitis, nequaquam hujus temporis crimina cum illius fortiter factis erunt comparanda, sive magnitudo spectetur, sive multitudo. Etenim nunc Scionem, Melum, Toronem, atque alias duas vel tres urbes diruerunt; tunc vero cunctas Graeciae civitates una conservarunt, partim cum Datide soli, partim cum Xerxe, & ejus ducibus nobiscum proeliati. Ac nunc quidem Aeginetas expulerunt, tum autem suam prodiderunt urbem, ne quid Graeci paterentur gravius: cumque possent cum navibus discedere, vel etiam cum Rege se contra nos conjungere, noluerunt. Suntne igitur, quae viros a vobis deprecentur? Taceo jam priscam frumenti communicationem, &, quae fit etiam quotannis, mysteriorum atque exulum susceptiones, & alia humanitatis infinita specimina. Ac tales quidem erga Graeciam universam extiterunt ii, qui nunc invidiosi videntur & graves, erga vos autem proprie quales? Non dicam Heraclidas in urbem receptos, atque Herculem & Dioscuros primos de peregrinis initiatos; quanquam si vel absque beneficiis vos per hos deos obsecrarent, pudorem vobis jure inciderent. Verum cum in bello contra Messenios gesto auxilium requireremus, quinam fuerunt, qui Tyrtaeum miserunt? Quinam, qui Cimonem post terrae motum cum quater mille militibus? An vero haec ab illis in nos, a nobis minora sunt in illos collata, qui & Doribus ipsos infestantibus, soli non cessimus; & cum tyrannide premerentur, soli suppetias tulimus? Jam ad Marathonem sic accurrimus, quasi vere-

1 Lege ἐξαιτεῖται. *Cant.* 2 Ηπείχθημεν. *Cant.*

darii

δρόμων ἐγενόμθα. ἆρ' οὖν καλὸν ἢ τὺς συσώσαντας ἡμῖν τὺς ἀρχηγέτας αὐτοῖς παισὶ καὶ γυναιξὶ νῦν ὑφ' ἡμῶν ἀπολέσθαι, ἢ τὺς τ πόλιν ἐκλιπόντας ὑπὲρ τ τ Ελλήνων ἐλευθερείας, ὑφ' ἡμῶν τ πόλεως στερηθῆναι, ἢ τὺς ὑπὲρ τ ἐκείνων ἐλευθερείας τοῖς τυράννοις ὑμᾶς πολεμῦντας, καὶ ταῦτα πρὶν ἃς εἶπον αὐτὺς ἀρετὰς ἐπιδείξασθαι, τύτυς νῦν πανολεθρίᾳ τὺς αὐτὺς ἀμαφθείραι; καὶ τοῖς μὲ τότε μηδίσασι γενέσθαι πρὸ ὑμῶν συγγνώμην ὡς δεκα-
83 τεύειν πρότερον ἐψηφίσασθε, καὶ τὺς Αθηναίυς οὐχ ἥκιστα εἰ τὺς ταῦτα συμπείθοντας, τοῖς δὲ μεθ' ὑμῶν γενομένοις, καὶ μθ' ὧν ἐν τοῖς κοινοῖς τ Ελλήνων ἱεροῖς πεπάχθαι προσῆκε τ Ελλάδα ἐλευθερῦντας, τύτοις ἐπαῦθα τελευτῆσαι τ τύχην; καὶ τὺς μὲ ἐκ τ Βαρβάρων περὶ τ βώλυ καὶ τ ὕδατος ἐλθόντας, ὡς συλῶντας τὰ τ Αθηνᾶς, ὕστις ὑπ' ἐκείνων ἀποθανεῖν, καὶ δύο ταύτας πόλεις μόνας κοσμῆσαι τ τ Ελλήνων γένος ὅσοις ἐψηφίσασθε, τήν τε ἡμετέραν καὶ τ ἐκείνων· καλασκαπομθήσ δὲ ἀκροπόλεως καὶ ἱερῶν, καὶ τ πόλεως ἄρδην ἀπολλυμθήσ, καὶ τ χώρας ὐκ οἶδ' οἷς ποτὲ ἀνθρώπων διδομένης, ὐδὲν τύτων ἄρα οἴεσθε, ὕτε πρὸς τὺς ἄλλυς θεὺς ὕτε πρὸς τ Αθηνᾶν εἰ, ἡ κοινὴ μὲν ἀρχηγέτις ἀμφοῖν ταῖν πόλεων, τ δ' ἐκείνων τ ἐπωνυμίαν ἔχῃ; μηδαμῶς, ὦ ἄνδρες Λακεδαιμόνιοι, μὴ τὺς βαρβάρυς μιμώμθα, μηδ' ἣν ἔρεισμα τ Ελλάδος πόλιν [2] εἴδομεν, ταύτην ἀνατρέψωμεν, μηδ' ὑποπατάσωμεν, μηδ' ἐκκόψωμεν τ Ελλάδος τῶν ὀφθαλμοῖν τ ἕτερον· ἀλλ' ἀναμνησθέντες ἐκείνης τ ἡμέρας ἐν ᾗ μὴ καλαλιπεῖν τὺς Ελληνας αὐτῶν δεομένοις ἡμῖν ὑπήκυσ, παρδόντες μὲ τὰς τ βασιλέως ἐπαγγε-
84 λίας, καλαφρονήσαντες ἢ κινδύνων καὶ φόβων, ἐν καιρῷ νῦν τ χάριν αὐτοῖς ἀπόδυτε· ἐν π τ αἰχίστων νομίσαντες, [3] εἰ διὰ μὲ τὰ μείζω τ ἐγκλημάτων ἐκ τ ἀνθρωπαφίας, εἰδέναι συγγινώσκειν· πόλλ δὲ τοσαύτη ὄνειδος τῦτο μὴ σωθῆναι. φέρε πρὸς Διός, ὐδὲν γὰρ ἀπόμοιον, εἰ πάλιν ἐξ ἀρχῆς ὁ βάρβαρος ἡμῖν ἐπιχειρήσειε, πάντα δ' ἂν γένοιτο ἐν ᾧ μακρῷ χρόνῳ, καὶ τ Ελλά-

darii fuiſſemus. Num ergo vel eos, qui vobiſcum veſtrae originis autores conſervarunt, nunc per vos una cum liberis & uxoribus perire; & qui pro Graecorum libertate urbem deſeruerunt ſuam, a vobis ea privari ſit aequum; vel vos, qui cum tyrannis bellum propter horum libertatem geſſiſtis, idque ante ſuperiorum beneficiorum collationem, iiſdem nunc ſolidam inferre perniciem; & cum iis, qui tum erant Medum ſecuti, ac decreto communi decima quaeque urbs erat evertenda, veniam conceſſeritis, idque ex Athenienſium fere conſilio, qui vobiſcum ſe conjunxerunt, & cum quibus Graeciae ſervatores in publicis Graecorum templis erant collocandi, eos hanc denique ſubire fortunam? Jam cum illi legatos a Barbaro de terra & aqua miſſos, ita, quaſi Minervam ſpoliarent, peremerint, atque hae urbes duae (veſtram dico & illorum) ſolae Graecam gentem ſuis decretis decorarint; an putatis, arce templiſque everſis, & urbe funditus diruta, ac regione neſcio quibus conceſſa, nihil horum nec aliis diis nec Minervae moleſtum fore, quae ut urbis utriuſque originem, ita illius etiam nomen ſervat? Nequaquam vero Lacedaemonii, neque barbaros imitemur, neque quam Graeciae columen urbem canebamus, eam evertamus, aut alterum Graeciae excutiamus oculum; verum illius memores diei, qua, ne Graecos deſererent, a nobis exorati ſunt, ac tum regia neglexerunt promiſſa, tum pericula terroreſque contempſerunt, gratiam nunc opportune referte, ac turpiſſimum fore judicate, cum privatim crimina majora virtuti condonentur, ſi urbs tanta jus hoc obtinere non poſſet. Age vero, quoniam nihil tale eſt, ut id non futurum jurare quis poſſit, ſi rurſum nos invadat Barbarus, quandoquidem longo tempore nihil non fieri queat, & quam ſit afflicta Grae-

1 Scribe μηδίσασι. *Cant.* 2 Ηδμεν. *Cant.* 3 Lege ἰδίᾳ pro εἰ ἀφ. *Cant.*

cia,

λάδα, ἴσμεν ὡς κεκάκωται, πίνας εἰπέ μοι προσησόμεθα; πρὸς πίνας πρότερος ἀπο-
σείλομεν; τίσιν οἱ παρ' ἡμῶν προσκλητικοὶ μᾶλλον χαρὰν ἔξουσιν; ἂν ἐμοὶ πείθησθε, φεί-
σεσθε μὲ καὶ τ' Αθηναίων· φείσεσθε δὲ ὑμῶν αὐτῶν πρότερον καὶ τ' ἁπάσης Ελλάδος· καὶ
τὰς ἄλλας τύχας ἀγωνακτοῦντας εἰκότως ἂν προσπήσαθε, ὑπομιμνήσκοντες καὶ κατὰ
πόλεις, ὅτι ἡμεῖς οὐδένα κίνδυνον οὐδὲ ταλαιπωρίαν αὐτῶν ἕνεκα ὠκνήσαμεν, καὶ ὅτι ὧν
ἔχρηζον ἔχουσι· Κορίνθιοι μὲ Ποτίδαιαν καὶ τὰς ἀποικίας· Αἰγινῆται δὲ τὴν αὐτῶν κο-
μίσασθε· Μεγαρεῖς δὲ ἀγορᾶς καὶ λιμέσι χρῆσθαι τοῖς Αθηναίων. καὶ μὴν καὶ Θηβαίοις γ'
urbem perpetuo peragrantes: quorum opera non jucundiores modo, ſed etiam meliores ſolet hoſpites dimittere. Quocirca quamvis aliis in rebus praeſtantiores evadimus, erga hanc tamen non melius, ſed pejus quodammodo nos gerimus. Nam cum litterarum ſtudia, atque in iis profectus in ipſa plerumque cuncti conſequantur; laudes tamen & ex litteris relatae gratiae ipſi praecipue non tribuuntur. Age vero, tertiae quoque tanquam libationis memoriam colamus. Numero autem tertiam nunc dico, non ordine; nec mihi quiſquam verborum auceps ſermonem in contrarium trahat. Hoc igitur primum de ipſa maximum dici poteſt, cum duae ſint urbes iſtae, de quibus tam multa dicta ſint, aliquid tamen etiam de hac dicendum reſtare, quod ſimul & diverſum ſit, & dictu non inutilius. Atque exiſtimo cunctos, quotquot inter Herculis columnas & Phaſim fluvium habitant, recte facturos, ſi Epheſum ſibi familiarem fecerint; idque partim ſocietate portuum, partim aliis omnibus ſuſceptionibus. Omnes enim velut in patriam ſuam deferuntur; nec eſt quiſquam tam imperitus, quique iis adeo, quae manifeſta ſunt, repugnet, quin & commune Aſiae aerarium, & neceſſitatis refugium, urbem eſſe conceſſerit: neque tam eſt quiſquam querulus, ut ejus urbis terminos reprehendat. Nam & mari terraque longe extenditur, & ubique ſufficit ad ea, quibus eſt opus, praebenda, cunctaſque vitae rationes, quibuſcunque uti homines vel poſſunt vel volunt, ſuppeditandas. Quod ſi uſus ejus ad omnes extenditur, cur non ab omnibus eam communis excipit benevolentia? & ſi eam foelicem eſſe omnium ſimul intereſt, cur id illi non ſimul omnes exoptent? cumque Perſarum temporibus tanta reverentia Dianam profecuti ſint barbari; cur jam, cum praeter templum ſolito majus erectum, imperium quoque maximum & auguſtiſſimum eſt conſtitutum,

309 θέσθαι, μὴ καὶ ἐν τοῦτο ἐξαρκεῖν ὑπολαμβάνειν εἰς φιλοτιμίαν τῇ πόλει, τὴν τοῦ θεοῦ τιμήν, ἣν αὐτή τε τιμήσασα, ἔχει τὴν πόλιν, καὶ παρ' ἀνθρώπων αὐτὴν εἰκὸς ἐστι φέρεσθαι; καὶ μὴν αἱ μὲν δύο τῶν πόλεων, μιᾶς καὶ τοῦ αὐτοῦ ἄποικοι τῶν Αθηναίων πόλεως, ἣν ὅσ' ἂν εἰς ἀριθμοῦ δήπου τρόοχημα παντὸς Ελληνικοῦ προσειπεῖν· ἤδη δέ ἔχει τι καὶ αὐτὴ πολυπλήσιον ταῖς Αθήναις αὐξῆσαι, κτίσμα τῶν αὐτοχθόνων ἀνδρῶν τε καὶ ἡρώων φοράν. εἰ δὲ μή, [1]ταύταις γ' ἔχει παραπλήσιον· καὶ γὰρ αὐτὴ τῶν ἀποίκων, ἀπὸ αὐτοχθόνων ὅσοι τῶν Αρκάδων. ὥστε καὶκ τούτων εἰκὸς ἐστι γνῶναί τε ἀλλήλας, καὶ τιμῆσαι τὰ γιγνόμενα. εἶεν. ἃ μὲν δὴ κοινῇ τοῖς γένεσι τοῖς συντελοῦσι καὶ ταῖς πόλεσι ταῖς οὐ προσηκούσας, ἀποδοθῆναι προσῆκεν, εἰρῆσθαι μοι πάσης βραχύτητος ὡς γ' ἐμοὶ φαίνεσθαι, καὶ ἅμα δὲ τὰ φαυλότατα, ὡς ὑμεῖς ἐπεσημήνασθε· καὶ πολλὴ χάρις ὑμῖν ταῦτά γε δὴ δεξαμένοις εὐμενῶς. ἀκόλουθον δ' ἐμοί τε τὸν λοιπὸν λόγον προθεῖναι τοῦ συλλήσεως· εἴσῃ μὴ ψυχαγωγία τις ἔσεσθαι μέλλει μόνον τῆς ἀκροάσεως, ἀλλά τι καὶ χρείας προσέσαι· ὑμῖν τ' εὐθελῆσαι καὶ τούτων μετὰ τῆς [2]ὁμονοίας ἀκοῦσαι γνώμης, ἵνα μὴ μόνον τῇ συλλόγῳ εὐφημίᾳ τεθηκότες ἦτε τὸν λόγον, ἀλλὰ καὶ τῇ παρὰ πάντα τὸν χρόνον, καὶ ἐπ' αὐτῶν τῶν πραγμάτων μνήμῃ. ἐγὼ γὰρ, ὦ ἄνδρες ἄριστοι τῶν τῇδε Ελλήνων, εἰ μὲν ἔμελλον ὑμῶν ἕκαστοι ταῦτα, ἐφ' οἷς νῦν ἀγάλλεσθε, προήσεσθαι τῇ πρὸς ἄλλους ὁμοιείᾳ καὶ κοινότητι, οὐδ' ἂν αὐτὸς συνεβούλευον τοῖς οἴκοι βλέπουσι τοῖς τῶν πλησίων κοσμεῖν. ὅτε δὲ ὅρῳ τοσαῦτα ἑκάστοις ἐφ' οἷς ὑπάρχει φιλοτιμεῖσθαι, καὶ οὐδὲν ἔλαττον ἀνάγκη φρονεῖν ἀρετῇ χρωμένους εἰς ἀλλήλους, οὐκ ὀρῶ πῶς ἔχει λόγον ἡ διαφορά. ἀλλὰ καὶ τὸ νῦν δοκοῦν εἶπον· ἂν ἅπαν τοῦτο, βουλομένων μὲν οἷμαι σώζειν τὴν ἑαυτῶν φιλοτιμίαν, φαύλως τοῖς ἄλλοις ὁμιλεῖν· ἐπηρεαζόντων δὲ τοῖς ὑπάρχουσιν, εἰς ἔριν καὶ φιλονεικίαν ἐξάγειν. ἐν μὲν γὰρ τῇ ὁμονοίᾳ, καὶ ἑτέρους ἔστιν ἐπαινέσαι, καὶ τῶν ἑαυτῶν ἀκούειν ἐπαινούμενα· ἐν δὲ τῷ διαφέρεσθαι

tutum, non vel honorem duntaxat eum, quo & urbem Dea affecit, & ipsa debet ab hominibus affici, ad civitatis gloriam sufficere credamus? Cum porro urbes duae unius atque ejusdem Athenienſis urbis, quam nemo totius Graeciae decus erubuerit appellare, sint coloniae; haec quoque simile quiddam, quale Athenae, sibi potest arrogare, quantum ad indigenarum & heroum proventum spectat. Sin minus, cum his certe comparari potest: siquidem & ipsa colonos indigenas habuit Arcades. Quocirca vel hac de causa inter se agnoscere, digneque honorare debent. Atque ea quidem quae gentibus irreconjunctis, atque urbibus de primatu contendentibus communiter erant tribuenda, breviſſime, ut mihi quidem videtur, dicta sunt, neque valde infeoliciter,quemadmodum vos indicastis; & habetur magna vobis, qui haec benevole excepistis, gratia. Restat nunc, ut & ego reliquum sermonem, qui in hortatione consistit, adjiciam, ne voluptatem ex auditione tantum percipiatis, sed etiam utilitas accedat aliqua; & vos haec quoque eodem animo velitis audire, ne temporaria tantum laude, sed & perpetua, cumque rebus ipsis conjuncta memoria decus orationi concilietis. Etenim ego, Graecorum praestantissimi, si quidem aliorum studio vestrum singuli ea, de quibus nunc gloriamini, essetis abjecturi, ne ipse quidem vobis autor esse vellem, ut vestro damno alios exornaretis. Cum vero tot vobis suppetant gloriae argumenta singulis, nec de honore vestro quicquam, etiamsi inter vos honeste vos geratis, decedere sit necesse; non video, quae possit esse dissensionis causa. Quinimo prorsus contra dixerim, si gloriam vestram velitis conservare, humaniter cum aliis versandum: sin praesentem statum graviter feratis, lites vobis & contentiones excitandas esse. Nam in concordia quidem & alios laudare, & vestras potestis ipsi laudes audire: verum in dis-

1 Duabus, Smyrnae & Pergamo. *Cant.* 2 Lege ὁμοίας. *Cant.*

σῆναι κακῶς ἑτέρους εἰπόντας, ἀντακοῦσαι κακῶς αὐτοὺς ἢ ἃ μὴ προσῆκεν. ὥσθ' ὅσῳ τις 311
μᾶλλον ἐπαινεῖσθαι βούλεται, καὶ τὰ ὑπαρχόντων ἀπολαύειν πλεονεκτημάτων, τοσούτῳ μᾶλ- 31
λον τὴν ἴσων ἐπιμελητέον αὐτῷ, καὶ ταῖς ὑποκειμέναις χρηστέον. ἀλογώτατον δ' ἂν εἴη πάν-
των, ἄχθεσθαι μὲν τοῖς ἑτέρων ἀγαθοῖς, λυμήνεσθαι δὲ τοῖς ἑαυτῶν· καὶ μᾶλλον δυσχε-
ραίνειν, εἴπερ καὶ ἕτερος τὰ εἰκότα τιμήσεται, ἢ εἰ τῶν προσηκόντων αὐτὸς προδὶ πάν-
των ἐκόντων μὴ τεύξεται. καὶ μὴν ἅμα τε ἀχθεσθήσεται τοῖς ἑτέρων ἀγαθοῖς, καὶ δῆλος ἔσται
φθονῶν. τοῦτο δὲ τοῦ κρείττονος ἥδιστα. ἄξιον τοίνυν καὶ κεῖνο ἐνθυμηθῆναι, ὅτι τοῖς μὲν
ἅπασι ὅσα μικρῷ πρόσθεν διήειμεν, καὶ ὅσα τοιαῦτα ἂν εἴποι τις, οἷς κάλλη δημο-
σίων οἰκοδομημάτων, καὶ μεγέθη περιβόλων, καὶ κεῖσθαι καλῶς, καὶ χρήμασιν ἰσχύειν ἐγγείοις
ἢ ναυτικοῖς, καὶ πάνθ' ὅσα τούτοις τοῖς γένεσι ἔχεται, τύχης ἂν φήσειεν εἶναι), τῆς καὶ διδόσης
ἔκαστα τούτων καὶ παραμυθούμενης νικᾶν· ἡ δὲ τῆς ὁμονοίας προαίρε-
σις, καὶ ὃ χρῆσθαι τὰ πρέποντα ἀλλήλοις, αὐτῆς τῆς γνώμης τῶν ὕστερον ἀκουσμένων 312
ὄντων. ὡς δὲ καὶ τοσοῦτον εἰκὸς τὴν ἐκείνην προέχουσαν φρονεῖν, ὅσον τὴν κατὰ ταῦτα νι-
κῶσαν. καὶ μὴν ἐκεῖνα μὲν ἔξεστι μὴ πάντων ἐφεξῆς εἶναι φῆσαι, ἀλλὰ τῶν κατασκευα-
σάντων, καθ' ὧν ἕκαστα παρειλήφαμεν, οἱ μέν, τὴν τοὺς αὐτοὺς χρόνους· οἱ δ' ὕστερον γε-
νόμενοι. ὃ δ' εὖ βουλεύεσθαι καὶ σωφρονεῖν ἅπαντος ὅστις δήπου τοῦ βουλομένου τοῦτο ἑαυ-
τῷ παρεῖναι. χρὴ δ' ὥσπερ οἰκίαν ἄριστα κατεσκευάσθαι κείνομεν, οὐχ ἥτις ἂν ὡς κάλ-
λιστα λίθων ἔχῃ, ἀλλ' ἥτις ἂν μιᾷ γνώμῃ μάλιστα οἰκῆται· οὕτω καὶ πόλεις ἄριστα νο-
μίζομεν οἰκεῖν, αἵτινες ἂν ταὐτὸν φρονεῖν ὑπίσχωνται. δεινὸν γὰρ ἡ στάσις πανταχῇ καὶ
θορυβῶδες, καὶ τῇ φθορᾷ πολὺ πλήσιον. ἕλκει γὰρ ἁπάσας τὰς δυνάμεις, καὶ περιπε-
φυκὸς ἀκμυζᾷ καὶ κενοῖ, καὶ οὐ πρότερον παύεται πρὶν ἂν ἐκτείψῃ παντελῶς,
ὑπηρέτας αὐτοῖς καθ' ἑαυτῶν χρησάμενον τοῖς νοσοῦσιν. ἀλλὰ μὴν ὅτε καὶ παντὸς

sensione cum de aliis male locuti fueritis, rursum ea, quae non decet, audire vos oportet. Quamobrem quanto quis magis laudari gaudet, & praesentibus frui commodis, tanto magis aequalitati debet & aequitati studere. Omnium autem foret absurdissimum, si quis alterius quidem bono cruciaretur, suum autem perderet; & id gravius ferret, cum quis etiam alius meritos honores consequeretur, quam cum ipsi omnes ultro suum non tribuerent. Atqui simul eum & aliorum foelicitatem aegre ferre,& invidia laborare,quod nequaquam est boni viri,dixeris. Illud praeterea considerandum est, ea quidem omnia, quae modo commemorabamus, & quaecunque sunt ejus generis, qualia sunt publicorum aedificiorum ornamenta, ampla septa, situs pulcher, potentia terrestris vel navalis, & quaecunque huc pertinent, fortunae dici posse, quae horum singula tum donet, tum auferat, cum libuerit: concordiae institutum ac honestum commercium, in eorum voluntate, qui sic affecti fuerint, esse posita. Quo fit, ut non ii tantopere, quibus illa plurimum favet, sibi placere debeant, quantum hi qui hisce rebus pollent. Jam illa non ad omnes ordine pertinent, sed eorum sunt, qui ea extruxerunt, & a quibus eorum singula partim iisdem, partim posterioribus temporibus per manus accepimus: sanum autem consilium & modestia cujusvis sunt, qui ea sibi comparare valuerit. Quemadmodum autem domum optime constitutam censemus,non quae lapidibus constet pulcherrimis, verum quae uno potissimum gubernetur consilio: sic & urbes eas optime incoli debemus existimare, quae ejusdem possint esse sententiae. Etenim gravis res est seditio, ac tumultus plena, nec tabi dissimilis. Omnes enim vires attrahit, easque exugit & evacuat, nec ante desinit, quam penitus eas contriverit, ipsorum usa laborantium contra ipsos ministerio. Cum porro gentis etiam totius

ἔθνος τὸ τοιοῦτο σχῆμα καλλιστον, καὶ αὕτη σωτηρία βεβαιοτάτη, δῆλον δήπου τοῦθ' ὅτι καὶ πόλεις καὶ
313 σύντηξεις, καὶ συμπλοκὰς τὰς εἰς ταυτὸ τελουσῶν, εἰκὸς ἔχεσθαι τούτου. ὁ γὰρ δήπου ἅπασι γε κοινὴ πάσαις
ταῖς ἐν ᾧ ἔθνει συμφέρει, ταύτας ἑνίαις αὐτῶν οὐχὶ τὸν αὐτὸν ἔχειν λόγον. ὁ γὰρ εἰ δὲ προδοσίαν ἀντι-
ποιοῦντο, τοῦτο βελτίω τι τὰς φασιν ποιεῖν· ἀλλ' ἐνταῦθα δή καὶ τὴν ὑποβολὴν εὕροι τις ἄν. εἰ γὰρ ἃ
μηδὲ τοῖς τυχοῦσι, μηδὲ τοῖς φαυλοτάτοις ὑποβάλλειν, μηδ' ἂν εἷς φήσειε, ταύτας οἱ προέχειν
ἀξιοῦντες ἑαυτοῖς, ἥκιστον προσήκειν. καὶ μὴ καθόσον δύναμιν φυλάξον, πῶς ὁ προδοσίαν
ἡ κατηγορία λαμβάνει, ἢ πῶς οὐχ ἕτερον μέν ἐστιν ὁ βούλον, ἕτερον δ' ὁ καταστρεύαζουσι; βού-
λον μὲν γὰρ εὐδοκιμεῖν ὡς ἄριστοι δήπου, φαίνοιντο δ' ἂν ὅτου γε οὐκ ἴσον τοῖς κακίστοις διακεί-
μενοι. οἶμαι δ' ὥσπερ τὸν στρατηγὸν πᾶσ τις ἂν ἀξιώσειε μάλιστα μὲν βελτίους εἶναι τῶν στρατιω-
τῶν, πάντως δὲ μὴ χείρους· οὕτω καὶ τὰς πόλεις οἷς ὅ προβουλεύειν ἀνάκειται, μὴ χείρον τῶν φαυ-
λοτέρων καὶ τῶν πολλῶν φρονεῖν. ὥσπερ τοίνυν εὐταξία καὶ κόσμος ὁ τοῖς μὲν στρατιώταις ὑπιτή-
314 δειον, στρατηγοῖς δὲ ἄπιμον οὐδὲ ἄχρηστον ὑπάρχει· ἀλλ' εἰσὶ οἱ πολλοὶ παρέξουσιν ἑαυτοὺς ἐν ᾧ
τεταγμένῳ, δεῖ τοὺς ἡγεμόνας αὐτῷ τούτου προθύμους αὐτοὺς ἡγεῖσθαι, ὡς ἐκεῖνό γε ἀμήχανον,
στρατηγῶν στασιαζόντων καὶ τεταραγμένων πρὸς ἀλλήλους, στράτευμα μιᾶς γνώμης γενέσθαι· οὕτω
καὶ τῶν πόλεων χρὴ νομίζειν μάλιστα προσήκειν σωφρονεῖν, αἵπερ ἀντὶ τοῦ κοινοῦ σχήματός εἰσιν
ἅπασι τοῖς ἐν ᾧ γένει. θαυμάζω δ' εἰ πολέμου μὲν ἥκοντος, πᾶς τις ἂν αὐτῷ κέρδος ἡγοῖτο
ὡς μὴ πλείστων καὶ γενναιοτάτων συμμάχων κινδυνεύειν, ἐξὸν δ' ἀκινδύνως τὰ ὑπάρχοντα κερ-
δᾶναι, εἰ μετ' [1] ἀλλήλων ὑπάρξει, ζημίαν λογίζεται, καὶ μὴ δ' ἐκεῖνο ἐνθυμηθήσεται, ὅτι ὅσῳ ἂν
μειζόνων ἑαυτὸν ἀξιοῖ, τοσούτῳ μᾶλλον εἰκὸς ἐστι καὶ τοῖς ἄλλοις χρηστὰ τὰ πράγματ' εἶναι
συμβούλεσθαι. ὡς ὅ μὴ τὸ ὀλίγου ἀξίων ἔμπροσθεν εἶναι, σμικρὸν ὀλέγου· ἡ δὲ πρὸς τοὺς ἐλλογίμους
ἅμιλλα, κατ' ἀμφότερα ἀσφαλής. καὶ γὰρ νικῶντι, καλὸν ὅ σχῆμα τῆς φιλοτιμίας· κἂν ἄλλο

totius hic ſit optimus ſtatus, & haec ſalus certiſſima; nimirum civitates quoque vel ternas vel plures eodem foedere conjunctas haec obſervare ſit neceſſe. Nec enim fieri poteſt, ut, quae communiter omnibus gentis alicujus civitatibus conducant, ea ad illarum aliquas eandem rationem non habeant. Neque vero, ſi de primatu contendunt, id meliorem reddit ſeditionem; verum potius hinc etiam acceſſionem fieri quis dixerit. Quae enim ne viliſſimis quidem convenire quiſquam exiſtimarit, ea ſi hi, qui reliquis praeſtare volunt, ad ſe pertinere judicabunt, nec, quantum poterunt, cavebunt, majus omnino fiet crimen, atque aliud, quam volunt, efficient. Nam cum potiſſimo loco ſtudeant eminere, hac quidem ratione inter infimos referre ſe videbuntur. Quemadmodum autem duces quivis arbitratur meliores eſſe militibus debere, aut ſaltem non pejores: ſic & civitates eas, quae reliquis provident, non eſſe vilioribus ac plebeiis imprudentiores crediderim. Quare ſicut ordo atque diſciplina non militibus quidem proſunt, ducibus autem nocent; verum ſi illi ordinem ſervabunt, hos ejus rei primos oportet eſſe autores; cum fieri non poſſit, ut ducibus ſeditione inter ſeſe laborantibus exercitus concordiam ſervet: ita & civitatibus illis maxime convenire cenſenda eſt prudentia, quae totius gentis communem obtinent dignitatem. Ac miror, cum inſtante bello plurimos ac fortiſſimos quoſque gaudeant plerique ſocios habere periculi; cur, cum impune licet rebus frui praeſentibus, eas cum aliis communicare damnoſum ducant; nec illud cogitent, quo majores res appetunt, eo majorem ſeſe aliis quoque foelicitatem optare debere. In ea enim victoria, quae de vilibus reportatur hoſtibus, ineſt nulla dignitas: verum cum praeſtantibus ſuſcepta contentio eſt in utramque partem tuta. Nam & victoria inſignem habet gloriam; &, ſi

1 Lege ἄλλων. *Cant.*

quid

τι συμβαίνῃ, πάρεστιν ἡ παραμυθία. ἔξεστι γὰρ καὶκ τῶ Ομήρου μαθεῖν. ἐπειδὴ γὰρ κοινόταλον ὁ ποιητὴς, ὃ χρῆσιν καὶκείνῳ πρός γε τὰ τοιαῦτα προσῆκεν. ἐκεῖνος γὰρ τοὺς 315
τε ἥρωας ἅπαντας, ὡς ἔπος εἰπεῖν ἐπαινᾷ, καὶ τοὺς ἐνδυπωτάτους ἀλλήλοις, ἡγούμενος μείζω τοῖς κρατήσασιν αὐτῶν ὕπως ἂν γίγνεσθαι τὴν δόξαν. καὶ τὰς πόλεις καταλέγων, ἄλλας ἄλλον κεκόσμηκε τρόπον, πάσας δ' εἰς ὅσον οἷόν τε ἦν, ὅ, τι καὶ μικρὸν ἔχοι σπουδῆς τινὰ αὐτῶν ἁδρομερῆ προσιέμενος. ἐλαφρὰ γάρ φησι χάρις ἡ τῆς εὐφημίας. ὥστε μηδὲ τοὺς ἐχθροὺς δεῖν ἀποστερεῖν τοῦ τοιούτου· χρηστόν γε τὸ πρόσθημα, θεῶν τινος εἰ παραίνεσιν Ηρακλεῖ [1] Πίνδαρος οἶμαι λέγει. οὕτω φύσει θεῖόν τι τὸ χρῆμα τῆς εὐφημίας, καὶ οὐκ ἐπειδὰν τῶν ἱερῶν μέλλωμεν καταρχεσθαι, τότ' ἔχει μόνον χρεών, ἀλλὰ καὶν τοῖς πλείστοις τῶν ἀνθρωπείων πραγμάτων. τοὺς δ' εἰς ὅσον ἔξεστι χρωμένους αὐτῇ κεχαρισμένα ἂν τοῖς θεοῖς ποιεῖν, σύμβολον ἥ τε τοῦ κήρυκος αὕτη φωνὴ καὶ ἡ τῶν ἱερέων, ἐπειδὰν ταγαθὰ τοὺς θεοὺς αἰτῶμεν, γιγνομένη. ὥσθ' ὅτε τῇ τῶν ἀγαθῶν αὐτήσει πρόσηκε τοῦτο τὸ εἶδος τῶν λόγων, εἰκὸς δήπου καὶ καθάπαξ αὐτὸ πιῶντας, βέλτιον πράττειν ἂν οἰεσθαι, καὶ τὸ βέλτιον 316
μοίρας σώζειν πρᾶγμα. εἰ δ' αὖ τοῦθ' ὕτως ἔχει, πῶς οὐ φευκτὸν καὶ τοῦτο ἡ ψόγος; ὡς οὐκ ἔσθ' ὅ, τι μᾶλλον ἐνδυπόν εὐφημίᾳ, τοῦτο δ' κακόν· δυοῖν γὰρ ἓν ἀντίκειται τοῖν καλοῖν. ὅτε μὲν λέγειν τὰ βέλτιστα, ὅτε πράττειν ἐᾷ, ἀλλὰ βλασφημίας μὲν ἀντ' εὐφημίας, δυσπραξίας δὲ ἀντ' εὐτυχίας φέρει. ὕτως ὃ μὲν εὐφημία, καὶ εὐπραξία, ὃ δὲ ψόγος, οὐδέτερον σώζεται. καὶ μὴν ὁ μὲν ὑδαμῶς ἀξιῶν καθαιρεῖν τοὺς πλησίον, χαίρων ἑαυτῷ δοκεῖ ποιεῖν τοῦτο, ὡς οὐδὲν ἂν αὐτός γε ἐλάττων ζημίᾳ νομισθείς. ὁ δὲ τὴν εἰς ἑτέρους [2] ἐμπήρειαν κέρδος ἑαυτῷ ποιούμενος, χωλὸς τῆς ἄλλης κακίας, ὑποπτον ἑαυτὸν καὶ πρὸ ὧν ἐείζει καθίστησιν, ὡς οὐδὲν ἔχων εἰπεῖν τοσοῦτον, ὅσον βούλεται. ὡς

quid ſecus acciderit, eſt praeſto conſolatio. Atque id ex Homero quoque licet cognoſcere. Etenim cum pervulgatus apud omnes ſit poeta, nihil oberit, quo minus & illius hac in re utamur teſtimonio. Is igitur & heroas omnes, ut uno dicam verbo, laudat, & eos, qui ſunt inter ſe inimiciſſimi; quod ita putat fore, ut qui ſuperarint, magis honorentur. Quin etiam urbes cum enumerat, alias aliis exornat modis, ac ſingulas quantum poteſt; nihil uſquam, quod vel tantillum ad alicujus gloriam conferat, omittens. Levis eſt enim, ut aiunt, laudis gratia. Quapropter ne hoſtes quidem, ſi quid recte egerint, ea privandos eſſe deorum quidam apud Pindarum, ni fallor, Herculem monet. Adeo ſua natura divina quaedam res eſt benedictum, nec in ſacrificiis tantum auſpicandis, ſed & in omnibus fere rebus humanis locum habet. Atque eos, qui illo, quantum licet, utuntur, gratiam a diis inire, & praeconum voces & ſacerdotum, cum quid a diis boni petimus, indicant. Quocirca cum hoc ſermonis genus bonarum rerum petitioni ſit accommodatum, idem etiam ubique ſi obſervaverimus, rectius & honeſtius, credo, faciemus. Quod ſi haec ita ſe habent, hac quoque ratione eſt fugienda ſeditio, quandoquidem hoc malo nihil eſt benedictis magis contrarium: ſiquidem unum duabus opponitur rebus pulcerrimis. Nam nec dicere quenquam, nec facere optima permittit; verum & maledicta pro benedictis, & infoelicitatem pro foelicitate profert. Itaque ſicut benedictis eſt adjuncta foelicitas; ſic in ſeditione neutrum poteſt ſubſiſtere. Quid quod is, qui alios ſubmovere non ſtudet, id ſui fiducia facere videtur, quaſi nullum ipſi poſſit ea ratione damnum inferri? Qui autem ſuam in alios petulantiam in lucro ponit, is praeter alia vitia ſuſpicionem quoque de iis, de quibus contendit, aliis movet, quaſi tantum nequeat, quantum velit, dicere? Itaque

1 Pyth. 9. *Cant.* 2 *Επήρειαν. Cant.*

nec

ὑσ' [1] ὅπις ἂν μόνον εἶπε τ̃ αὐθάδειαν ὑποκοριζόμενος ἀνδρίαν, δόξειεν ἂν τοιοῦτος εἶ). ἀλλὰ
πᾶν τἐναντίον φόβῳ τῷ περὶ τ̃ ὑπαρχόντων. ὥσπερ γὰρ ἐν τοῖς γυμνικοῖς ἀγῶσι τὸ τ̃ νόμιμον καὶ
317 γιγνομένην μάχην ἀφέντας, τ̃ ἔξωθεν τρόπον καινοῦργεῖν, ὃ πάνυ θαῤῥοῦντων ἐστὶν ἑαυτοῖς, ὑσ'
ἡγυμένων οἷόν τε εἶ) νικᾶν ἀκ τεχνασίας· οὕτω καὶ ἂν τοῖς πράγμασιν ἡ τῶν καιρῶν ἔρις, καὶ
τὸ τοῦ προσήκοντος ἔξω σχήματος, ἡττωμένοις τοῖς ὅλοις εἶ) δοκεῖ. ὥστε ὃ φθόνου μᾶλλον,
ἀλλὰ καὶ φόβου καὶ ὕβρεως καὶ ἀνοίας, καὶ συλλήβδην εἰπεῖν, ἁπάσης κακίας ἐστὶν ἡ στάσις αἰτία,
καὶ τῇ προσηκούσῃ πάντων ἐναντιώτατα ἔχει, ἣν ὑμεῖς περὶ πρωτείων ἀλλοῖς τέθειται. καιροῖς
δὲ τούτων, ὃ μὲν πρὸς τοὺς ἀλλοφύλους ἐτελέχθρως καὶ φιλονείκως ἔχειν, τάχ' ἄν τις εἰκὸς συγ-
γνώμην· ὃ δὲ πρὸς ἑαυτοὺς ὕπως ἀπίστως καὶ στασιαστικῶς ἀμαχεῖται, ὅτε γνώμης ἀγαθῆς, ὅτε
τύχης ὑσ' ἂν εἷς φήσειεν εἶ). ἔπειτ' ἀν' ἐξετάσαι, πρὸς εἰλημμένοις τοῖς ἤδη συμβεβηκόσι
χρώμενοι. καὶ γὰρ εἰ μὴ ὅμοια τὰ πράγματα, μηδ' οἱ καιροὶ πάνυ πλήσιοι, τό γε εὖ φρονεῖν, αἰεί
πως ταυτόν ἐστι. ἀνανεάσατε τοίνυν ὅτι τ̃ ἀρχαίαν Ἑλλάδα, ἐπειδὴ καὶ ἀποίκοις τ̃ Ἑλλήνων τ̃
318 ἐκεῖ, συμβέβηκε σχεδὸν ἅπασιν ὑμῖν εἶ) (λέξω δὲ ὑδὲν καινόν, ἀλλ' ἃ πάντες ὅτισθε) τοὺς
Λακεδαιμονίους καὶ τοὺς Ἀθηναίους. ἐκεῖνοι γὰρ μέχρι μὲ ταυτὰ ἐφρόνουν, καὶ περὶ τ̃ πραγμάτων
μίαν γνώμην εἶχον, ζηλωτοὶ μὲ αὐτοὶ πᾶσι τοῖς Ἕλλησιν ἦσ, πολλῶν δὲ καὶ μεγάλων ἀγαθῶν
ἀλλήλοις τε καὶ τ̃ ἄλλων τοῖς δεηθεῖσιν αὐτῶν, αἴτιοι· καὶ συγάντων ὅτι τοὺς Ἕλληνας ἁπάντων
ὡς εἰπεῖν ἀνθρώπων, ὥστε τ̃ μὲ θάλατταν ἐμπλησθῆναι τριήρων, τ̃ δὲ γῆν πεζῶν, εἶναι δὲ τ̃
προσδοκίαν τ̃ κακῶν ἐν κέρδους μέρει, τ̃ μὴ αὐτοὶ γέ πω πρεῖναι, οὐκ ἠπόρησ ὅπ χρή- l. τῷ
σον), ἀλλὰ ἀκόντες μὲ γῆ καὶ θάλατταν μεταβάλλοντα εἰς ἄλληλα, ἀκόντες δὲ ἥλιον
κρυπτόμενον τοῖς τοξεύμασι, καὶ ποταμοὺς ἀπολείποντας πίνουσι τοῖς ὄπισθεν, καὶ ἔθνη καὶ
πόλεις ὅλας ἀναλισκομένας εἰς δεῖπνον λόγου τῷ βασιλῆ· πρὸς δὲ τούτοις, τῷ θεοῦ

nec is, qui duntaxat contumaciam per diminutionem fortitudinem appellaret, talis esse videretur: verum omnino contra * quod rebus suis metueret. Nam quemadmodum in gymnicis certaminibus, qui justa & legitima pugnandi ratione omissa, externam aliquam adhibent vafriciem, non admodum sibi confidunt, nec plenam se consequi posse sperant victoriam: ita in rebus gerendis intempestiva contentio atque inhonesta, eorum esse, qui tota causa cadunt, videtur. Ex quo fit, ut non invidiae potius, quam metus, injuriae, stultitiae, ac denique omnis vitii causa sit seditio, atque appellationi, qua vos utimini, de primatu, maxime contraria. Praeterea qui cum exteris simultates & contentiones exercent, iis fortasse possit ignosci: qui autem erga seipsos tam infideliter & seditiose sunt affecti, eos nec sententia nec fortuna uti bona quisquam dixerit. Id vero, si exemplis jam praeteritis utamini, poteritis agnoscere. Quamvis enim nec res sunt similes, nec eadem tempora; prudentia tamen semper est eadem. Redite igitur ad antiquam Graeciam; quandoquidem & illorum Graecorum plerique omnes estis coloni (nihil autem dicam novi, verum ea quae nostis omnes) Lacedaemonios inquam, & Athenienses. Illi etenim donec inter se concordes erant, atque uno utebantur in rebus gerendis consilio, & ipsi apud Graecos omnes in admiratione erant, & multorum ac magnorum bonorum tum suis tum aliis, quibus opus erat, autores existebant: cumque in Graecos cuncti propemodum homines conjurassent, sic ut & mare triremibus, & terra militibus impleretur, & malorum expectatio, quod ea nondum adessent, in lucro poneretur, non fuerunt inopes consilii; neque cum audissent mare ac terram inter se commutari, Solem sagittis obtegi, fluvios bibentibus deesse, gentes urbesque totas in prandium Regis absumi, Deum quoque ipsum

1 Lege ἔπις pro ὅπις. *Cant.*

con-

τὰς θεωρὰς τὰς εἰς Δελφὰς ἀφικομένους ἐξελαύνοντος μετ' ἀπειλῶν δεινῶν καὶ φοβερῶν, οὐκ ἐξεπλάγης. ἀλλ' ἠτιάσαντο τὸ ὀπτόντων θεαμάτων, ἀλλὰ καὶ μέρος τῆς Ελλάδος οὐκ ὀλίγον νοσήσαντος, καὶ τὸ μὲν εὐσχημόνως ἐκποδὼν χάλων, (εἰ δὴ τοῦτό γε εὐσχημόνως δεῖ 319 321
καλεῖν) τὸ δὲ, ἐκ δὲ φοβερᾶς μηδισάντων, ἔδειξαν ὅσον τινὸς ἄξιον εἴη ὃ θεᾶμα, αἱ πρῶται πόλεις ἑαυτὸ φρονήσασαι. ἰσχύοντες γὰρ οἱ μὲν, ταῖς ναυσὶν, οἱ δὲ τῷ πεζῷ, θεῖον μὲν τὴν ἀπ' ἀμφοῖν ὠφέλειαν κοινὴν ἑαυτοῖς τε καὶ τοῖς ἄλλοις Ελλησι παρέχοντε, ἔπειθ' ὁ πολλῷ μειζόνως ἄν τις ἀγαθεῖη, δὲ γὰρ διέλοντε τὴν ἡγεμονίαν, ἀλλ' ὥσπερ ἂν εἰ πόλις μία ἀμφω ἑαυτὰ πρείχετο, τὴν μὲν φρονήμιαν κοινὴν, τὴν δὲ ἡγεμονίαν μίαν ἠξίωσε ποιήσασθαι. καὶ οὐδέν γε ἔλαττον ἐνέβλαψαν συνέβη τοῖς παραχωρήσασιν αὐτῆς, ἢ τοῖς ἀξιωθεῖσιν, οὐδ' ἀπιστέρησε γενέσθαι λόγου, ὅτε ἐν τῷ θαῦμα τοῖς Ελλησιν, ὅτ' ἐν τῷ μὴ ἑαυτὰ χρῆναι τοῖς πᾶσιν ἀνθρώποις. ἀλλ' ἔδοξαν οἵ γε Αθηναῖοι δύο ἡγεμονίας τότε τοῖς Ελλησιν ἡγήσασθαι, τὴν μὲν, τῆς παρασκευῆς τὸ ὑπὲρ τὰς πολεμίας· τὴν δὲ, τὸ ὑπεικείας τὸ πρὸς ἀλλήλας, οἵπερ τὴν συμπασῶν πεντήρων τὸ δύο μέρη μόνοι πληροῦντες, Λακεδαιμονίοις, οὐδ' εἰς δέκατον τελοῦσιν αὐτῶν, παρεῖσαν ἡγεῖσθαι, νομίζοντες εἰ μὴ πρότερον τὴν ὁμόνοιαν τὴν πρὸς ἀλλήλας παράσχοιντο, οὐδ' 320
ἂν δὶς τοσαύτας γενομένας τὰς ναῦς, οὐδὲν ὠφελῆσαι τὰ πράγματα. οὕτω δὲ ὁμολήσαντες ἀλλήλοις, καὶ πάντα κοινωσάμενοι, καὶ τοὺς αὐτοὺς ὅρους θέμενοι περὶ συμφέροντος, ἐξείλοντο μὲν αὐτὰς τὰς Αθήνας ἐχομένας ἤδη καὶ οἰκουμένας ὑπὸ Περσῶν, ἐρρύσαντο δὲ τὴν Ελλάδα ὑποδρύχιον φερομένην, καὶ μικρὸν δέος ἤδη πᾶσι οἴχεσθαι, γῆν δὲ καὶ θάλασσαν ἐκόσμησε πεζομαχίαις καὶ ναυμαχίαις, ὅσον εὔχολον νικῶντες. [1] τὸν δ' ἐξισοῦντα τῇ τοῦ Διὸς ἀρχῇ τὴν ἑαυτοῦ, 322
πρὸς τοσοῦτον δέους καὶ ταπεινότητος κατέστησαν, ὡς' ἀναπηδήσας ἐκ τοῦ θρόνου, φεύγων ᾤχετο χλῶ πρὸ γῆς, ἑτέραν δὲ φυγὴν ἔφευγον αἱ νῆες πρὸς τὴν Ασίαν ἄνω. προπαίων δὲ

consultores, qui Delphos venerant, cum gravibus atque horrendis minis ejicere, quicquam turbati sunt, aut negotiorum ingruentium moli succubuerunt; sed & cum non exigua Graeciae pars infideliter se gereret, atque alii quidem honeste (si quidem id honeste dicendum sit) recederent, alii vero palam ad Medos accederent, ostenderunt plane, quanti momenti res esset, urbium primarum concordia mutua. Nam cum alii navibus, alii terrestribus valerent copiis, primum utriusque rei usum & sibi & reliquis Graecis exhibuere communem: deinde, quod est multo magis mirandum, non dimiserunt imperium, verum, quasi utrumque ab una fuisset civitate profectum, ut alacritatem communem, sic imperium censuerunt unum debere constitui. Nec vero minorem consecuti sunt gloriam, qui id alteri concesserunt, quam quibus id tributum fuit; idque tum eodem tempore a Graecis, tum post ab omnibus hominibus. Quinimo duobus tunc imperiis Graecorum fungi visi sunt Athenienses, quorum alterum in bellico apparatu consisteret, alterum in facilitate, qua sunt erga alios usi; qui cum triremium cunctarum duas partes explerent soli, Lacedaemoniis, qui vix ipsorum decimam constituebant partem, imperium concesserint, cum existimassent, nisi prius inter se consentirent, ne duplo quidem plures naves quicquam esse profuturas. Hac ergo ratione cum egissent, omniaque fecissent communia, & eosdem statuissent utilitatis fines; tum & Athenas, quae habebantur a Persis & habitabantur, liberarunt, & Graeciam pessum euntem, ac totam propemodum perituram asseruerunt, & mare terramque navalibus ac terrestribus proeliis e sententia editis exornarunt. Qui autem Jovis imperio suum aequarat, eum ita meticulosum atque humilem reddiderunt, ut e solio exiliens de una regione in aliam fugeret, aliter navibus in Asiam fugientibus. Ac tum

1 Xerxem. *Cant.*

tro-

τρόπαια ἐξήπτετο, καὶ βωμοὶ Διὸς Ἐλευθερίου, καὶ τρίποδες κοινοὶ τῶν Ἑλλήνων ἐν Δελφοῖς, καὶ ἀναθήματα καὶ δεκάται καὶ κόσμοι τῶν πόλεων, καὶ πᾶσα ἐπίδοσις, καὶ τοιαῦτα ἐπεχωρίαστε
321 τρόμαια. καὶ οἱ μέν γε τὴν ἡγεμονίαν τῶν Ἑλλήνων μεταλάμβανον, ἀνθ' ὧν τότε εἶχον ἐν χερσὶν, παρ' ἐκόντων αὐτῶν Ἑλλήνων εὐρόμενοι τὸν αὐτὸν τρόπον, ὃν περ αὐτοὶ τόθ' ἑκόντες παρεῖσαν· οἱ δ' αὖ τὰς ὁμοίας ἀπεδίδοσαν οἱ Λακεδαιμόνιοι, καὶ ὅτε ἐκώλυσαν ὅτε ἠμφισβήτησαν. ἀλλ' ἡγησάμενοι βελτίους ἑαυτῶν εἶναι τὰς ναυτικὰς καὶ τὰς ἐφορείους ἀποδημίας, τοὺς παρ' αὐτῶν ἄρχοντας καταλύσαντες, ἐκείνοις ἐπέτρεψαν ἡγεῖσθαι. ἐν δὲ τούτῳ Σηστὸς, Ἰωνία, Κύπρος, Εὐρυμέδων, ἀμφότερα κοσμούμενα καταλόγοις, νικῶν ναυτικῶν τε καὶ πεζῶν ἐφαμίλλων, πάνθ' ὡς ἔπος εἰπεῖν τὰ κάλλιστα συνείρετο· ἀντανεχώρουν δὲ οἱ βάρβαροι, δεσπότας τοὺς Ἕλληνας ἑαυτῶν ἀντὶ τοῦ βασιλέως νομίζοντες. ταῦτα μὲν δὴ τὰ τῆς ὁμονοίας αὐτῶν, κοινὰ μὲν ἀμφοῖν, κοινὰ δ' ἅπασιν ὧν ἠρῶντο ἀγαθά. ἐπεὶ δ' ἐστασίασαν περὶ τῆς ἡγεμονίας, καὶ τὸ ὑπείκειαν νομίσαντες ἀνανδρείαν, τὸ αὐθάδειαν ὡς ἀρετὴν ἐπήνεσαν· δημαγωγοὶ δὲ καὶ πρεσβύται παρ' ἀμφοτέροις, ἀντὶ τοῦ πρεσβεύοντες τὸ μέλλον διακωλύειν, καὶ προθυμεῖσθαι τὰ πλήθη, πα-
322 ρώξυνον καὶ συνέχρων τοῖς πόλεις, τῆς καθ' ἡμέραν ἡδονῆς ἅπαντα τὸν ὕστερον χρόνον πωλοῦντες· ἀνεῖπε μὲν ὁ [1] κῆρυξ ὁ Σπαρτιάτης, ὥσπερ ὑπ θεῶν του καταπεμφθεὶς, ὅτι ἐκείνη ἡ ἡμέρα μεγάλων τοῖς Ἕλλησι κακῶν ἄρξει· ταῦτα δ' οὐκ εἰς μακρὰν ἐτελεῖτο. [2] οἱ μὲν ἀπόπληκτοι δοκοῦντες εἶναι, ζῶντες ἤρχοντο αὐτοῖς ὅπλοις· καὶ πρὶν σπονδῶν ἐδέοντο,
[3] ἐξ ὧν αὐτοὺς ἐξ ἀρχῆς εἰρήνην ἄγειν πεῖσαι. [4] οἱ δὲ τοσοῦτον ἐκείνων ὑπερέχοντες ἐν τῷ πολέμῳ τούτῳ, καὶ τοῖς Ἕλλησι πρότερον τῆς ἐλευθερίας αἴτιοι κατασταθέντες, δευτέρῳ πολέμῳ συρράντος πάλιν ἐξῆς τοῦ Δεκελεικοῦ, καὶ πρὸς ἁπάσας πείρας προελθόντες, ἃ μὴ δ' εἰπεῖν ἔστ' ἀδα-

tropaea de aliis alia ſuſpendebantur, ac Jovis Servatoris arae, & communes Graecorum tripodes Delphis, donaria, decimae, ornamenta urbium, omne incrementum, ſimileſque res conſpiciebantur. Deinde hi quidem principatum Graecorum, quem ad tempus omiſerant, receperunt, perinde ultro a Graecis delatum, ut ipſi ultro ceſſerant; illi vero pares retulerunt, Lacedaemonii, nec vel prohibuerunt vel contenderunt quicquam: verum cum hos in navalibus atque exteris expeditionibus ſibi praeſtare judicaſſent, depoſitis ſuis ducibus, in hos imperium contulerunt. Tum porro Seſtus, Ionia, Cyprus, Eurymedon, utrinque exornatus aequalium victoriarum tam navalium quam terreſtrium numerus, & omnia denique pulcerrima connectebantur; recedebant vero barbari, Graecoſque dominos loco Regis agnoſcebant. Atque haec quidem fuerunt eorum concordiae, & utriſque, & omnibus, quibus imperabant, communia bona. Poſtquam autem de principatu coeperunt inter ſe contendere, & lenitatem ducentes ignaviam, contumaciam in virtute poſuerunt; oratores vero atque praefecti, cum deberent praeviſas clades avertere, populumque admonere, civitates utrinque irritarunt, & inter ſe commiſerunt, quotidianae voluptati tempore omni poſtero poſtpoſito; tum edixit praeco Spartanus, quaſi divinitus miſſus fuiſſet, eum diem magnorum Graecis malorum initium fore: idque non dudum poſt effectum fuit. Etenim qui videbantur invicti, vivi una cum armis abducebantur, & foedera petebant ab iis, quos initio ad pacem potuiſſent adigere. Qui vero tantopere illos in hoc bello ſuperarunt, ac libertatis Graecorum principes fuerant, altero rurſum exorto bello, Decelico, poſtquam nihil non erant conati, quae ſine lacrymis dici ne-

1 Meleſippus. Thucyd. init. lib. 2di. *Cant.* 2 Lacedaemonii. *Cant.* 3 Lege inſuper ἐξόν. *Cant.* 4 Thucyd. lib. 7. *Cant.*

χρυτὶ, ταῦθ' ἑωρῶντο πάσχοντες, ἕως τά τε τείχη ταῖς ἑαυτῶν χερσὶ κατέσκαψαν, καὶ τ ἡγεμονίας ἁπάσης ἀπέστησαν. φυγὰς δὲ καὶ σφαγὰς κοινὰς τῶν Ἑλλήνων ἡ πανολεθρία σφάγμαλα ἀπολλύμενα, ὑφ' ἂν εἷς λέγων ἐφίκοιτο. εἶχον δὲ τὴν ἀρχὴν ἑκατέραν ἤδη Λακεδαιμόνιοι, καὶ χέρνιβ βεβαίως διελθόντες, ἐξέπιπτον μὲν ὑπ τ θαλάττης, κατεπατοῦντο δὲ ὑπ τῇ γῇ, καὶ πρέρχεται τρίτη πόλις ἀμφοτέρως, ἡ Θηβαίων. καί πνα ἤνθησε χρόνον 323
ἐν τοῖς Ἕλλησιν ὑπ τῶν φυῶς· ἀλλὰ γὰρ ὑφ' αὐτῆ ἄρα ἐν καλῷ τ ὁμονοίας ὕδωρ σωφρονεῖν ᾠκεῖτο, ἀλλ' ἅμα τε ἀνίει καὶ ἀνταφίρει πάλιν. ὡς δ' ἐγένοντο τρεῖς αἱ πόλεις, καὶ τ Ἑλλήνων οἱ μὲν ἠτίκιζον, οἱδ' ἐλαχώνιζον, οἱ δὲ Θηβαίοις ἐθαύμαζον· κοινὸν δὲ οὐδὲν ἦν, οὐδὲ γνώμη καὶ λογισμοῖς διοικούμενον· εὐθὺς μὲν πόλεμοι Φωκικοὶ, καὶ περὶ τὴν Πυλαίαν ταραχαὶ, καὶ σφάγμαλα ἀμφοῖν ἔχοντα ἀλλήλοις ἐπέβαλεν· ἡ δὲ τελευταία μοῖρα τῶν Ἑλλήνων, ἤδη Φίλιππ ἡγεμόνι καὶ Ἀντίπατρ κύρι. τὸν γὰρ Ἀλέξανδρον ὑπερβήσομαι. πάντα δὲ ἐκεῖνα ὥσπερ ὕδωρ κατὰ γῆς ἔδυ, μικρὸν δὲ λείψανον τ Ἑλλάδ εἰς ὑμᾶς ἀγαπητῶς ἀφίκετο, ἀρετῇ τῶν νῦν ἀρχόντων ἀναληφθέν. ἆρα μικρόν π καὶ λέγειν ὃ διάφορον τῆς φύσεως ὑμῖν πρὸς τὴν ὁμόνοιαν φαίνεται; εἰ δ' αὖ βούλεσθε τὰς Ἀθηναίους ἐφ' αὑτῶν θεωρῆσαι, οἱ τῶν μὲν βαρβάρων ὀπτόντων ἐξ ἴσου πολιτευόντες, τοσοῦτον ἁπάντων διήνεγκαν, ὁ δὲ πρὸς Πελοποννησίους πολέμῳ πάν- 324
τα τἆλλα ἀνεχόντες, συμφορὰς μὲν Σικελίᾳ, συμμάχων ἀποστάσεις, Κύρον βασιλέα, πάντας ἀνθρώπους ἀνταγωνιστὰς, ὑφ' ἑνὸς τούτου μόνον ἐξηλέγχθησαν τοῦ βαρβάρου, καὶ ὃ πρότερον τῶν πολεμίων ἠτήθησαν, τοῦτ ἑαυτῶν οὐκ ἐβουλήθησαν. ἐλθόντες δ' εἰς τοῦτο τύχης ὥστε ὁ γε δῆμ φεύγων ᾠχετο, ἐπειδὴ κατελθόντες ἐψηφίσαντο μὴ μνησικακεῖν, ἄρισά τε ἤκουσαν, καὶ πάλιν ἦσαν μικροῦ δεῖν ὥσπερ ἐξ ἀρχῆς. οὕτω

queant, ea ſunt perpeſſi, donec & moenia ſuis ipſi manibus diruerunt, & omni ceſſerunt principatu. Jam exilia, communeſque Graecorum caedes, atque extremam rerum omnium perniciem nemo poſſit verbis conſequi. Cum deinde utrumque jam tenerent imperium Lacedaemonii, brevi poſt & e mari ſunt ejecti, & in terra conculcati, ſuperante utroſque civitate tertia, Thebana. Atque ea quidem ad tempus aliquod egregie inter Graecos floruit: verum quia nec ipſa nimis concorditer adminiſtrabatur, factum eſt, ut ſimul & aſcenderet, & rurſum diſpendium faceret. Poſtquam autem tres extitere civitates, & Graecorum alii Athenienſibus, alii Lacedaemoniis, reliqui Thebanis adhaerebant; nec quicquam erat commune, aut quod cum ratione & prudentia regeretur: mox quidem bella Phocenſia, tumultus circum Pylaeam, aliaque undique pudenda ſunt exorta; poſtremam autem Graecorum ſortem Philippi imperium & Antipatri dominatus occuparunt. Alexandrum enim praetereo. Ita vero factum eſt, ut illa omnia inſtar aquae a terra fuerint abſorpta; & parvae quaedam Graeciae reliquiae, noſtrorum principum virtute recuperatae, vix ad vos pervenerint. An igitur exigua quaedam videtur & levis eſſe ſeditionis a concordia diſtantia? Quod ſi Athenienſes per ſe conſiderare mavultis; hi barbaris ipſos invadentibus, cum aequali uterentur Republica, tantum caeteris praeſtiterunt: in bello autem Peloponneſiaco, cum reliqua toleraſſent omnia, clades Siculas, ſociorum defectiones, Cyrum regem, omnes homines adverſarios, ab una refutati ſunt diſſenſione; nec prius hoſtibus ceſſerunt, quam ſibimetipſis cedere noluerunt. At cum eo miſeriae perveniſſent, ut populo exulandum eſſet; poſtquam injuriarum oblivionem poſt reditum edicto confirmarunt, mox & optime audierunt, & priſtinum propemodum ſtatum recuperarunt. Uſque

1 Φλαῦρον. *Cant.*

eo

καὶ ἔθνει κοινῇ καὶ πόλεσι ταῖς προεστώσαις, καὶ καθ' ἑαυτὸν ἑκάστῃ πόλει, μεγάλων ἀγαθῶν ἡ πρὸς ἀλλήλους φιλία καὶ ὁμόνοια· καὶ τοὐναντίον ἡ στάσις, κακῶν πολλῶν ἐσχάτων αἰτία πέφυκε γίνεσθαι. ὃ γὰρ ὅτι, γνώμῃ δυσκόλῳ χρωμένους, εὐκόλων πειρᾶσθαι πρὸς πράγματων. εἰ δ' ὅπ μηδεὶς νῦν πόλεμος πάρεστι, φλυαρίαν τὶς ἡγεῖται ταῦτα, αὐτὸς ἀγνοεῖ λήρων. ἔχειν γὰρ ὥτως οἴμαι· ὁπόταν μὲ πόλεμος πρῇ, τοῖς τοῦ πολέμου πράγμασιν ἡ στάσις λυμαίνεται· εἰρήνης δ' ὑπαρχούσης, τοῖς τῆς εἰρήνης ἀγαθοῖς ἐχθρόν
325 ὅτι. βλάπτειν μὲ γὰρ ἀεὶ πέφυκεν· ἡ δὲ βλάβη, πρὸς τὰς χαρὰς ἀπαντᾷ. πάντων δ' ἀποπώταλον, τοῖς μὲν ἡγεμόσι χάριν μεγίστην ἔχειν, ὅπ τοῦ τοῦ πολέμου κακῶν ἀπαθεῖς ὑμᾶς φυλάττουσιν, αὐτὸς δὲ, ὃ πολλῷ μεῖζον κακόν ὅτι τοῦ πολέμου, τοῦθ' ἑκόντας αἱρεῖσθαι. τοσούτῳ γὰρ στάσις πολέμου χαλεπώτερον, ὅσῳ πόλεμος μὲ ἐξ ὁμονοίας καταρθοῦται, εἰρήνη δὲ στάσι διαφθείρεται· καὶ πολέμου μὲν πολλάκις οὐδὲν ἐς' ἀπολαῦσαι δυσχερές· εἰρήνης δὲ οὐδὲν χρησὸν, ἐὰν στάσι χρῆται. καὶ μὰν στάσις μὲ εἰρήνην λύει, πόλεμος δὲ στάσιν ἔστι ἢ· τοσούτῳ πόλεμος στάσεως αἱρετώτερον· ἀρχὴν δὲ, ὅ δ' ἔνι στάσις, σπαῦθα ἡ πόλεμος, καὶ πρὸς αὐτός· ὅ δ' ἔννομος πόλεμος, ἁπλοῦς ἅμα καὶ ῥᾴων ὁ κίνδυνος. καὶ μὰν περὶ πολέμου μὲ, ἀμφοτέροις τοῖς λόγοις ἔξεστι χρήσασθαι, ἡ ὡς δεῖ ποιεῖσθαι, καὶ ὡς μή· στάσιν δὲ οὐδεὶς πώποτε τετόλμηκεν εἰπεῖν, ὡς βέλτιον εἰ συμβαίη, οὐδέ γε ὡς εἰ συμβαίη, βέλτιον μένειν. ἀλλ' ὑπὲρ μὲ πολέμου, λέγουσιν ὡς ὅ
326 χρὴ καταλύεσθαι, ὑπὲρ στάσεως δ' οὐδεὶς πώποτε ἐκ τοῦ εὐθέος εἶπε ὃ μὴ δεῖν ὡς πάντα ταχέα παύεσθαι· εἰκότως. πόλεμοι μὲ γὰρ ἤδη καὶ σωφροσύνης ἡ ἀνδρίας δόξαν ἤνεγκαν τοῖς ὑπομείνασι, ἡ μείζους ἐξ ἐλαττόνων ἐποίησαν, καὶ τὴν γ' εἰς τὸν ὕστερον χρόνον ῥᾳστώνην προεπεύασαν. τὸ γὰρ τοῖς ὅπλοις κρατεῖν τοῦ ἐχθροῦ, ἥκιστα εὐκαταφρονήτους οἴμαι ποιᾷ, τοῦτο δὲ ὃ μικρὰ μεθεὶς εἰς ὃ τὶς αὐτῶν ἀσφαλῶς οἰκεῖν. ἡ δὲ στάσις, πάντων

eo tum genti toti, tum urbibus & principibus & ſingulis per ſe magno ſolet eſſe emolumento amicitia mutua & concordia; contra, ſeditio extrema quaeque mala conficere. Nec enim poſſunt ii, qui difficili ſunt animo, facile res ſuas gerere. Quod ſi quis haec, quoniam nullum nunc inſtat bellum, pro nugis habenda putat, ipſe nugatur inſciens. Ita enim ſe res habet; in bello res bellicas corrumpit ſeditio, in pace deſtruit pacis commoda. Cum enim perpetuo ſit ad nocendum parata, ad occaſionem temporum damnum infert. Eſt autem omnium abſurdiſſimum, cum Praetoribus, qui nos a bellicis cladibus illaeſos conſervant, maximas agamus gratias, ſi ipſi nobis id, quod eſt bello longe gravius malum, ultro aſciſcamus. Atque hoc eſt bello gravior ſeditio, quod bellum concordia corrigitur, pax ſeditione corrumpitur: quodque bellum ſaepe nullum adfert moleſtiam; cum ſeditione conjuncta ſi pax autem ſit, nihil habet boni. Praeterea cum ſeditio pacem diſſolvat, bellum aliquando ſeditionem tollit; adeo praeſtat ſeditioni bellum. Omnino autem ubicunque eſt ſeditio, ibidem & bellum viget, idque contra eoſdem: ubi legitimum eſt bellum, ſimplex pariter & levius eſt periculum. Jam de bello quidem in utramque partem diſputare licet, & ſuſcipiendum eſſe, & non eſſe; ſeditionem autem nemo praeſtare dixit unquam oriri, aut ortam manere. Verum cum bellum aliquando quidam dixerint deponendum non eſſe, ſeditionem quidem nemo unquam negavit quamprimum eſſe ſedandam: ac merito quidem. Etenim bella quondam temperantiae atque fortitudinis opinionem conciliarunt iis, qui illa geſſerunt, eoſque majores reddiderunt, & ſecuros in poſterum tempus effecerunt. Cum enim ii, qui armis hoſtes vincunt, minime contemnendi fiant, ea res non parum confert, ut quis tuto ſuam incolat regionem. Verum ſeditio omnium

τῶν αἰσχρῶν καὶ κακῶν ὥσπερεὶ κεφάλαιόν ἐστι, καὶ μὴ ὅτι τῶν ἄλλων εἰ) χρεῖττος, ἀλλ' ὑφ' αὑτὸς ἑαυτοῖς ὁμοιοῦσθαι ποιῇ. μὴ γὰρ εἰ μηδὲν ἀνήκεστον νεῶ γίγνεται, (μηδὲ γὰρ γένοιτό ποτε, ὦ Ζεῦ καὶ θεοί) ἀλλά τοι τῶν γε πονηρῶν καρπῶν, οὐδὲ ὃ σπέρμα φασὶ δεῖν σώζειν. πιστεύειν δὴ χρὴ καὶ Ὁμήρῳ ἀληθῆ λέγειν, ὡς ἄρα ἔρις ἄρχεται μὲν ἐξ ὀλιγίστου, προέρχεται δὲ ὀπὶ μήκιστον. ἄνευ γὰρ τοῦ πᾶσαν τὴν Ἰλιάδα εἰς τοῦτο αὐτὸ συγκεῖσθαι, καὶ φάσεως εἰ) κατηγορίαν ἅπαν ὅ πόημα, λέγει δήπου ἡ Ἀφροδίτη εἰς τὴν [1] Ἔριν ταυτὶ τὰ ἔπη, Ὀλίγον μὲν πρῶτα κορύσσεται, αὐτὰρ ἔπειτα Οὐρανῷ ἐστήριξε 327
κάρη καὶ ὀπὶ χθονὶ βαίνει. ἐγὼ δ' ὑφαινοῦ μὲ φαύειν ἔριν, οὐκ ἔχω ὅπως συγχωρῶ· δεινὴ γὰρ αἱ Διὸς οἶμαι πύλαι, κλεῖσαι πάσης παντὶ νοσήματι. τοσοῦτον δ' ἂν ἔχοιμι διϊσχυρίσασθαι, ὅτι ἥκιστα δὴ τοῦτο τῶν ἀνθρωπείων πραγμάτων ἐπιτηδείους ἔχει τὰς ὁρμάς. ὅλως μὲ οὖν, οὐδὲν οἶμαι χρὴ τοσοῦτον ἆθλον νομίζειν, ὅτ' ἐπὶ γῆς, ὅτ' ἐπὶ φορτηρᾷ καταχείμενον, ὡς' ἀξιόχρεων εἰ) μανίας τοσαύτης· εἰ δ' ἄρα δεῖ καὶ τοῦτ' εἰπεῖν, ἀθυμεῖθ' ὅτι καὶ τοῖς Λακεδαιμονίοις τότε καὶ τοῖς Ἀθηναίοις καὶ πρός γ' ἔτι Θηβαίοις ἦν τι σχῆμα τῶν πρὸς ἀλλήλους πραγμάτων. πρόφασις γὰρ τῶν Ἑλλήνων, καὶ ὃ δοκοῦν ἑαυτοῖς προτάξαι, καὶ κυρίοις εἰ), καὶ παρ' ἐκείνους ἰέναι τὰς δεομένους, καὶ χρημάτων δὴ σύλλογοι, καὶ πολλὰ τοιαῦτα ὑπῆρχεν ὥσπερ ἀφορμὴ τῆς φιλονεικίας. καὶ πάντα μὲ οἶμαι πράγματα αἱρετὰ (τίς δ' ἂν φήσειεν εὖ φρονῶν;) ὅμως δ' εἶχέ τινα νοῦν ὡς εἰπεῖν ἡ νόσος. [2] ὑμεῖς δέ, ὦ ἄνδρες Ἴωνες, καὶ ὑμεῖς, ὦ ἄνδρες, εἴτε αὐτόχθονες, εἴτε Ἀρκάδες, 328
χαίρετε ἀκούοντες, εἴτις ἔρις θ' ὑμᾶς ἀντὶ τοῦ στασιάζετε, καὶ φιλονικεῖτε, καὶ παρατίθεσθε, καὶ πετύφωσθε, τί πρὸς θεῶν ἀποκινεῖσθε; ὑπὲρ ποίας ταῦτα ποιεῖν ἡγεμονίας, ἢ τίνων συμμαχῶν, ἢ ποίων λιμένων, ἢ τριήρων, ἢ φόρων, ἢ τόπων, ἢ τί τοσοῦτον ὅσῃ ὃ [3] νικοῦν

est rerum turpium & malarum quasi colophon, nec tantum aliis potiores, sed nec ipsis nobis similes nos reddit. Et quanquam nihil nunc gravius contingit (nec vero contingat unquam, Jupiter atque dii) at de malis fructibus ne semen quidem aiunt relinquendum. Quin etiam Homerus credendus est recte dicere, Contentionem ex minima re ortum sumere, & longissime progredi. Nam praeterquam quod Ilias tota ad hoc ipsum refertur, & ad seditionem accusandam totum spectat poema, ipse haec de Contentione diserte dicit; *Parva quidem primo surgit Contentio; at inde Ingrediturque solo, & caput inter nubila condit.* Sed utrum coelum attingat Contentio, equidem dicere non possum; existimo enim Jovis portas facile omnem arcere posse molestiam. Verum illud affirmare ausim, nihil esse in rebus humanis, quod minus praescriptos habeat fines. Atque ut omnino nullum arbitror tanti fieri debere praemium, sive id sub terra, sive palam sit positum, ut tanta dignum esse possit insania: ita vos, si hoc quoque dicendum est, cogitare velim, & Lacedaemonios tunc, & Athenienses, atque insuper Thebanos, habuisse aliquem rerum earum, quas inter se gerebant, praetextum. Etenim Graecorum principatus, & imperandi ac dominandi opinio, atque aditus ad ipsos eorum, qui re aliqua indigebant, & pecuniae collectae, aliaque similia contentionis occasionem praebuerunt. Et quanquam res illae non prorsus erant expetendae (nam quis id sapiens dixerit?) habebat tamen, ut ita dicam, rationem aliquam seditio. At vos, Iones, & vos, sive indigenae, sive Arcades mavultis vocari, si quis ex vobis contentionis, seditionis, ac tumultus causam quaerat, quid sitis, obsecro, responsuri? Cujus imperii causa vos id facere diceretis, vel quorum sociorum, qualiumve portuum, triremium, tributorum, locorumve gratia, vel si quid aliud rationem vestram

1 Iliad. Δ'. *Cant.* 2 Ephesii. *Cant.* 3 Lege νεῶν. *Cant.*

movere

τὰς λογισμούς; ἆρ οἱ πρόγονοι μὲν ὑμῶν (καὶ μοι πρὸς Διὸς δοθήτω τι παρρησίας ἥδη· οὔκουν οἵ γε ἰατροὶ, πάντα πρὸς ἡδονὴν ἰῶνται, ἀλλ' ἀγαπητὸν, εἰ μὴ τὰ πλείω μετὰ ἀηδίας· φέρε δή τι καὶ τούτων βραχύ τι μνημονεύσωμεν, ἂν ἄρα ἀκούσαντες, ὑφῆτε τῷ ῥητορικῷ) ἀλλ' ὅσον οὖν ἐκεῖνοι τοῖνυν ἠγάπων, εἴτιν' ἔχοιεν τὸν προεστῶτα ἑαυτῶν· καὶ διατέλουν ἐν τούτῳ τῷ σχήματι, τοτὲ μὲν Ἀθηναίοις εὐεργέται νομίζοντες ἐλευθερωτὰς σφᾶς ἀπὸ τῶν βαρβάρων, πάλιν δὲ Λακεδαιμονίοις ἀπ' Ἀθηναίων, αὖθις δ' αὖ Φιλίππῳ καὶ Ἀλεξάνδρῳ διδόντες αὐτοὺς ἀσμένως, οὕτω σφόδρα ἀχόλως εἶ-
329 χον πρὸς τὸ πρωτεύειν. ἀλλὰ μὴν τά γε νυνὶ πράγματα, καὶ ἢ καθεσηκότα ἀγαθῇ τύχῃ δεσμὸν, πῆς οὕτω πως ἔχει ἡ παρεσκευὴ ἔξω τοῦ φρονεῖν, ὅστις οὐκ οἶδεν ὡς μία μὲν πόλις ἡ πρώτη καὶ μεγίστη πᾶσαν ὑφ' αὑτῇ τὴν γῆν ἔχει, εἷς δ' οἶκος ἅπαντα ἐξηγεῖται· ἡγεμόνες δ' ἡμῖν οὐ νόμου φοιτῶσι καθ' ἕκαστον ἔτος, τούτοις δ' ἅπαντα ὑπετέταται, καὶ μείζω καὶ ἐλάττω πράττειν, ὁπόταν ἂν αὐτοῖς δοκῇ βέλτιον εἶναι; τί οὖν μαθόντες, εἰπέ μοι, πράγματα ἡμῖν αὐτοῖς παρέχομεν, καὶ ὀνειρώττομεν, καὶ περὶ τῆς σκιᾶς μαχόμεθα, καὶ παρὰ ἡμῖν τῆς ἡσυχίας ἀπολαύειν, ἣν οὗτοι καλῶς ποιοῦντες παρασκευάζουσι, τούτοις τε ἐνοχλοῦμεν οὐδὲν δεομένοις, καὶ αὐτοὶ κακῶν ὑπάρχων ὑπομιμνήσκομεν, ὥσπερ οὐκ ἔχοντες τοῖς ἀγαθοῖς τί χρησόμεθα; πῆς γὰρ οὐκ ἂν ἀμφιγνοήσειε τὸν τρόπον, ὃν νῦν τοῖς ἡγεμόσι προσφερόμεθα; εὐνοϊκῶς γὰρ οἶμαι καὶ πιστῶς. τί δὲ δή; τίνες μὲν οὖν μᾶλλον ἡμῶν; ἀλλ' ὁμιλοῦμέν γε αὐτοῖς, οὐκ οἶδ' ὅπως αὐθάδειαν τῇ κολακείᾳ κεραννύντες. ὁπόταν γὰρ πλείω μὲ ἔχα-
330 σοι θεραπεύειν αὐτοὺς ἀξιῶσιν ἢ κεῖνοι δέονται, χρόνον δὲ τάττωσιν ὅσον χρὴ μένειν παρ' ἑαυτοῖς, ἀπειλοῦντες, ὡς εἰ μὴ πείθοιντο, οὐκ ἀνέξοιντο· πάντα δ' ὑποτοπεῖσθαι, καὶ ἔχουσι καὶ ἄχουσιν ὑπηρετήσειν, χρῆσθαι δ' αὖ τοῖς νόμοις, ἢ μάλιστά γε πρεσβύτ-

movere poſſit? Nonne majores veſtri (concedatur enim nobis jam libertatis aliquid, quoniam nec medici aegrotos omnes cum laetitia ſanant, verum illi, ſi plerumque dolore carent, praeclare ſecum putant agi; quocirca de his etiam pauca verba faciamus, ſi forte ejus rei auditio vel tantillum de veſtra detrahat fidentia) illi igitur recte ſibi conſultum putabant, ſi quem haberent praeſidem; atque in eo ſtatu permanebant, nunc Athenienſes pro patronis habentes, poſtquam erant illorum ope a barbaris liberati, nunc Lacedaemonios, qui ipſos Athenienſibus eripuerant; rurſus autem Philippo atque Alexandro ſe ultro dedentes, adeo primatum omnem negligebant. Caeterum quod ad noſtras res attinet, & conſtitutos bonis avibus ritus, quis tam puer, vel tam ſenex delirus eſt, qui neſciat, unam urbem primam & maximam toti imperare terrarum orbi, unamque familiam cuncta adminiſtrare; Praetores vero quotannis ad nos ex lege commeare, quibus omnia tum magna tum parva ſecundum ipſorum arbitrium permiſſum ſit gerere? Cur igitur, quaeſo, nobiſipſis negotium faceſſimus, ac ſomniamus, & de umbra contendimus, cumque quiete per iſtos recte parta frui nobis liceat, tum illis praeter ipſorum voluntatem moleſti ſumus, tum ipſi mala quaerimus adventitia, quaſi bonis uti neſciremus? Quis enim non dubitet, qua ratione cum Praetoribus nunc agamus? Benevole quidem, ut exiſtimo, atque fideliter. Quid ni? Qui vero magis, quam nos? Veruntamen ita cum illis verſamur, ut neſcio quo modo contumaciam adulationi miſceamus. Nam cum illos plerique magis, quam ipſi cupiant, colunt, & certum tempus apud ſe manere jubent, ita ut, ſi ſecus fecerint, non ſint impune laturi; cumque ſe in omnibus, velint, nolint, ipſis obtemperaturos promittunt, ac legibus potiſſimum uti jubent, nec eam ipſis facultatem tribuendam cen-

ποιοι, κυρίους δὲ μὴ [1]δεῖν οἴονται ποιεῖν ὅπη γιγνώσκουσιν, τί τις ἂν φῇ ὃ τοιοῦτον, ἢ δυοῖν πραγμάτων ἀνομοίων κρᾶσιν, ἧς οὐκ ἄρξασθαι θαυμαστότερον, ἢ μὴ βουλομένους παύσασθαι φανεροὺς γενέσθαι; ἄρχουσι μὲν γὰρ τῶν τοιούτων οἱ φαυλότατοι δήπου, καταπαύουσι δ' οἱ βέλτιστοι. ὥσ' ἐκείνοις μὲ προσέχειν ἐθέλειν ἀφ' τέλους, ἡμῖν δὲ μὴ δ' ὅσον ὃ μέρος νέμειν, πῶς οὐκ ἄπασα ἂν εἴη συμφορά; θαυμάζω δ' ὅπη σεμνύνεσθε μὲ, ἀφ' ἧκιστα τοῖς ναοῖς καὶ τοῖς ἀγῶσιν ὃς κοινὰς νομίζετε, ὑπὲρ δὲ αὐτῶν τούτων διεφέρεσθε. καί τοι ὅταν οἷς ὡς κοινοῖς ἀγάλλεσθε, ὑπὲρ τούτων ἐρίζητε, ὑπὲρ ὧν λοιπὸν ταὐτὰ φρονήσετε; ἐγὼ μὲ γὰρ οἶμαι τούτῳ τό, τε κοινὸν καὶ ὃ ἴδιον κεχωρίσθαι, καὶ τὸν τῶν σοφῶν λόγον τοῦτο βούλεσθαι, ὡς ἄρα χρὴ κοινὰ πάντ' εἶναι τοῖς μέλλουσιν 331
ὡς κάλλιστα πράξειν. ὃ μὲ γὰρ χωρὶς τὶς ἕκαστος κέκτηται, καὶ ὃ συμφέρον χωρὶς ἑκάστου. οὐκ δὲ τοῦτο, φαίσειε ἂ μάχαι ἂ διαφοραί. ὃ γὰρ ἂ σὸν τοῦτο ἀλλ' ἐμὸν, ἀρχὴ πάσης τῆς φιλονεικείας. ὃ δ' ἅπαντες κοινὰ τὰ ὄντα ἡγοῦνται, κοινὴν περὶ αὐτῶν καὶ τὴν γνώμην ἔχουσι. ὑμεῖς τοίνυν ὥσπερ ἐλέγχοις ταύτῃ, κατὰ τῆς φάσεως τὰς ἐπωνυμίας παίοιμεν, κοιναὶ μὲν τὰ βουλευτήρια, κοινοὺς δὲ τοὺς νεὼς καὶ τοὺς ἀγῶνας, κοινὰ δὲ πάνθ' ὡς εἰπεῖν τὰ μέγιστα προσειρήκατε. καί τοι πῶς οὐκ ἀνάγκη θάτερα ἁμαρτάνειν; εἰ μὲν γὰρ ὀρθῶς ὅτι τούτοις φιλοτιμεῖσθε κοινοῖς οὖσι, πῶς οὐκ αἰσχύνεσθαι χρὴ ἀφ' ταῦτ' ἐρίζοντας; εἰ δ' οὐδέν ἐστιν αὐτῶν σεμνὸν, πῶς εἰκὸς μέγ' ἐπ' αὐτοῖς φρονεῖν; οἶμαι γὰρ εἰ μέλλει νῦν τοῦθ' ὑμᾶς ἐλελύθει, καί τις ἐξαίφνης παρέδειξεν, ὡς προσήκει τι τούτων καὶ τοῖς ἄλλοις, καὶ ὃ τῶν ἐχόντων ὅτι μόνον, ἀλλὰ πάντων κοινὰ ὥσπερ χρήματα· καὶ οὐκ ἔνες' ἀποκλεῖσαι τοὺς ἄλλους 332
τῆς ἐπ' αὐτοῖς φιλοτιμίας· εἰκότως ἂν ἅπαντας παύσασθαι τῆς διαφορᾶς. τὸ δ' αὖ- 334

sent, ut per se quidvis agant: quid hoc esse dicet quisquam aliud, quam duarum rerum dissimilium permistionem, quam non sit magis admirandum incepisse, quam nolle omittere? Cum enim soleant rerum talium vilissimi quique autores esse, compescuntur ab optimis. Quocirca si illos perpetuo velletis attendere, nobis autem ne tantillum quidem tribuere, id vero omnem excederet calamitatem. Miror autem vos, cum de templis ac certaminibus, quae communia ducitis, non leviter soleatis gloriari, nunc de iisdem inter vos dissidere. Atqui cum de iis rebus, quibus tanquam communibus gaudetis, inter vos contenditis, de qua re tandem consentietis? Nam ego quidem hoc esse communis & privati discrimen arbitror, & huc referri sapientum dictum, quo tradunt, communia esse eorum oportere omnia, qui beati velint vivere. Ubi enim seorsum quisque sua possidet, utilitas etiam cujusque seorsum est posita. Inde vero seditiones oriuntur, ac pugnae, & contentiones. Nam illud, Non tuum hoc, sed meum, omnis est contentionis initium. Verum ubi omnes omnia ducunt communia, communem etiam illorum curam gerunt. Jam vos has appellationes velut argumenta contra seditionem, rebus imponentes, communes curias, communia templa, communes ludos, & maxima fere quaeque nominastis communia. Quapropter alterutrum necessario peccatis. Sive enim recte de istis, quae communia sunt, gloriamini, cur vos de ipsis non pudet contendere? Sive ista nullius sunt pretii, cur ea jactatis? Etenim existimo, si id vos adhuc latuisset, & ab aliquo repertum vobis esset patefactum, quandam horum partem etiam ad alios pertinere, nec eorum duntaxat esse, qui ea possident, verum omnibus instar opum communia; nec posse alios, quo minus de iisdem glorientur, prohiberi: omnes tum dissensionis finem jure facturos esse. At cum ipsi

1 Deest εἶναι post δεῖν. *Cant.*

scientes,

τὰς εἰδώλῳ, αὐτὰς ὀνομάζοντας, φιλοπμυμμύους τῇ τοῦ σήματος, τὰς τῆς ὁμονοίας ἀφορμὰς εἰς τὴν ἔριν ἐκτρέπειν, καὶ τὰς τῶν ὀνομάτων εὐφημίας εἰς δυσχέρειαν τῶν πραγμάτων καταχρῆσθαι, καὶ νοσεῖν ἐκ τούτων ἐξ ὧν ἦν εἰκὸς ἀπαλλάττεσθαι, τίς οὐκ ἂν φαίη τοῦ φαρμακοπλήσιον εἶναι, ὥσπερ ἂν εἴ τινες ἐκ τῶν φαρμάκων τὰ πρὸς σωτηρίαν κατεσκευασμένων, μὴ ὅπι βέλτιον ἀπαλλάττοιεν, ἀλλὰ καὶ διαφθείροιντο; μηδαμῶς, ὦ χρηστοί. Ὃ μὲν γὰρ αὔξειν ἐθέλειν τὰς αὐτῶν πατρίδας καὶ τὰ ὑπάρχοντα κοσμεῖν, ὑπὲρ ἂν εἰς νεμεσήσειεν. Ὁ δὲ τούτῳ πρόσεστιν ἀνδρία, ἀφελεῖν ἔγωγε συμβουλεύω. ἔσται δὲ τοῦτο, εἴπτω βούλεσθε, πῶς; ἀλλ' ὅπως ἀκούσεσθε εὐμενῶς· ἐὰν, ὦ μακάριοι, τοῦ θαυμάζειν τοὺς λίθους ἀνῆτε μικρόν τι, καὶ νομίσητε πλείονος ἀξίους ὑμᾶς αὐτοὺς τῶν οἰκοδομημάτων, καὶ πιστεύσητε ἀληθὲς εἶναι) ὃ 'πάλαι τοῦτο, ὡς ἄρα ἡ τείχη, ἡ νῆες, ἡ στοαὶ, ἡ ὁ τῶν ἀψύχων κόσμος αἱ πό-
